13
17
C
a-11

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
13
4 I
29

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

M

25 B 19

13-17.a.11

Guil. 7 —

COMPENDIVM IVRIS CANONICI,

IN QVO REIICIVNTVR OMNIA,
quæ repetebantur, & quæ iam abrogata fuere à Conſtitutionibus
Rom. Pont. à Concilio Tridentino, & à Catechiſmo.

In ſeptem partes diuiſum & explicatum.

Agit prima pars de iure: de iure inquam humano: traditionibus Apoſtolicis: Sacroſanctis Concilijs: Sacramentis Eccleſiæ: ritibus Eccleſiaſticis: ac Sede Apoſtolica.
Secunda, de perſonis Eccleſiaſticis, officio Prælatorum, & Sacerdotum: vita & honeſtate Clericorum. Denique de officio Principum & cæterorum erga Prælatos.
Tertia, de rebus Eccleſiæ & immunitate Eccleſiarum.
Quarta, de foro iudiciali: & ordine iudiciorum.
Quinta, de Matrimonialibus cauſis.
Sexta, de Iudicijs pœnalibus, & Cenſuris Eccleſiaſt.
Septima, de foro Pœnitentiæ, & Conſcientiæ.

VNIVERSVM OPVS NVNC PRIMVM TYPIS COMMISSVM,
Studioſis omnibus valde vtile & neceſſarium.

AVCTORE FRANCISCO GRATIANO DE GARZATORIBVS
I. C. ET CANONICO VICENTINO.

Cum rerum ſummis, & Indice locupletiſsimo:

CVM PRIVILEGIO ILLVSRISSIMI SENATVS VENETI.

Coll. Soc. Rom. Iesu



VENETIIS, Apud Fœlicem Valgriſium. M D LXXXII.

AD SANCTISSIMVM GREGORIVM XIII. PONTIFICEM MAX.

FRANCISCVS GRATIANVS DE GARZATORIBVS I. C. ET CANONICVS VINCENTINVS S.

NISI quæ plurima, eademque maxima ceruici tuæ incumbunt onera, Beatiſsimè Pater, fuere in cauſa, vt hæc Sanctitati tuæ memoria exciderint, recordari forſan haud grauabere, quæ de nonnullis laboribus noſtris fuerunt ad Sanct. T. delata. Cum enim Sacroſancti Concilij Tridentini Compendium aliquando compoſuiſſem, eique multis in locis Canonum diſpoſitionem addidiſſem ex corpore iuris: Quibus obnixè inſudaueram, ut maximum planè Canonici iuris articulum complecterer & explicarem: per patrem primum, Inquiſitorem ad Sanctitatem tuam, per eamque mox ad Curiam opere deportato, illud à Congregatione Reuerendiſsimorum Card. retulimus præceptum, ut Compendium Concilij ſine vlla prorſus additione imprimeretur: quò Pij IIII. felicis recordationis conſtitutio ſarta tectaque ſeruaretur, qua cautum eſt, ne qua omnino Concilij interpretatio fiat. Quo ſane Sanctiſſimo præcepto admonitum me, ac veluti animatum putaui, vt illa met additamenta iam neque Concilio adijcerem, neque ſola proferrem, ſed in Compendium Canonici iuris vniuerſi inſinuarem. Quod inſtitutum aggreſſus materiæ decreti iam enucleatæ pro Compendio ipſius Decreti faciendo additiones illas ex Concilij Compendio reciſas agglutinaui: vt vnum hac ratione conſtituatur vniuerſi iuris Canonici, quo vtimur, Compendium numeris omnibus abſolutum. Cum enim hactenus addiſci hæc ſcientia non niſi maxima poſſet cum difficultate propter materierum confuſionem, & congeriem quandam inordinatam, ei potiſsimum pro virili ſtuduimus, vt ſuis quæque locis explicarentur, & omnis prorſus confuſio tolleretur, ac denique integra iuris Canonici materia ordine quam optimo tradita haberetur. Neque illud me ab hoc labore deterruit, quod viderem Ioannem Baptiſtam Lancellottum in eundem lapidem mouendum incubuiſſe in ſuis Inſtitutionibus iuris Canonici: quippe qui tum ſummæ breuitatis nomine, tam verò quia ſcripſit ante Concilium Tridentinum, atque adeò regulas Romanorum Pontificum prætermiſit,

termiſit, non omnino videri fortaße poteſt propoſito muneri ſatisfeciſſe. Itaque opus hoc iam ad vmbilicum perductum, & ab amicis non improbatum iure optimo in lucem prodibit ſub tuis feliciſſimis auſpicijs, Pater Optime, præter quàm enim quòd ad Summum Pont. Canonum protectionem ſpectare nouimus, ad eumq́ue potiſſimum Pontificem, qui ſummæ vitæ integritati, ac pietati ſummam quoque ſapientiam, ac iuris omnis prudentiam adiunxerit, illud accedit, quod tu Santiſſime Pater autor aliquo modo mihi fueris, vt opus in hunc modum efformauerim. Quod ſi munus hoc tanto viro, ac planè diuino acceptum fuiſſe conſtiterit, facilè hi noſtri labores conſequentur, vt auidius ab alijs excipiantur, maioremq́ue orbi Chriſtiano afferant vtilitatem.

CAPITA PRINCIPALIA HVIVS COMPENDII.

PRIMAE PARTIS IVRIS CANONICI.

Diſtinctio prima.

De iure humano.
De multis a iure dependentib.

Diſtinctio ſecunda.

De traditionibus Apoſtolicis.

Diſtinctio tertia.

De ſacroſanctis Concilijs tam uniuerſalibus, quàm prouincialibus.

Diſtinctio quarta.

De ſacramentis eccleſiæ.

Diſtinctio quinta.

De ritibus eccleſiaſticis.

Diſtinctio ſexta.

De Sede Apoſtolica.

SECVNDAE PARTIS IVRIS CANONICI.

Diſtinctio prima.

De ſummo Pontifice, & perſonis eccleſiaſticis.

Diſtinctio ſecunda.

De dignitatibus, & ordinibus eccleſiaſticis.

Diſtinctio tertia.

De officio Prælatorum, & Sacerdotum, uita, & honeſtate clericorum.

Diſtinctio quarta.

De officio Principū erga Prælatos.

Diſtinctio quinta.

De officio omnium erga Prælatos.

Diſtinctio ſexta.

De regularibus.

TERTIAE PARTIS IVRIS CANONICI.

De rebus eccleſiaſticis.

Diſtinctio prima.

De omnibus eccleſiis, & beneficijs.

Diſtinctio ſecunda.

De electione Epiſcoporum, & diſpoſitione omnium beneficiorum.

Diſtinctio tertia.

De decimis.

Diſtinctio quarta.

De immunitate eccleſiarum.

Diſtinctio quinta.

De rebus eccleſiæ non alienandis.

QVARTAE PARTIS IVRIS CANONICI.

Diſtinctio prima.

De foro iudiciali, & ordine iudiciorum.
De officio iudicis delegati.
De officio legati.
De officio ordinarij, & de materia iudiciorum.

Diſtinctio ſecunda.

De ſententia, & re iudicata.
De reſtitutione in integrum.
De arbitris.
De appellationibus.
De confirmatione utili, uel inutili.

QVINTAE PARTIS IVRIS CANONICI.

De nuptijs, & gradibus, & cauſis matrimonialibus.

SEXTAE PARTIS IVRIS CANONICI.

De iudicijs pœnalibus, & cenſuris eccleſiaſticis.

Diſtinctio prima.

De accuſationibus, inquiſitionibus, & denunciationibus.
De ſimonia.
Ne prælati uices ſuas, uel eccleſias ſub annuo cenſu concedant.

Diſtinctio ſecunda.

De hæreticis.

Diſtinctio tertia.

De homicidio uoluntario, uel caſuali.
De diuerſis delictis, & pœnis.

Diſtinctio quarta.

De ſententia proferenda.

Diſtinctio quinta.

De eccleſiaſticis cenſuris.
De ſuſpenſione.
De ſententia excommunicationis.
De interdicto eccleſiaſtico.

SEPTIMAE PARTIS IVRIS CANONICI.

De foro conſcientiæ, & pœnitentiæ.

Diſtinctio prima.

De conſcientia.

Diſtinctio ſecunda.

De pœnitentia.
De criminis appellatione, & peccatis grauibus, & minutis.
De peccatorum remiſſione.

Diſtinctio tertia.

De diuerſis peccatis iuxta ordinem decalogi.
An militare ſit peccatum.
An iniuria ſociorum armis ſit propulſanda.
De fœnore, & rapina.

Diſtinctio quarta.

De medicina ſpirituali accipienda, & quoties.
De pœnitentia non neganda; & quæ conſiderare debeant pœnitentes.
De qualitate, & bonitate ſacerdotis.
Tempus pœnitentiæ uſque ad ultimum.
De pœna purgatorij grauiſſima.
De prædeſtinatione, & duplici neceſſitate.
An peccata dimiſſa redeant.

FINIS CAPITA PRINCIPALIA.

SVMMARIVM

Totius operis.

PRIMAE PARTIS.

DISTINCT. I.

1 *De iure humano, naturali; quo iubetur quiſque alij facere, quod ſibi uult fieri; & prohibetur inferre, quod ſibi nolit fieri.*

2 *De iure ſcripto, & non ſcripto.*

3 *De iure naturali gentium, & ciuili, & primò de iure ciuili.*

4 *De iure militari.*

5 *De iure publico.*

6 *De iure Quiritum, ſiue Romanorum.*

7 *De iure canonico.*

8 *De officijs, & uirtute legum.*

9 *De iure naturali, quod inter omnia primatum obtinet tempore, & dignitate.*

10 *Naturale ius poteſt intelligi eſſe rationem naturalem.*

11 *Quando primò tempore literæ fuerint.*

12 *Ante diuiſionem linguarũ fuit lingua una humana.*

13 *Quo tempore, & quibus de cauſis nobilitas fuerit introducta.*

14 *De dulci, & deuota hiſtoria Patriarcarum; quia cæperunt oracula promiſſionum.*

15 *Differentia iuris naturalis a conſuetudine.*

16 *Iure humano dicitur, hæc uilla mea eſt, &c.*

17 *Ius naturale dignitate præualet conſuetudini.*

18 *Aduerſus naturale ius nulli quicquam agere licet, ſed cum Deus iubet, & ſi nunquàm factum ſit, tamen fieri debet.*

19 *De conſuetudine.*

20 *Conſuetudines, quæ eccleſiis grauamen inducunt, remittuntur.*

21 *Legibus Imperatorum, quæ pro Dei ueritate feruntur, obtemperandum eſt.*

22 *Ius ciuile non ſeruatur contra Euangelium, & canones.*

23 *Imperatores Pontificibus indigent: & econtrà Pontifices Imperatoribus. Vnde leges Imperatorum, & Pontificum ſeruandæ ſunt.*

24 *Sed quamuis longeuæ conſuetudinis non ſit uilis auctoritas, non tamen præiudicat iuri poſitiuo, niſi fuerit rationabilis, & legitimè ſit præſcripta.*

25 *De auctoritate ſcripturæ canonicæ, niſi ad eas mendatia fuerint admiſſa.*

26 *Sacra ſcriptura canonica literis Epiſcoporum præponitur.*

27 *Quæcunque diuinæ uoluntati, ſeu canonicæ ſcripturæ ſunt contraria eadem etiam naturali iuri inueniuntur aduerſa.*

28 *De decretalibus epiſtolis.*

29 *De expoſitoribus ſacræ ſcripturæ: & quod in cauſis definiendis ſecundum poſt Pontifices locũ mereantur.*

30 *Vnde ſumenda ſit interpretatio librorum ueteris, & noui teſtamenti.*

DISTINCTIO. II.

31 *De traditionibus Apoſtolicis.*

32 *De traditione canonis miſſæ.*

33 *De traditione in baptiſmo.*

34 *Traditio de miſſa.*

35 *Traditio, quòd ieiuni accipiant communionem.*

36 *Traditio de aqua mittenda in uino.*

37 *De traditionibus digna ex Petro Caniſio.*

38 *De canonibus Apoſtolorum.*

DISTINCTIO. III.

39 *De ſacroſanctis concilijs, & quorum ſcopus ſit.*

40 *Quo tempore cæperunt canones generalium cõciliorum, & quòd nominetur tempus conſtantini magni.*

41 *Nicænum concilium alio reſpectu non fuiſſe primum, ſed Hieroſolymitanum celebratum ab Apoſtolis.*

42 *Hoc Hieroſolymitanum tempore, & auctoritate primum fuit.*

Sequendo ordinem, quòd Nicænum ſit primum.

43 *Inter cætera quatuor ſunt uenerabiles ſynodi.*

44 *Prior Nicæna, qua blaſphemia Arianæ perfidiæ condemnatur.*

45 *Secunda in Conſtantinopoli, quæ Macedonium condemnauit, & dedit ſymboli formam in eccleſiis prædicatam.*

46 *Tenor ſymboli, credo in unum Deum patrem, &c.*

47 *Alterum ſymbolum habemus ex generali concilio ſub Innocen. III. incipit, Firmiter credimus, & ſimpliciter profitemur, &c.*

48 *Tertia ſynodus Epheſina contra Neſtorium, qui dicebat beatam Virginem Mariam non Dei, ſed hominis tantum genitricem.*

49 *Quarta ſynodus Calcedonenſis contra Euthicem, qui aſſerebat Chriſtum non ex duabus naturis exiſtere.*

De aliis quatuor ſynodis uniuerſalibus.

50 *Quarum prima eſt quinta Conſtantinopolitana.*

Secunda contra hæreticos, qui dicebant aliud eſſe uerbum Dei, aliud Chriſtum & Sanctam Mariam negabant

gabant Dei genitricem.

51 *Iuſtinianus extruxit templum S. Sophiæ in Conſtantinopoli.*

52 *Sexta Conſtantinopolitana, tertia contra Macharium qui unam ſolam uoluntatem, & opinionem in Chriſto aſſerebat.*

53 *Septima Nicena, ſecunda contra hæreſim imaginum.*

54 *Octaua Conſtantinopolitana, quarta pro depoſitione Photini, & reſtitutione Ignatij Archiepiſcopi Conſtãtinopolitani.*

De Concilijs Prouincialibus.

55 *Quorum in decreto deſcripta ſunt xxiiij. & hæc deſcripta ſunt inſertis multis alijs congruis locis.*

56 *Tertia ſynodus Prouincialis Grangren. contra Euſtachium, qui dicebat nullum in coniugali gradu, & qui non omnibus renunciaret, quæ poſſident, ſpem ullam ad Deum habere.*

57 *Quarta Sardicenſis congregata, ut Athanaſius ad ſuam rediret eccleſiam.*

58 *Concilium in Syrmio congregatum declarauit locum Geneſis, c. 19. Pluit dominus a domino, ut ſit ſenſus; pluit dominus filius a domino patre.*

59 *Synodus Colonienſis contra Eufratam, qui Chriſtum negabat Deum.*

60 *Anthiochena ſynodus cõtra Paulum Samoſatanum dicebat filium Dei a Maria cepiſſe, & initium habuiſſe de terra.*

De alijs.

61 *In concilio Romano deciſum baptizatos ab hæreticis non rebaptizandos.*

Et damnatus Nouarius, qui ſpem ſalutis ademerat peccantibus, & ſi dignè pænitentibus.

62 *In Concilio Valentino Prouinciali ſub Symaco Papa anno domini. 494. ſtatutum eſt, ut Euangelium in miſſa legatur.*

63 *Concilium Piſtorienſe ad fluuium Sequanam, ubi extat antiqua, & inſignis epiſtola Nicolai Papæ primi ad Michaelem Imperatorem de poteſtate, & dignitate ſedis Apoſtolicæ.*

64 *Concilium Lateranenſe generale ſub Alexan. III. de quo in decretalibus pluries eſt mentio.*

65 *Concilium iterum Lateranenſe generale per excellẽtiam dictum ſub Innoc. III. de quo ſimiliter plurinum in decretalibus.*

66 *Concilium generale Lugdunenſe ſub Gregorio nono, Innoc. IIII. & Greg. X. de quo in ſexto decretalium pluries eſt mentio.*

67 *Concilium generale Vienenſe ſub Clemente V. de quo ampliſſimè in libro Clementinarum, qui clemẽs tranſtulit Põtificium ſedem ab vrbe Roma. Auinium Galliæ vrbem anno domini M. CCCV. & remanſit ad ſeptuaginta, & quatuor annos.*

68 *Concilium generale Conſtantienſe tempore ſchimatis. Ferebantur enim tunc tres Pontifices, Ioannes XXII. Benedictus. XIII. & Gregorius. XII. & omnes hi tres pariter in eo Concilio Papatu deiecti ſunt, & electus Martinus V.*

69 *Concilium Baſilienſe incoactum ſub Martino V. & Eugenio IIII. poſtea translatum Ferrariæ, & ultimo completum Florentiæ ſub Eugenio IIII.*

70 *Concilium Lateranenſe ſub Leone X. Cuius decreta digna deſcripta ſunt.*

71 *Concilium Tridentinum, cuius extat compendium de reformatione, & de ijs, quæ uerſantur in foro.*

DISTINCTIO IIII.

De Sacramentis.

72 *Sacramenta quamuis dicantur eccleſiæ; ſunt tamen a domino Ieſu Chriſto inſtituta.*

73 *Sacramenta neceſſitatis iterari non poſſunt, ſed cum pænitentia rata eſſe permittuntur.*

74 *Sacramenta dignitatis niſi digni dignè adminiſtrent, deſinunt habere dignitatem.*

75 *Tria præ cæteris ſacramenta ſunt neceſſaria baptiſmi unicuique pænitentia lapſis, ordinis non ſingulis, ſed eccleſiæ.*

De Baptiſmo.

76 *In baptiſmo non ſufficit aqua, ſi deſint uerba: & uerba non proſunt, ſi deeſt aqua.*

77 *Si dubitetur; an aliquis ſit baptizatus; baptizatur his uerbis, ſi baptizatus es; non ego te baptizo: Si non es baptizatus, ego te baptizo.*

78 *Paruuli utiliter baptizantur, & remittitur peccatum originale: & confertur gratia informans, & uirtutes.*

79 *Obſeruantia baptizandi paruulos eſt ex traditionibus Apoſtolicis.*

80 *Actuale peccatum in adultis ſine conſenſu non remittitur in baptiſmo.*

81 *Adulti amentes, & dormientes, ſi prius in contradictione fuerunt, licet fuerint immerſi, charitatem non ſuſcipiunt ſacramenti; ſecus ſi prius catechumini extitiſſent.*

82 *In coacto, & inuito diſtinguitur: quia character imprimitur in illo, qui terroribus ſuſcipit baptiſmũ: qui uerò penitus contradicit; characterem non ſuſcipit ſacramenti.*

83 *Qui in mentis poteſtate nunquàm fuerint, ut pueri baptizantur.*

84 *Iudæus ſe ipſum immerſit in aquam dicendo, ego me baptizo in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti, debet rebaptizari, quamuis ſi ſtatim deceſſiſſet, euolaſſet ad patriam cæleſtem.*

85 *Baptizati a Latinis non debent a Græcis rebaptizari.*

86 *Qui communicant in hæreſi, & baptizantur ab hæreticis, non accipiunt uirtutem ſacramenti.*

87 *Baptizati in nomine Trinitatis non rebaptizantur: quia dum reuertuntur accipiunt uirtutem ſpiritus ſancti.*

88 *Baptizati à Iudæo in nomine Trinitatis, uel tantum in nomine Chriſti, non rebaptizantur.*

89 *Infans in utero non baptizaretur, ſi mater baptiza-*

ta eſt, urgẽti periculo : quia nondum ſecundum Adam natus eſt.

De Confirmatione.

90 *Conſuetudo non operatur, ut ſimplex ſacerdos exhibeat ſacramentum confirmationis: quia conferunt ſoli Epiſcopi per manus impoſitionem.*

De Euchariſtia.

91 *Nihil in ſacrificijs maius eſſe poteſt, quàm corpus, & ſanguis Chriſti: & potior uenerari debet.*

92 *In oblationibus miſſæ uinum aqua mixtum offertur, non ſolum uinum.*

93 *Corpus, & ſanguis Chriſti in ſacramento altaris tranſubſtantiatur poteſtate diuina: ut accipiamus ipſi de ſuo, quod accepit ipſe de noſtro.*

94 *Sacramentum hoc nemo poteſt cõficere niſi ſacerdos; qui ritè fuerit ordinatus.*

De Pœnitentia.

95 *Perfecta pænitentia cogit peccatorem omnia libẽter ſufferre.*

96 *Per pænitentiæ medicinam ſpes uitæ reparatur æternæ: nam poteſtas præpoſitis data eſt; ut confitentibus pænitentiæ ſatisfactionem darent.*

97 *Iuſta cauſa reſeruantur caſus tam a Pontifice, quàm ab Epiſcopo.*

98 *De pænitentia abundè in Catechiſmo remiſsiuè.*

De extrema Vnctione.

99 *De extrema Vnctione in Catechiſmo remiſsiuè.*

100 *Eſt unctio materialis, & uiſibilis, ſpiritualis, & inuiſibilis.*

101 *Pro uiſibili unctione benedicitur oleum catechuminorum, uel infirmorum.*

102 *Oleum tamen ſanctificatum dicitur etiam admixtum conſacrato.*

De ordinis Sacramento.

103 *Per ordinis ſacramentum intrant legitimi diſpenſatores miniſteriorum Dei, Epiſcopi, Presbyteri, diaconi, & cæteri.*

104 *Epiſcopatus eſt ordo, uidelicet ſacerdotalis, ſed maioris gradus.*

De matrimonij Sacramento.

105 *In coniugio duo ſunt; conſenſus animorum, & commixtio corporum.*

106 *Conſenſus animorum ſignificat charitatem, quæ conſiſtit in Deum, & iuſtam animam.*

107 *Commixtio corporum deſignat conformitatem inter Chriſtum, & eccleſiam. Nam uerbum caro factum eſt.*

108 *Doctrina de matrimonij ſacramento habetur in Concilio Tridentino, & Catechiſmo.*

109 *Materia matrimonij habetur in parte 5.*

DISTINCT. V.

De ritibus Eccleſiaſticis.

In Baptiſmo.

110 *Quia Chriſtus fecit nos Sacerdotes in nouo Teſtamẽto, non ſolum Reges & Sacerdotes, ſed omnes Chriſtiani in baptiſmo, & poſt baptiſmum unguntur.*

111 *Quid ſignificent Vnctiones in Baptiſmo.*

112 *A Chriſto Chriſtiani dicuntur tanquam uncti.*

113 *Baptiſmum conceditur in fontibus præter filios Regum, uel Principum, uel propter neceſsitatem.*

In Confirmatione.

114 *In Confirmatione Spiritus ſanctus ad augmentum datur, & robur: cuius aduentum per Vnctionis deſignatur.*

In miſſa.

115 *Iacobus frater domini ſecundum carnem, & Baſilius Epiſcopus addiderunt nobis miſſæ celebrationem.*

116 *Euangelium legitur in miſſa ex Concilio Valentino; & conſtitutum eſt lumen ardere in eccleſia, dum miſſa dicitur.*

117 *Calix cum patena, ſi non ex auro, & argento, fieri debet, uel ſtanneum ob paupertatem, de ære, aut auricalco non fiat.*

118 *Nullus in ligneo, aut uitro Calice præſumat miſſam cantare.*

119 *Corporale fit ex puro lineo, aut linteo ab Epiſcopo conſecrato.*

120 *De multis in miſſa additis à diuerſis.*

121 *Nocte ſancta Saluatoris Miſſa celebranda eſt. Reliquis temporibus, non ante diei tertiam.*

122 *Nullus Presbyter præſumat celebrare, niſi in conſecratis locis, & ſacramenta altaris non niſi a ieiunis celebrentur.*

123 *Sufficit Sacerdoti unã miſſam in die una celebrare.*

124 *Epiſcopus Deo ſacrificans teſtes ſecum habeat, & plures in ſolemnioribus diebus.*

125 *Presbyter non celebret, niſi duobus præſentibus.*

126 *In altari, in quo Epiſcopus miſſam cantauit, eadem die nullus celebrabit.*

127 *Miſſas die Dominico totas audire ſæculares oportet: ut ante benedictionem populus egredi non præſumat.*

128 *In die Natali quàmuis tres miſſas dicat Sacerdos, attamen non obligatur aliquis audire ultra unam miſſam.*

129 *Qui die ſolemni prætermiſſo eccleſia conuentu ad ſpectacula uadit, excommunicabitur.*

130 *Miſſam non audiat Presbyteri, qui ſcit cõcubinam indubitanter habere; non quia ſacramenta non habeant propriam uirtutem; ſed ut uerecundia rubore facilius pæniteant.*

131 *Dum Euangelium legitur, ſtantes audimus Dominica uerba.*

132 *Ad miſſarum ſolemnia ſemper eſt aliquid offerendum.*

133 *Debemus incumbere toto corde; & ideo admonet Sacerdos dicendo, Surſum corda.*

134 *Nullus audeat recedere dicta oratione, niſi paſsio interueniat; quia tunc licet alteri conſecrationem exequi cœpti officij.*

135 *In concilio ſtatutum eſt, ut ſacrificans poſt ſe uicinũ ſolamnis adiutorem habeat.*

136 Præ-

136 *Presbyter ſi morbo caduco urgitur, frequenter prohibetur a miſſarum celebratione.*
137 *De defectibus in myſterio ipſo occurrentibus ex miſſali nouo.*

De hymnis, qui leguntur in eccleſia.

138 *Quod compoſita ab hominibus ad laudem Dei, & ſanctorum non ſunt repudianda.*
139 *Ex Concilio Toletano IIII. publicè cantatur hymnus trium puerorum.*
140 *Alleluia, &, Gloria in excelſis Deo ab Angelis in nouo teſtamento decantata ſunt.*
141 *Quare nouem hebdomadibus, Alleluia, intermittimus.*
142 *Et quare in laudibus Dominicæ tempore Poſcali decies dicitur, Alleluia.*
143 *Gloria in excelſis dicitur in cœna Domini ab Epiſcopis; ac eis licitum eſt eadem die palio Apoſtolico uti, ſi permittitur ab Apoſtolica Sede.*
144 De præſationibus, quòd multæ ſunt, & antiquæ, & in miſſali nouo.
145 *Quinta feria ultimæ hebdomadæ quadrageſimæ nouum Chriſma confici debet, & uetus cremandum eſt.*
146 *Fabianus Papa electus, quia Columba ſuper caput eius deſcendit dicens, Romæ Epiſcopus ordinaberis.*
147 *Aqua benedicta cuncti aſperſi ſanctificantur, & purificantur, & ab omnibus Sacerdotibus fit.*
148 *Agri iubentur aſpergi, uel profundi; quia gratiam Dominicam conſequuntur.*

De feſto Paſcatis.

149 *Paſcha Domini die Dominico celebratur a XIIII. die Lunæ Martis vſque ad XXI. diē eiuſdem menſis.*
150 *De feſto Paſchatis ex hyſtoria eccleſiaſtica, ac ex alia hyſtoria Nicephori Calixti, ac in Martirologio Alexandri Peregrini.*
151 *Semel quidem Chriſtus mortuus eſt; ſed anniuerſaria recordatione repræſentatur, quod olim factum eſt.*
152 *De horis canonicis dicendis ſingulo die.*

De rogationibus.

153 *Ante Aſcenſionem Domini tribus diebus rogationes, ideſt letaniæ celebrantur.*

De quinquageſima.

154 *Quinquageſima habet ſeptem hebdomadas obſeruanda a Clericis.*
155 *In Dominica quinquageſimæ etiam tempore D. Auguſtini homines carnibus ſe ingurgitabant.*
156 *Communi uſu hæc obſeruantia quinquageſimæ approbata non eſt; unde tranſgreſſores non ſunt rei.*

De Quadrageſima.

157 *Quadrageſima ſumma obſeruatione obſeruanda eſt: niſi infirmitas impedierit: quia dies decima anni ſunt.*
158 *In Quadrageſima ſex hebdomadæ computantur, & ſubtrahuntur ſex dies Dominicæ: vnde remanent dies XXXVI. ſed ut numerus ieiunij Chriſti fiat, adduntur quatuor dies ante primam Dominicam.*
159 *De quadrageſima in canonibus Apoſtolorum.*
160 *De quadrageſima in concilio Toletano. VIII.*
161 *In quadrageſima, uel in alijs ieiunis infirmi ſupportantur, ſi ſoluunt ieiunia.*
162 *Fideles quadrageſimæ diebus nō abſint ab eccleſiis.*
163 *Paſcha, Natalis Domini, & quadrageſima non celebretur in uilla.*

De qualitate ieiunij, & uitio gulæ.

164 *Non ieiunia ſolum, ſed omnes dies abſque ciborum luxuria tranſgredi debent.*
165 *Multis modis tentat uitium gulæ.*
166 *Non prodeſt ieiunium, niſi mens ab iniquitate cohibeatur; & ieiunium magnum eſt abſtinere ab iniquitatibus; & quaſi quadrageſimam celebramus, cum bene uiuimus.*
167 *Abſtinentia non eſt ſine ſpe, ſed expectat mercedem beatæ uitæ; quod denotant quiquaginta dies quietis poſt paſcha.*
168 *Ieiunium cum moderamine ſit, charitati, aut uigiliæ integritatis non præſertur.*
169 *Melior eſt quinque pſalmorum decantatio con cordis puritate, quam totius pſalterij.*
170 *Qui neceſſaria corpori ſubtrahunt, ſiue ciborum nimia egeſtate, uel ſomni penuria, offerunt holocauſta, de rapina Domino.*
171 *Moderata refectio ſalutem, & ſenſuum acumen operatur; abundantia uerò morbum facit, & moleſtias.*
172 *Morbo articulari, & podagræ humoribus laborantes ad ſimplicem menſam, & pauperes cibos redacti conualuerunt.*

De abſtinentia in Sabbato & de Dominica.

173 *Die Sabbati abſtinendum eſt à carnibus, niſi maiori feſtiuitate interueniente, uel infirmitate impediente.*
174 *De nocte magni Sabbati ex generali concilio. VI.*
175 *Sexta feria in natiuitate Domini carnibus ueſci poteſt, niſi uoto, aut regulari obſeruantia ſit prohibitum. Item non reprehenduntur, qui ab deuotionem uoluerit abſtinere.*
176 *Sabbato ieiunandum eſt; quia conſtat Apoſtolos biduo ante Paſcha omnino ieiunaſſe.*
177 *Qui die Sabbati aliquid operari prohibent ſunt prædicatores Antichriſti, qui facit diem Sabbati ab omnibus obſeruari, & peruerſi ſunt homines, qui prædicant; ut die Dominico lauetur.*
178 *Die Dominico ieiunandum non eſt, unde ſi feſtum occurrat die Lunæ habens vigiliam, ipſa ieiunatur die Sabbati.*
179 *De quatuor Temporibus anni, quæ diſpoſita ſunt; ut lex abſtinentiæ omnibus ſit aſcripta temporibus.*
180 *De ieiunijs Iudæorum antiquis.*
181 *De Quinquageſima poſt Paſcha, uſque ad Pentecoſtes.*
182 *Monachi, uel Clerici, qui hoc tempore ieiunare uoluerint, non ſunt prohibendi.*

De

De uigilijs, quæ ieiunantur, uel non.

183 *Vigilia Pentecoſtes ieiunatur ex conſuetudine eccleſiæ generali.*

184 *Vigilia Aſcenſionis, & Epiphaniæ non ieiunantur.*

185 *Reliquæ uigiliæ per totum annum ſunt* XIII.

De diebus feſtiuis.

186 *Omnes dies Dominici à ueſpere in ueſperem debent obſeruari.*

187 *Reliqui dies feſti enumerantur.*

188 *Additæ ſunt tres dies rogationum, dedicatio cuiuſq; oratorij, & feſtum S. Martini.*

189 *Feſtiuitas de ueſpere in ueſperem debet attendi iuxta regionum conſuetudinem: & ſicut dierum magnitudo exigit.*

190 *Diebus Dominicis, & præcipuis feſtiuitatibus genuum flexio non debet fieri.*

191 *Obſeruari debet ab omnibus feſtum inuentionis Sanctæ Crucis.*

192 *De feſto Corporis Chriſti, & indulgentiæ ob feſtum.*

193 *Feſta duplicia* XII. *Apoſtolum.* IIII. *Euangeliſtarum, & quatuor Doctorum Eccleſiæ.*

194 *Diebus Dominicis, & alijs feſtis, non tamen in maioribus anni ſolemnitatibus ob neceſſitatem obſeruatio feſtiuitatis remittitur.*

195 *De præceptis eccleſiæ, quæ ſunt quinque, ex Petro Caniſio.*

196 *De diebus feſtis ex Catechiſmo.*

De auctoritate, & uſu palij.

197 *Forma traditionis palij; & quando uti poſſit.*

198 *Archiepiſcopus palium ſuum alicui commodare non poteſt Romanus Pont. ſolus ſemper, & ubiq; palio utitur.*

199 *De priuilegio Archiepiſcopi Compoſtellani circa palium.*

200 *Archiepiſcopus ſine palio poteſt ubique celebrare.*

201 *Quando retardetur traditio palij ob obiectum.*

De ſacra unctione.

202 *Primò Epiſcoporum; deinde Regum; Quare in capite ungitur Pontifex.*

203 *De baculo Paſtorali Epiſcopi.*

204 *De conſecratione altaris templi, et calicis unctione.*

De ſepulturis.

205 *Regulariter ſepeliuntur mortui in atrio, aut in porticu, non intra eccleſias.*

206 *Fallit in Epiſcopis, aut dignis Presbyteris, uel fidelibus laicis.*

207 *Non iuuantur à ſacris locis ij, quibus peccata non ſunt dimiſſa: & iuuat ex altaris ſacrificio, orationibus, ſiue eleemoſinis.*

208 *Pro omnibus intercedendum eſt propter incertitudinem; & diligentius facit quiſque pro neceſſarijs ſuis.*

209 *Soluuntur animæ oblationibus Sacerdotum, precibus ſanctorum, charorum amicorum eleemoſinis, aut ieiunio cognatorum.*

210 *Curatio funeris, pompa exequiarum ſunt ſolatia uiuorum.*

211 *Non debemus teſtari pro noſtra, nec aliorum morte; non tamen prohibemur pietatis effectu mortuos lugere.*

212 *Mortui non ſciunt ea, quæ à uiuis geruntur: poſſunt tamen aliqua audire ab eis, qui hinc pergunt; ac etiam ab Angelis poſſunt aliqua audire.*

213 *Multi credunt aliquos ex mortuis uenire ad uiuos.*

214 *Nam poteſt dici Adã moriturũ eſſe ſi non peccaſſet.*

215 *Item anathema ſit, qui dixerit ex præuaricatione Adæ ſolum corpus non animam etiam in deterius commutatam eſſe.*

216 *Pro; ſepultura nihil exigendum eſt. Item terra Cimiteriata pro ſepultura uendi non debet.*

217 *Mulier nupta liberè poteſt eligere ſepulturam; & in ſepeliendis minoribus filijs ſeruatur conſuetudo ac conueniens eſt filios in patrum, uxores in maritorum ſepulchro collocare.*

218 *Si facultas eſt ſepultura celebrari debet in maiori eccleſia, aut ubi ſunt religioſi.*

Quibus denegetur ſepultura.

219 *Quibus non communicamus uiuis, nec defunctis communicare debemus; nec oblatio ipſorum accipi poteſt.*

220 *Et ſi horum corpora ſepulta diſcerni poſſit exhumari deberet.*

221 *Pœna eorum, qui humauerint eorum corpora.*

222 *Intelligitur talis prohibitio, ſi impœnitentes deceſſerint; Nam ſi in extremis abſoluti fuerint; dabitur ſepultura; & hæredes tenentur pro ipſis ſatiſfacere.*

223 *Qui in patibulo ſuſpenduntur: ſi dignè pœnituerint: dabitur ſepultura.*

224 *Incendiarius in morte abſolutus ſepelietur in cimiterio, & hæredes ſatisfacere compelluntur.*

225 *Sed & ij, qui in ſcelere comprehenduntur, ſi confeſſi deceſſerint, communio non denegatur, quamuis ſi ſe defendendo fuerint interfecti, aliud ſit.*

226 *Caſu oppreſſo, ſi aliud non obſtet, ſepultura non denegatur.*

227 *Vulnerato in torniamentis conceditur pœnitentia, ſed ſi moritur, carebit ſepultura, ſi animo pugnandi acceſſit, ſed ſi alia cauſa, & fortuitu obierit, traditur ſepultura.*

DISTINCTIO. VI.

De Sede Apoſtolica.

228 *Auctoritatem aggregandorum Conciliorum penes primam Sedem ſunt: & aliter cõgregata non ualet.*

229 *Nam ſatis indignum eſt regulam refutare quam B. Petri Sedes ſequitur, in qua Dominus totius eccleſiæ Principatum poſuit.*

230 *In Italia, Gallia, Hiſpania, Aphrica, Sicilia, Inſulibuſque interiacentibus, Petrus Apoſtolus, & ſucceſſores inſtituerunt eccleſias.*

231 *Fides Diui Hieronymi ad Damaſum Papa.*

232 *S. Rom. Eccl. immaculata permanſit omni hæreticorum inſultatione.*

233 *Non poteſt habere quis Deum patrem, qui non tenet vnitatem Eccleſiæ.*

234 *Hæc ſola Catbolica eccleſia eſt, per quam Deus accipit ſacrificium; & intra ſe poſitos charitate cuſtodit.*

235 *Non ſufficit tenere fidem erga Deum, ſi erga eccleſiam Dei non tenetur, cum Chriſtus propter eccleſiam paſſus ſit.*

236 *D. Hieronymus cenſuit occidentalem eccleſiam conſulendam cum in oriente Lucifer oriretur.*

237 *Prælati Romanæ Eccleſiæ ſunt lux mundi.*

238 *Papa non debet eſſe negligens contra temerarios diuinorum, vel Apoſtolicæ ſedis decretorum.*

239 *Maiori reatu deliquit, qui potiori honore fruitur; & ſublimitas peccantium grauiora facit peccata.*

240 *In ſpiritum ſanctum blaſphemant, qui contra ſacros canones proteruè agunt, aut loquuntur.*

241 *Siquis pulſatus fuerit in aliqua aduerſitate ad Apoſtolicam ſedem appellat.*

242 *Omnis oppreſſus liberè appellat ad Romanam Sedem.*

243 *Romana ſedes ſequi debet conſtitutionem vniuerſalis ſynodi; nam ita iuſtitia, & rationis ordo ſuadet.*

244 *Eccleſia Rom. non alligatur canonibus ſicut Chriſtus ſe dominum legis oſtendit.*

245 *Prima eccleſia vices ſuas alÿs eccleſÿs credidit: ut in partem ſolicitudinis ſint vocatæ, non in plenitudinem poteſtatis.*

246 *Digna ex tractatu Card. Poli de ſede Apoſtolica, declarandum oraculum Eſaiæ prophetæ.*

247 *Romana ſedes ſingulariter priuilegiata fuit quia; nunquam defecit fides Petri.*

248 *De donatione Conſtantini, & confeſſione ipſius ampliſſimè.*

SECVNDAE PARTIS

DISTINCTIO. I.

De ſummo Pontifice.

1 *Romana eccleſia Domini voce priuatum obtinuit.*

2 *Marcellinus Epiſcopus vrbis Romæ grana thuris à Paganis compulſus impoſuit, & tamen in concilio contra illum nullus ſententiam tulit.*

3 *Et Valẽtinianus Imp. idẽ fecit circa Siſtum Papam.*

4 *Dioſcorus Epiſcopus Alexandrinus damnatus eſt, quia excommunicationem dictauit in ſanctum Leonem Papam.*

5 *Iudicium Sedis Apoſtolicæ à quoq; non tractatur, neque ab Aug. neque à Regibus.*

6 *Cyprianus Epiſcopus, quantum ad martyrium, comparatur Petro: ſed tamen habet Petrus Apoſtolus Principatum.*

7 *Papa Regem Francorum depoſuit, & Pipinum Caroli Imp. patrem ſubſtituit.*

8 *Excommunicatis iuramentum fidelitatis non obſeruatur quouſque ad ſatisfactionem ueniant.*

9 *Rom. Pont. nouas leges condere poteſt: Vnde Euangeliſtæ, & prophetæ nequaquam dixerunt: Nam à Domino, vel Apoſtolis diffinita vſque ad animam confirmare debet.*

De electione Ro. Pont. & S.R.E. Card.

10 *Forma electionis tempore Nicolai Papæ primi.*

11 *Alia de hac electione Alex. III. & Gregorÿ X.*

De Cardinalibus.

12 *Pontianus Papa introduxit Cardinales in vrbe Romana propter baptiſma, & ſepulturas hominum.*

13 *Dignitas Cardinalem eſt; qui repræſentant beatiſſimos Apoſtolos & aſſiſtunt Papæ.*

14 *Innocentius. IIII. ſtatuit; ut Cardinales Galero rubeo vterentur.*

15 *An beatus Hier. fuerint Cardinalis, & concluditur pro negatiua.*

DISTINCTIO. II.

De dignitatibus & ordinibus eccleſiaſticis.

16 *De Patriarchis Ro. Sedis Conſtantinopolitanæ, Alexandrinæ, Antiochenæ, Hieroſolimitanæ.*

17 *De locis Patriarcharum, & cæterorum prælatorum,*

18 *Archiepiſcopi interpretantur, quòd ſint ſummi Epiſcoporum.*

19 *Epiſcopus eſt nomen operis, non honoris.*

20 *De dignitate Epiſcoporum principaliter, quia tenent locum Apoſtolorum.*

21 *Papa Epiſcopos uocat fratres, & literæ Apoſtolicæ eſſent falſæ, ſi Epiſcopi uocarentur filÿ.*

22 *Papa Cardinales, non Epiſcopos uocat filios: cætum vero Cardinalium fratres, quia ſunt ſex Epiſcopi Cardinales.*

23 *Cardinales Epiſcopi ſunt ſex.*

24 *Epiſcopi propriè ſunt Reuerendiſſimi & exiſtunt Chriſti legati.*

De Presbyteris.

25 *Summi Pontifices, & minores Sacerdotes à Deo fuerunt inſtituti: & hæc diſcutio facta eſt in nouo teſtamẽto: quia Dominus xÿ. Apoſtolos, & lxxÿ. diſcipulos elegit.*

26 *Presbyter dicitur ſenior, & propter honorem, & dignitatem Presbyteri nominantur.*

27 *Apud veteres ÿdem Epiſcopi, & Presbyteri fuerunt.*

28 *Ad tolendam ſchiſmatam decretum eſt, ut presbyter ſuper poneretur omnibus, qui uocaretur Epiſcopus.*

29 *Nouerint Epiſcopi ſe eſſe maiores conſuetudine, quã diſpenſatione Dominicæ veritatis.*

30 *Omnes tamen presbyteri, & reliqui Clerici, omneſque Principes debent obedire Epiſcopis.*

31 *In ordinando presbytero obſeruanda, & pertinentia ad ipſum.*

De Diacono.

32 *Diaconi ab Apoſtolis poſt Aſcenſionem Domini ordinati ſunt.*

33 *Ad diaconum pertinet ſacerdotibus aſſiſtere, & alia multa in ordinando Diacono obſeruatio.*

34 *Diaconus, cum ordinatur, ſolus Epiſcopus manus ſuper caput eius ponat.*

35 *Diaconus præſente presbytero Euchariſtiam populo erogat, ſi neceſſitas cogit.*

De Subdiacono.

36 *Subdiaconos procedente tempore eccleſia ſibi conſtituit.*

37 *Subdiaconus non ordinatur, niſi caſtè victurus promittat.*

38 *Eccleſiam neminem cogit ad continentiam, ſed in ordine quem dat, poteſt imponere legem, quã vult.*

39 *In eccleſia orientali vxorati ſuſcipiunt ordines, ſed ſi ſoluti ordinantur, tenentur continere.*

40 *In ordinando ſubdiacono obſeruatio.*

De Acolytho.

41 *Acolythi dicuntur à deportandis cereis, quando legendum eſt Euangelium.*

42 *In ordinando Acolytho obſeruatio.*

De Exorciſta.

43 *Exorciſtæ adiurantes, ſiue increpãtes uocantur, quia ſuper Cathecumenos, & eos, qui habent ſpiritum immundum inuocant nomine domini.*

44 *In ordinando exorciſta obſeruatio.*

De Lectore.

45 *De officio lectoris, & illius ordinatione.*

De Hoſtiario.

46 *De officio hoſtiarij, & illius ordinatione.*

47 *Lectores, & hoſtiarij non vtantur orarijs.*

De Pſalmiſta.

48 *Pſalmiſta abſque licentia epiſcopi officium cantandi ſuſcipit.*

49 *De prima tonſura remiſſiuè.*

De officijs Archidiaconi, & aliorum.

50 *Archidiaconus poſt Epiſcopum eſt Vicarius.*

51 *Omnia vaſa eccleſiæ ad cuſtodiam Archidiaconi ſpectant.*

52 *Archidiaconi nõ ſint temerarij aduerſus Epiſcopum; quia abſcindebuntur ab eccleſia, & priuabuntur beneficijs.*

53 *Archipresbyter ſubeſt Archidiacono, & curam gerit ſuper omnes presbyteros, & vice epiſcopi miſſã celebrat.*

54 *Epiſcopo miſſam celebrante Sacerdotes induunt ſe ueſtimentis ſacris præcepta Archipresbyteri.*

55 *Præcepit Archipresbyter, ut Euchariſtia non deſit propter infirmos.*

56 *Officium Archipresbyteri ruralis.*

57 *Archidiaconi infra annum fiant Diaconi, Archipreſbyteri, Presbyteri aliter honorem amittunt.*

58 *Ad primicerium multa pertinentia.*

59 *Theſaurarij officium.*

60 *Officium cuſtodis circa multa.*

De officio Vicarij Epiſcopi.

61 *Vicarius epiſcopi non debet eſſe laicus, & non poteſt inquirere, aut beneficia conferre ſine ſpeciali mandato.*

62 *Canonicus ſi eſt Vicarius ſedet in choro ſuo loco Canonicatus.*

63 *Qui promoueri non poſſint; & de multis impedimentis circa ordines.*

64 *De clericis peregrinis ordinandis obſeruatio.*

65 *Peregrini, de quorum ordinatione non conſtat, niſi ſecreto poſſunt celebrare.*

66 *De ætate ordinandorum, & de alijs circa ordinationes ex Concilio Tridentino.*

67 *De charatere ordinati per uim metum've.*

DISTINCTIO. III.

De Prælatis.

68 *Epiſcopus debet habere gratiam docendi.*

69 *Rectores ſunt improuidi, qui propter humanam gratiam loqui formidant, ac corrigere ubi oportet.*

70 *Rector multa cautela loqui debet.*

71 *Qui docet, & inſtruit animas rudes, debet ſe aptare ingenio dicentium.*

72 *Non eris ædificatio diſcipuli, ſi intelligit ſe magiſtro eſſe maiorem: & eccleſia Dei deſtruitur, ſi laici meliores ſunt clericis.*

73 *Qui docet, quæ ab auditoribus non intelliguntur, non ad eorũ vtilitatẽ, ſed ad ſui oſtentationẽ facit.*

74 *Ille doctor percuſſor dicitur, qui ſermone inutili percutit conſcientiam infirmorum, & eis ſermo debet teneri qui conſolare, & rectam fidem tenentes conſolidare poteſt.*

75 *Qui honore, præſtantior eſt, viliſſimo comparatur, niſi præcellat ſcientia, & ſanctitate.*

76 *Conuenit operam dare; ne quis pereat culpa epiſcoporum, quos conuitia perditorum impedire debet.*

77 *Non ſufficit Epiſcopo, ſi turbis, vel quorumcunque indoctorum fide uel actibus adæquetur.*

78 *Epiſcopus ſi Clericos non corrigit, populum corrigere non ualet.*

79 *Epiſcopus Gentilium libros non legat, at etiam non grammaticam docebit, ſed ſacram ſcripturam.*

80 *Ornamenta Epiſcopalia ſunt uirtutes; & non ſunt ſanctorum filij, qui tenent loca ſanctorum, ſed qui exercent opera eorum.*

81 *Cathedra non facit ſacerdotẽ; ſed ſacerdos cathedrã.*

82 *Qui bene uixerit, & bene docuerit, populum inſtruit, quomodo uiuere debeat, uel male uiuendo Deum inſtruit ad condemnationem ſuam.*

83 *Filij ſacerdotum non prohibentur ab epiſcopatu, ſi cæteræ uirtutes in eis inueniuntur.*

84 *Epiſcopi omnibus debent, ſed uiduarum, & orphanorum cauſa ſunt maxime exequendæ, non tamen per ſe, ſed per Archipresbyterum, aut Archidiaconum.*

85 *Pro malis etiam apud Principes eccleſia intercedit.*

86 *Pro inſectatione malorum non licet Epiſcopo gregem relinquere, cum aliquibus uita Prælatorum proficiat.*

87 *Cum Prelatus ſpecialiter quæritur, fugit Chriſti exemplo, dum per alios firma eſt firma ſalus eccleſiæ.*

88 *Cum totius eccleſiæ ſtatus queritur, fides impugnatur Prelati.*

89 *Iraſcitur iuſtus peccatis palearũ: non tamen odit, ſed turbatur prælatus, quando nec corripi poſſunt.*

90 *Quando boni ſimul cum malis habitant, boni non ſunt deſerẽdi propter malos; quando oẽs ſunt mali etiã corpore licet ab eis recedere exemplo Apoſtoli; qui murum, fune n. ſportamque quaſiuit, ut euaderet.*

De cæteris Sacerdotibus.

91 *Sacerdotes reprehẽdũtur, qui omittunt euangelia, & prophetas, & gentilium libros, ac dialecticam, & phyſicam perſcrutantur.*

92 *Beatus Hier. ab Angelo correctus cum legeret Ciceronis libros.*

93 *Reprehenduntur, qui legunt ſæculares literas ad uoluntatem, non qui uſum ſacræ eruditionis.*

94 *Vera dicta à Sybilla, uel Orpheo, alijſue gentium uocibus ualent tantum ad reuincendam Paganorum uanitatem.*

95 *Lex Dei cum legitur; quia ſunt uerba, quæ trahi poſſunt ad ſenſum, quem ſibi unusquiſque præſumpſerit, is quærendus non eſt; ſed ex ſcripturarum auctoritate debet confirmari.*

96 *Ignorantia Sacerdotibus ſemper debet eſſe aduerſa; & Sacerdotes non debent canones ignorare. & ideo prælati tenentur mittere ſcholares dociles ad ſtudia Theologia.*

97 *Libri neceſſarij Sacerdotibus: & decreta conciliorum auribus ſunt inculcanda.*

98 *Ignorantia ſcripturarum eſt ignorantia Chriſti.*

99 *Mulier in conuentu docere non debet; nec laicus præſentibus Clericis, niſi ipſis rogantibus.*

100 *Prolatum per ignorantiam grammaticæ artis ab Epiſcopis, aut presbyteris non debet reprahendi à Scholaſticis: quia præponitur ſenſus uerbis.*

De uita, & honeſtate clericorum.

101 *Præsbyteri; Diaconi, & Subdiaconi euitent conuiuia, nec cœtibus miſceantur, ubi amatoria cantantur.*

102 *Præsbyteri in anniuerſarijs non ſe inebriare præſumant, & de obſeruatione tertij, vij. xxx. uel xl. diei.*

103 *Qui delitijs affluunt, inter epulas, atque laſciuias, pudicitiam ſeruare non credant.*

104 *Ignorantia eſt Ieſum Crucifixum pauperem ſartis prædicare corporibus, & ieiunium rubentes buccas proferre.*

105 *Venter mero æſtuans cito ſpumat in libidinem.*

106 *Clericus profeſſionem & habitu, & inceſſu probabit, & tabernas non ingreditur edendi cauſa, niſi neceſſitate compulſus.*

107 *Clerici ne ſtent in iudicio captando lucrum.*

108 *Sacerdotes de altari uiuere, non luxuriari permittitur. & commeſſationes etiam laicis noxiæ ſunt.*

109 *Sed praua conſuetudo non aſperè, ſed docendo tolli debet: ſic enim agendum eſt cum multitudine peccantium: & ſæueritas, in peccata paucorum.*

110 *Pro reuerentia Dei in omni ſacerdotali conuiuio lectio diuinarum ſcripturarum immiſceatur.*

111 *Interceſſores pro populo ad Deum bene uiuendo eius gratiam mereantur.*

112 *Victima impiorum abominabiles Deo ſunt uota iuſtorum placabilia.*

113 *Homo, qui habet maculam non offerat panes Deo ſuo; & de iſtis maculis abunda interpretatio.*

114 *Panem polluit, qui doctrinam Domini male diſpergit: & qui honorat potentem, & deſpicit pauperem.*

115 *Accuſati de panibus accuſantur de uictima cæca, & clauda, & quid ſignificet.*

116 *Qui negligenter paſcit Dominicum gregem, conuincitur ſummum non amare paſtorem.*

117 *Multi in eccleſia faciunt eam ſpeluncam latronum arbitrantes quæſtum eſſe pietatem: & tradunt eccleſias auaris, & tyrannis.*

118 *Ex Concilio Maguntino pauca enumerentur de uita Clericorum, ad quæ pertinent omnis carnalis concupiſcentia.*

119 *De Multis probibitis uitæ, & honeſtati clericorum.*

120 *Obligato quotidie miſſam celebrare ſufficit, ſi celebret, quanto frequentius poteſt, & de hoc alia digna.*

121 *De præcedentia Presbyteri, Diaconi, & Subdiaconi.*

122 *Presbyter debet habere ſuum clericum, qui lectionem legat, & poſſit ſcholas tenere, & parochianorum filios fidem docere.*

123 *De ordinato à Papa; & recepto ſub proteſtatione Pontificis.*

124 *Si ab eccleſia cenſus perſoluitur ex priuilegio deprehenditur, an ſit exempta ab Epiſcopo, uel ne.*

125 *Conceſſa exemptione Eccleſiæ Monachi, Clerici, & conuerſi perpertuoque oblati, ſunt exempti, non Præsbyter, qui curam parochianorum habet: qui etiam præſentatus à ſolo Epiſcopo amouetur.*

126 *Exemptio tamen conceſſa monaſterio non extenditur in membris.*

127 *Priuilegium conceſſum monaſterio, ne excomunicari poſſint Monachi, intelligitur de Monachis ipſo Monaſterio permanentibus.*

128 *Epiſcopus non liberat eccleſiam ſubiectam Archidiacono, ſed ſi Archidiaconus pro ſuo uſu retinet, punitur.*

DISTINCTIO. IIII.

129 *Martianus Imper uoluit ſynodo intereſſe ad fidem confirmandam, non ad potentiam oſtendendam.*

130 *Chriſtiani Imperatores Sacerdotibus, indigent; & Pontifices pro curſu humanarum rerum Imperiali-*

bus legibus vtuntur.

131 Conſtantinus dixit, ſi proprijs oculis vidiſſet Sacerdotem Dei peccantem, clamide ſe coopertiturum eũ, ne ab aliquo uideretur.

132 Sacerdotes Chriſti Regum, & omnium fideliũ ſunt patres, & miſerabilis eſt, qui conetur ſubiugare magiſtrum.

133 Tanto eſt grauius pondus Sacerdotum, quanto pro Regibus in diuino examine ſunt redituri rõnem.

134 Pontifices, Reges, & Imperatores excommunicarunt, & ſublimitas Epiſcopalis nullis poterit adæquari.

135 Imperator Catholicus filius eſt, nõ Præſul eccleſiæ.

136 Boni Principes eccleſias contritas reſtaurant; nouaſque ædificant.

137 Honorius Imper. B. Boniſacio Papæ ſupplicante curauit eccleſiæ quieti conſulere.

138 Sacerdotes humilitatis, & patientiæ habent exemplum à Saluatore.

139 Imperator ſi præcipit, quod bonum eſt, ei obediendum eſt; ſi malũ, oportet Deo magis obedire, quàm hominibus.

140 Principes ſæculi poteſtatis culmina tenent; ut muniant diſciplinam eccleſiaſticam.

141 Res tutæ non ſunt, niſi & Regia, & Sacerdotalis defendat auctoritas.

142 D. Ambroſius dixit eccleſias Imperatoribus non eſſe ſubiectas; & Chriſtus in conſiſtorio non ſolet reus eſſe, ſed Iudex.

143 Imperator ſi uult diutius imperare, non debet prætẽdere aliquod ius in ea, quæ diuina ſunt.

144 Pontificalis Apex non poteſt ſubijci Regib. ſed tributum datur de exterioribus pro pace, & quiete.

145 Tempore famis in Aegypto Sacerdotibus Ioſeph ſubminiſtrabat alimenta Domino ex tunc pronunciãte Sacerdotes in omni gẽte liberos eſſe oportere.

146 Raptum uiolenter de eccleſia eum illæſum debet eccleſia reuocare; & cõmunio raptori interdicitur, donec peracta pœnitentia dignũ offerat ſacrificiũ Deo.

147 Ab omnium eccleſiarum arceantur ingreſſu, qui uiolenter aliquem de eccleſia rapuerit.

DISTINCTIO. V.

148 Non à plebe, aut a uulgaribus hominibus eſt arguẽdus Epiſcopus, cum vita ipſorum debeat eſſe ſecreta, & à laicorum actibus remota.

149 Summi Sacerdotes iudicandi ſunt à Deo, non ab hominibus.

150 Qui præpoſitorum culpam pandunt, damnantur; & ſunt, qui cum ſoli conſcij ſunt criminum, uitam eorum infamandam alijs offerunt.

151 De detractione ex Catechiſmo digna.

152 Vbi ſenior iuuenibus exemplum ad interitum præbet, increpandus eſt; quia maledictus eſt puer centum annorum.

153 Non omnes Epiſcopi ſunt Epiſcopi; & inſaluatum ſal nihil prodeſt.

154 De Nicolao, qui fuit reprobus. & an fuerit iſte Macometus.

155 Nõ omnis, qui dixit, Pax nobis, quaſi colũba eſt audiendus: & qui nec ſua delicta deſerit, nec filiorum crimen correxit, carnis impudicus dicendus eſt.

156 Ex accuſatione Prælatorum reliqui potius laudantur, quia maior, & minor intelligitur non dignitate, ſed uita.

157 Quod intelligitur, quando ſunt digni accuſatione; nam ſi Prælati regiminis nomen uita, & morib. tenent accuſatores infames fiunt.

158 Qui admittitur ad arguendum, non ſemper admittitur ad accuſandum; quia tempore Chriſti diſtinctio Prælatorum, & ſubditorum non erat.

159 Paulus iuſtè repræhendit Petrum; quia cogebat gẽtiles Iudaizare; & prælati accuſari poſſunt, ſi à fide exorbitauerint.

160 Petrus interrogatus, cur ad gentiles tranſiiſſet, non reſpondit, ut poterat, ex poteſtate officij, ſed quia acceptant ſpiritum ſanctum; & prælati non coguntur ſuſcipere repræhenſionem ſubditorum.

161 Per Aſinã Balaam ſubditi ſignificantur, & per Balaam prælati; & declaratur hæc ſignificatio.

162 De Nathan Propheta, qui reprehendit Dauid. Nã ſuum eſt executus officium; & ex hoc prælati à ſubditis non ſunt arguendi.

163 Imperatores fuerunt excommunicati; quia non ſine ratione Iudex gladium portat: & non ſine cauſa Sacerdotes claues eccleſiæ accipiunt.

164 Multa miracula ueteris teſtamenti ſunt admirãda, non in exemplum noſtræ actionis trahenda, & ideo quia Daniel conuicit Iudith de falſo teſtimonio, non infertur ſublimatos ab inferioribus poſſe reprahendi.

165 Laudabile eſt reuerentiam exhibere prioribus, & timoris Dei eſt nulla diſſimulatione poſtponere, ſi quæ ſunt, quæ indigeant correctione.

166 Clerici exceſſus Epiſcopi, ſeu Presbyteri, ſiue Diaconi auribus deferunt Ro. Pont. nam aliter non erunt immunes Apoſtolica offenſa.

167 Subditi non plus, quàm expediat, ſint ſubiecti, ne cõpellantur uitia eorum imitari.

168 Clerici electi cubiculi Põtificalis obſequi debent, ut teſtes ſint de uita eius in ſecreto conuerſione.

169 Epiſcopi ſecũ presbyteros, & diaconos, aut alios boni teſtimonij, habeant, ut poſſint irreprahenſibiles inueniri.

170 Epiſcopi non audeant proficiſci ad committandum, nec ipſi, aut presbyteri pergant ad Imperatores ſine literis Epiſcopo, aut Metropolitani, niſi inuitati fuerint.

171 Sacerdotes poſſunt conſentire fieri Regibus Iudices; ubi tamen non diſcriminis ſententia præparatur. Quia reprobi, & peccatores iudicauerunt populum, datur intelligi malorum paſtorum non licere ſubterfugere iudicium.

DI-

DISTINCT. VI.

De regularibus.

172 De ſtatu regularium tempore Apoſtolorum ex hyſtoria eccleſiaſtica aliqua digna.
173 De religioſis ex Caſſiadoro ſuper Pſalmis.
174 Tractatus de religioſis ſectis deſcriptus cum multis additionibus congruis locis.
175 Triplex Monachorum genus fuerunt, qui ſe ſequi Chriſtum dicunt; Scrobitæ, Anachoritæ, Cenobitæ.
176 Nunc religioſorum quatuor ſunt regulæ principales, Baſilij, Benedicti, Auguſtini, & Franciſci Aſſiſinatis.
177 Sub ordine Baſilij militant Monachi græci, & orientalis eccleſiæ.
178 Sub ordine Benedicti militant Monachi, & maxime Nigri.
179 In ordine Benedictorum ſunt alij multi religioſi.
180 Tertius ordo Diui Auguſtini ſub quo militant multæ religioſorum ſectæ. de quibus amplè.
181 Quarta regula eſt beati Franciſci Aſſiſinatis: & declaratur, quare ſint aliqui de obſeruantia.
182 De Ieſuitis Clericis noſtri tēporis, & de Teathinis.

De regularibus ex corpore iuris.

183 Monacorum ſignificatione, & officio.
184 De uita Monachorum, & carne uitanda.
185 De fugiendo otio, & exercitatione corporali.
186 Prohibentur mulieres accedere in Monaſterio, & Monachi ſibi commatres facere.
187 Epiſcopus prohibetur miſſas publicas celebrare, aut alia Pontificalia facere in Monaſterijs.
188 Nullus tondeatur, niſi in ætate legitima, & ſpontanea uoluntate.
189 Qui ſe ipſum uouendo committit Deo, & ſe ſubtrabit magno periculo erit diuino iudicio.
190 De uoto, quod obligat, uel ne, pro conſcientia.
191 De Monacho in apoſtaſia ordinato, & furioſo profitente.
192 De patre qui cum filio ſe obtulit Monaſterio, & de rogato reſtituere hæreditatē, ſi ſine liberis deceſſerit.
193 Multi caſus, quibus cogitur quis ad religionem.
194 Qui habitum nouitij ſumit, an poſſit ad ſæculum redire, diſtinguitur, an propoſuerit abſolutè uitam mutare, uel ne.
195 Qui portat habitum Monachalem in Monaſterio cogitur profiteri.
196 Epiſcopus uiſitans Monaſterium non introducat ſæculares, & annis ſingulis debet uiſitare cum numero viſitatorum definito.
197 De regularibus multa digna ex concilio Tridentino in Compendio noſtro breuiter.

TERTIAE PARTIS.

De rebus Eccleſiæ.

1 De eccleſiis Patriarchalibus Metropolitanis, & Epiſcopalibus totius orbis.
2 De eccleſiis quinque Patriarchalibus vrbis Romæ.
3 De ſeptem Epiſcopis computato D. Papa.
4 De eccleſiis Presbyterorum DD. Card.
5 De eccleſiis Diaconorum DD. Card.
6 Sex Epiſcopi, qui ſubſunt Rom. Pont. Oſtienſis, &c.
7 Ciuitates mundi, quæ ultra vrbem tenentur à Chriſtianis.
8 De Epiſcopo Vincentino, quòd Vincentinus debeat dici; & quare Dux, Marchio, Comes appelletur.
9 Quare, & quando erectus fuerit Archiepiſcopus Toletanus.
10 De eccleſia Hieroſolymitana.
11 Annotatio tempore Pipini Regis de eccleſiis à Tartaris poſſeſſis.
12 De antiqua ordinatione ſoluendi tributum Romano Pontifici.
13 De Canonicis, qui ſunt in Cathedralibus eccleſiis.
14 De Canonicis eccleſiæ Collegiatæ, & Rectoribus Parochialium Eccleſiarum.
15 De Monaſterijs, Prioratibus, ac alijs dignitatibus, ac cæteris omnibus beneficijs.

DISTINCTIO. II.

De electione Epiſcoporum, & diſpoſitione omnium beneficiorum.

16 Romani Pontifices reſeruant principaliter ſuæ ordinationi omnes eccleſias Patriarchales, Archiepiſcopales, & Epiſcopales; & de ipſis diſponit.
17 Conferuntur beneficia tam à Pontifice, quam ab Epiſcopis: quia Papa eſt ordinarius ordinariorum.
18 Si reperitur prouiſum eadem die de eadem beneficio, quis præferatur.
19 Reſeruatio per obitum apud Sedem.
20 Reſeruatio dignitatum Prioratuum; eccleſiarum, beneficiorum, & familiarum Card.
21 De multis reſeruationibus curialium, & in curia.
22 Reſeruatio ſex menſium in omnibus diœceſibus, & cum Epiſcopis non reſidentibus octo.
23 Beneficia reſignata in manibus Pontificis, ſi uacant per obitum ex regula de infirmis, ſunt ſeruata Papæ.
24 Beneficia reſeruata diſpoſitioni Apoſtolicæ ſunt affecta, ita quòd collatio non teneat ab alio facta.
25 Conferuntur etiam ab Epiſcopis Beneficia.
26 Conferuntur à capitulis, de quo aliqua digna.
27 De Multis indignè prouiſis.
28 Ad electionem uocandi ſunt omnes; & per ſubſequentem conſenſum non erit rata. & non ſufficit electionem fieri à maiori parte, niſi etiam ſit ſanior.
29 In electione regulariter procurator non interuenit; ſed impeditus uotum ſuum uni, uel pluribus de capitulo demandare poteſt, & de hoc effectu.
30 Abſens, ſi nullus de capitulo ueiit eſſe procurator,

non poteſt per literas uotum ſuum exprimere.

31 *Excommunicati minori excommunicatione poßunt eligere; & idem ſuſpenſus à canone, non ab homine.*

32 *Electis duobus, ſi caſſatur electio facta à maiori parte, illa facta à minori parte effectum habebit.*

33 *Inimicus non admittitur ad excipiendum contra electum.*

34 *Electionis commodo caret, qui conſenſit electionj de ſe factæ per ſecularis poteſtatis abuſum: & ineligibilis erit: & qui celebrat prætextu huiuſmodi electionis, ſuſpenditur per triennium.*

35 *Vno contextu electio fieri debet; ac collatio in communi, & publicato ſcrutinio nequeunt electores uariare, & uſus ſortis prohibetur.*

36 *Si contradicens electo ceſſauit pecunia accepta, ſimoniacus eſt: non tamen ſi datur inuito electo.*

37 *Caſus, quando non eſt Simonia.*

38 *Quid faciendum, quod opponitur electo remiſſiue.*

39 *Qui opponit, non poteſt pœnitere, quia punitur acſi non probaſſet.*

40 *Contendentibus duobus ſuper electione etiam ſi unus moriatur, uel renunciet non poteſt fieri ſecunda electio.*

41 *Collatio ualet facta à collatore, præterquam in legato: & ſi de primo beneficio, quod obtinet, non faciat mentionem.*

42 *De pœna eorum, qui exprimunt maiorem ualore beneficij, ut obtineant cum penſione.*

43 *De renunciatione beneficij, & illius, qui ingreditur religionem non intra annum probationis.*

44 *De reciprocis reſignationibus.*

45 *De permutatione beneficiorum.*

46 *De requiſitis in obtinendis Parochialibus, & de cauſis non promouendi.*

47 *De cauſis reſidendi: & de Vicarijs adiunctis.*

48 *De dando coadiutore ex cauſa.*

49 *De unionibus eccleſiarum.*

50 *De noua parochia erigenda ex cauſis.*

51 *Leproſi poſſunt eccleſiam cum cymitherio ſibi conſtituere.*

52 *De eccleſia ædificata in præiudicium baptiſmalis: quia debet deſtrui, ſi poſt denunciationem ædificatur.*

53 *Volẽs ædificarę tenetur expectare denunciantem per tres menſes.*

54 *Indulgentia anni in dedicatione eccleſiæ non excedat.*

55 *Prælatus cum maiori parte capituli contradicente minori poteſt ſtatuere de expendendo in reparatione fabricæ.*

De iure patronatus.

56 *Acquiritur ius patronatus fundatione, dotatione, & ſucceſſione.*

57 *Plures hæredes unius patroni uocem tantum unius habent: & quid in diſcordia agendum ſit.*

58 *Quid agere debeat Epiſcopus in diſcordia patronorum.*

59 *Patroni poßunt inter ſe conuenire de Rectore alternis uicibus præſentando: & plures præſentari poſſunt, ut unus eligatur ab Epiſcopo. Qui ſi ordinat ſpretis fundationibus, ordinatio erit irrita.*

60 *Eccleſiæ honorentur à fundatoribus: nam ſi contradixerint; Epiſcopus poteſt auferre reliquias: quod etiam poteſt facere, ſi contendant patroni, donec ſtatuant Præsbyterum.*

61 *De poſſeßore iuris patronatus, & quando alius ius patronatus euicerint in iudicio effectu.*

62 *Laici ſi inſtituunt; & clerici perperam inſtituti communione ſunt priuati.*

63 *Patronus, quamuis ſit clericus, & idoneus, non poteſt ſe ipſum præſentare.*

64 *Patronus ante uacationem non poteſt facere promiſſionem de præſentando in eccleſia: & decernitur irritum.*

65 *Inſtrumenta de conceſſione eccleſiæ ſine conſenſu Epiſcopi nihil ualent.*

66 *Si patronus ſucceſſiuè præſentat duos idoneos: & Epiſcopus ſecundum inſtituit: qui poſſeſſionem acquirit; iſtius melior eſt conditio: Quod fallit in collegio, uel eccleſiaſtica perſona.*

67 *Si Epiſcopus præſentatum primo loco idoneum malicioſè non admittit, compellitur ad prouidendum de beneficio competenti.*

68 *Epiſcopo conſentiente patrono ſi concedendo eccleſiã his uerbis utitur, cõcedimur uobis, transfertur ius patronatus; & quod Epiſcopus temporaliter obtinet in eadem.*

69 *Capitulum habens ius patronatus concedens eccleſiã. A. Clerico, ac poſtea L. præſentatus, præſentandus debet reſtitui.*

70 *Capitulum ſede uacante beneficia ad collationem Epiſcopi non conferi, præſentatos tamen à patrono poteſt admittere, ſi idonei ſint.*

71 *Præſentatus in ſacris non conſtitutus admittitur, ſi idoneus ſit. & intra tempus ad ordines, quos eccleſia requirit, ualeat promoueri.*

72 *Patronus laicus ſi traſfert ius ſuum in eccleſiam, tempus ad præſentandum erit ſemeſtre, & translatio efficax eſt ſine aſſenſu Epiſcopi, & ſine eius præiudicio.*

73 *Si Epiſcopus acquirit ius patronatus Eccleſiæ, ipſa Eccleſia erit libera à iure patronatus.*

74 *Dubitatio, an ſit libera eccleſia, quando ius patronatus acquirit Epiſcopus in menſibus reſeruatis Pontifici.*

DISTINCTIO. III.

De decimis.

75 *Decimæ debentur ijs, qui baptizarunt, & præcepto diuino debentur Sacerdotibus nouæ legis.*

76 *Decimæ à laicis non poſſideantur, & ex decimis cenſus, nec tributa deduci poterunt.*

77 *Quoties oritur difficultas, quia prætendat laicus legitimè decimas poſſidere, uel ſe liberum à ſolutione decimæ.*

cimæ, cõſideratur conciliũ Lateranenſe ſub Alex. III.

78 *Cum commune ius reſiſtit, debet allegari titulus, & probari, & in decima ſi poſſeſſio legitima non probatur præſumitur occupatio.*

79 *Habens campos, & ius decimandi, ſi eos uendat cum omnibus iuribus, &c. non includitur decima; imò eam exiget ab emptore.*

DISTINCTIO. IIII.

De immunitate eccleſiarum.

80 *Immunitas eccleſiarum eſt triplex, localis, perſonalis & realis.*

81 *Localis prima fuit tempore Conſtantini magni, qui conceſſit libertatem ædificandi eccleſias.*

82 *Statum eſt non alibi quam ſacratis locis ſacramenta adminiſtranda, niſi ex neceſſitate.*

83 *Omnes Baſilicæ cum miſſa debent conſecrari, & de hac conſecratione, & dependentibus multa.*

84 *Si fundator cupit eccleſiam conſecrari, conuenit dedicari collata prius donatione ſolemni, ſed non ædificetur antequam Epiſcopus ciuitatis ueniat, &c.*

De prohibitis in eccleſia.

85 *Eccleſia debet eſſe domus orationis: ideo multa contraria ſunt prohibita.*

86 *Ad eccleſias humilis, & deuotis ingreſſus eſſe debet; & quãdo auditur nomẽ Ieſus flectantur genua cordis.*

87 *Omnia ab Eccleſia ſint extranea, quæ diuinũ poſſunt turbare officiũ, aut oculos diuinæ Maieſtatis offendere.*

88 *Ceſſent in eccleſiis negotiationes; & præcipuè nundinarum, & fori tumultus.*

89 *In eccleſia non exponantur ſuppellectilia, nec propria clericorum, nec aliena niſi propter hoſtiles incurſus.*

De fugiente ad eccleſiam.

90 *Fugiens ad eccleſiam regulariter non extrahitur ab eccleſia.*

91 *Palatium Epiſcopi gaudet immunitate eccleſiaſtica.*

92 *Publicus latro, uel nocturnus depopulator agrorum, & qui in eccleſia, uel cymiterio delinquunt, ab eccleſia extrahi poſſunt.*

93 *Qui uiolenter extraxerit hominem ab eccleſia, indignus iudicatur ſacra communione.*

94 *Priuilegium Eccleſiæ etiam conceditur atriis eccleſiæ, uel domui Epiſcopi.*

95 *Maior eccleſia debet habere per circuitum xl. paſſus, minores. xxx. & ſacrilegium committitur confringendo eccleſiam uel xxx. paſſus circuitus.*

96 *Capellæ, quæ ſunt intra ambitum caſtellorum, non ponuntur in hac triginta paſſuum obſeruatione.*

97 *Qui uiolat eccleſiam pro immunitate, ſoluat altari, quicquid emendandum eſt.*

De oratoriis.

98 *Vnicuique fidelium licet in domo habere oratorium: non tamen licet miſſa ibi celebrare ſine conſenſu Epiſcopi.*

99 *In maioribus feſtiuitatibus non licet feſta celebrare in oratoriis, & clerici, qui iiſdem temporibus celebrare uoluerint, à communione priuantur.*

100 *In oratoriis præter orandi cultum nihil agatur; ut concordent opera nomini: & campanæ publicè teneri non poſſunt in oratoriis.*

101 *Oratoria nunc ſunt deſignanda ab ordinariis ex Concilio Tridentino.*

102 *Ligna eccleſiæ ſunt iniungenda ad aliam eccleſiam aut igni ſunt comburenda.*

103 *Altaris pala, candelabrum & uellum, ſi fuerint uetuſtate conſumpta incendio dentur.*

104 *Mortui non inuoluantur ueſtimentis altaris pæna excommunicationis, Diaconi trium annorum cum dimidio. Præsbyteri ſex cum dimidio.*

105 *Vaſa ſacra non niſi à ſacrario hominibus contrectantur.*

De tranſmutando loca ſanctorum.

106 *Loca ſanctorum ex quibus cauſis tranſmutãda ſint.*

De immunitate perſonali, & reali.

107 *Immunitas ampla circa decimas ex Concilio Pariſienſi.*

108 *Epiſcopi contenti leuitica portione tanquàm filii ſummi Regis à terrenis exactionibus ſunt immunes.*

109 *Epiſcopi, qui prædia, uillas, caſtella, & ciuitates poſſident Cæſari debent tributa.*

110 *Apoſtoli præuidebant futuram eccleſiã in gentibus: iccirco prædia in Iudæa non fuerunt adepti, ſed eccleſia poſtea facta magna prædia ci tributa ſunt.*

111 *Prædia quare non fuerint alienata à Sacerdotibus, et fidelibus.*

111 *Epiſcopi reſeruare debent omnia, quæ fuerint eccleſiæ, excepta neceſſitate.*

113 *De quibus poſſint teſtari eccleſiaſtici uiri.*

114 *Aurum habet eccleſia propter pauperes, & uaſa ſunt precioſa quæ redimunt animas à morte: & uaſa ſacra non ſunt alienanda, niſi pro redemptione captiuorum.*

115 *Epiſcopi gloria eſt pauperibus opibus prouidere ignominia propriis diuitiis ſtudere.*

116 *Eccleſiaſtici uiri taliis, & exactionibus ne grauentur, excommunicatione prohibetur, de quo amplè.*

117 *Si fuerit neceſſitas, vel vtilitas, ut laicorum facultates non ſuppetant, Rom. Pont. conſultò, ſubſidia dentur.*

108 *Tempore neceſſitatis clerici non excluduntur à murorum uigiliis, ut cunctis uigilantib. ciuitas melius cuſtodiatur.*

119 *Pæna contra impedientes literas impetrari à Sede Apoſtolica ſuper cauſis ad forum eccleſiaſticũ pertinentibus etiam contra officiales ciuitatis, niſi ſtatutum impediens deleuerint.*

120 *Domini tẽporales ſunt excõicati prohibẽtes ſubditis ne cõia obſequia exhibeant perſonis eccleſiaſticis.*

121 *Quia titulus de Iudæis tractat de priuilegiis Chriſtianorum, & de prohibitis ipſis Iudæis; ideo de hac materia hic ponitur ſatis amplè.*

Distinct. V.

De rebus eccleſiæ non alienandis.

122 *Regulariter irrita erit donatio, uenditio, uel commutatio Epiſcoporum rei eccleſiaſticæ abſque ſubſcriptione Clericorum.*
123 *Prælati, qui ſecus fecerint, & Clerici, qui neglexerint denunciare, triennio ſunt ſuſpenſi.*
124 *Laici, qui compulerint fieri ſubmiſſionem, ſunt excommunicati.*
125 *Laici ultra quam permittitur, non uſurpent.*
126 *Probibitio ſtrictior à Paulo II. in alienationibus.*
127 *Semper obſeruatur id, quod à pluribus, & ſanioribus uiſum fuit.*
128 *Non licet Epiſcopo terram unius eccleſiæ uertere in aliam poteſt tamen fieri permutatio conſenſu Epiſcopi.*
129 *Poteſt etiam Epiſcopus ex cauſa transferre perſonam de loco ad locum.*
130 *Principes poteſt permutationem cum re immobili eccleſiæ ex rationabili cauſa facere.*
131 *In caſibus conceditur alienatio cum utilitate; ac donatio liquo caſu.*
132 *Tribus caſibus conceditur feudum.*
133 *Caſus, quo priuati deſcendentes feudo ex morte.i. Epiſcopi Vincentini.*
134 *Pœna impoſita poſteris non includit poſteros ex fœminis.*
135 *Statutarij contra libertatem eccleſiæ, ſi habent feudum, illud amittunt.*
136 *Epiſcopus deceptum feudatarium in menſura reintegrat non obſtante iuramento.*
137 *Conſtitutio laicorum, quod ex inopia feudum poſſit alienari, non ualet, & laicis ſuper eccleſiis, & perſonis eccleſiaſticis nulla auctoritas eſt tributa.*

De inuaſoribus rerum eccleſiarum.

138 *Qui rapit eccleſia pecunias, ut homicida deputabitur; & de multis pœnis circa hoc.*
139 *Epiſcopo defuncto, uel in ſupremis agente, de rebus nihil eſt uſurpandum: & de pœna contrafacientibus.*
140 *Qui diſpoſitionem rerum eccleſiaſticarum ſibi uindicauerint, ut ſacrilegi puniuntur.*
141 *Res eccleſiæ iudicio non manibus defenduntur: & Epiſcopus ſi propria auctoritate quærit adire, punitur.*
142 *In depoſitione (quod abſit) Epiſcopi res ablatæ reſtituuntur & idem de lapſis Sacerdotibus, & Clericis.*
143 *Qui uult exhæredato filio eccleſiam hæredem facere, quærat alium conſultorem, quam Auguſtinum. & de reuocatione donationis natis filijs.*
144 *De rebus uoto dicatis Deo.*
145 *De legatis in teſtamento eccleſiæ.*
146 *De pignoribus fideiuſſoribus, & ſolutionibus circa Clericos.*
147 *De peculio Clericorum teſtamentis, & ſucceſſionibus.*

QVARTE PARTIS

1 *De foro iudiciali, & ordine iudiciorum.*
2 *Iudices ſunt delegati, & ordinarij.*
3 *Delegare poteſt Princeps, Iudex ordinarius, ac ipſe delegatus.*
4 *Delegatus à Principe poteſt ſubdelegare: cum aliqua tamen limitatione.*
5 *Quando uti cœperit iuriſditione, reuocari non poteſt; cum aliqua tamen declaratione.*
6 *Gerit uices Papæ: ideo Epiſcopo contradicenti interdicit ingreſſum eccleſiæ, & alter prouidet.*
7 *Non omnibus poteſt uices demandare, ſed ſolum in dignitate conſtitutis.*
8 *Vni, uel pluribus poteſt demandari, & de clauſula ſolita tali caſu in reſcriptis.*
9 *Delegati debent ſeruare fines mandati, ſed tamen exceptiones admittunt.*
10 *Si plura narrantur in reſcripto, deſtinguitur, an diſiunctiuè, an ad plures effectus.*
11 *Si ambigitur de reſcripto reuocato, arbitri eliguntur. Si diuerſe literam præſentantur eidem Iudici, conſulitur Ro. Pontifex.*
12 *Si eſt Iudex principalis inſtantiæ, & appellationis, iſte appellationis cognoſcit.*
13 *Tractatur de pluribus exceptionibus cõtra reſcripta.*
14 *Commiſſa cauſa intra certum diem tractanda expirat, ſed de prorogatione iuriſdictionis aliqua etiam ex malitia.*
15 *Expirat iuriſditio delegata multis de cauſis, maxime morte delegati.*
16 *Ac etiam morte delegantis, ſed fallit, quando uti cœperit iuriſditione, aut à Sede Apoſtolica ſit delegatus, uel facta ſit dignitatem non proprio nomine expreſſo.*

Aliqua particularia de officio legati.

17 *Legatus eſt ordinarius, & à ſententia inferiorum ad legatum appellatur omiſſo medio Epiſcopi.*
18 *Legatus generalis non ſe intromittit in cauſa delegata particulariter.*
19 *Legatus non transfert Epiſcopos, quamuis abſoluat ab excommunicatione reſeruata Papæ.*
20 *Examine electionis relato Papæ deſinit eſſe Iudex.*
21 *Poteſt factum unius loci in alio exequi.*
22 *Legatus inferior quando adeſt legatus de latere, dimittit officium.*
23 *Legatorum ſtatuta durant, quamuis legati de prouincia ſint egreſſi.*
24 *Legatus quamuis poſſit beneficia conferre, non tamen poteſt concedere facultatem in genere, uel in ſpecie acceptandi reſignationem beneficiorum.*

Ali-

Aliqua ex multis de officio iudicis ordinarij.

25 *De officio, & iuriſditione ordinarij latiſſimo iam in iudicio, quam extrà.*

26 *Spectat ad ordinarium, ne Clerici iudicentur à ſæculari, & ſic de foro competenti aliqua.*

27 *Sunt tamen aliqui caſus, in quibus Clerici poſſunt conueniri in hoc foro.*

28 *De Clericis in delictis.*

Circa iudicia.

29 *Quæ cauſæ ſint ſummariæ, quæ ordinariæ.*

30 *De procuratoribus abundè.*

31 *Qui prohibeantur eſſe procuratores.*

32 *Quantum duret procurator.*

33 *Procurator ad reſignandum etiam mortuo reſignante poteſt conſenſum præſtare.*

34 *De citatione aliqua.*

35 *De exceptionibus.*

36 *De dilatorijs exceptionibus.*

37 *De exceptione excommunicationis.*

38 *De peremptorijs exceptionibus.*

39 *De exceptionibus, quæ cauſantur ex iureiurando amplè.*

40 *De uſuris amplè.*

41 *Quando non ſit uſura, & caſus diuerſi, in quibus recipitur ultra ſortem, & non eſt uſura.*

42 *De cenſibus, ſiue liuellis licitis.*

43 *In uenditione, quamuis ſubſequatur liuellus, ea tamen ſit uera uenditio etiam in detractione legitimæ.*

44 *Ex uenditione, ſi non ſoluatur precium, poteſt licitè certa penſio percipi.*

45 *Poteſt etiam licitè habitari domus data pecunia domino domus, qua pecunia gaudeat, dum domus habitatur.*

46 *De præſcriptionibus digna.*

47 *De malefidei poſſeſſoribus.*

48 *In duobus poſſeſſoribus etiam bonæ fidei reſtituitur poſſeſſor antiquior.*

49 *De exceptionibus præiudicialibus.*

50 *Reus non tenetur probare exceptionem, niſi actor probet intentionem.*

51 *Nec actor tenetur probare replicationem, niſi probata exceptione.*

52 *De mutuis petitionibus.*

53 *De reſtitutione ſpoliatorum.*

54 *De cauſa poſſeſſionis, & proprietatis.*

55 *De litis conteſtatione.*

56 *Regulariter teſtes non examinantur lite non conteſtata, ſed fallit in multis cauſis.*

De probationibus.

57 *De probatione, quæ fit ex inſtrumentis.*

58 *De probatione, quæ fit ex poſitionibus iuramenti credulitatis.*

59 *De probatione, quæ fit ex iuramento deciſorio.*

De teſtibus amplè.

60 *Teſtis falſidicus tribus obligatur.*

61 *De oppoſitionibus contra teſtes.*

62 *Prælati teſtificantur in cauſa eccleſiæ.*

63 *Iurari poteſt licite, quamuis fuerit dubitatum.*

64 *De oppoſitionibus contra teſtes ex criminibus.*

65 *Teſti, qui integer depoſuit, creditur, & ſi poſtea criminoſus efficiatur.*

66 *Publicato proceſſu ſuper nouis capitulis recipiuntur teſtes; & quòd ſit nouum capitulum.*

67 *Canonici deponunt de ijs, quæ in capitulo aguntur; & ad cautelam abſoluuntur.*

68 *Examinatur iterum teſtis, qui confusè depoſuit.*

69 *Teſtis inductus ſuper dilatoria quando poſſit ſuper principali deponere.*

70 *Quando teſtes actoris, & rei, contraria deponunt, quòd ſit officium iudicis.*

71 *In cauſa arbitraria ſi formato proceſſu arbitrium expirat, & ad inſtantiam unius partis delegatur cauſa, iuxtà acta illa actitata terminatur.*

72 *Teſtes recipiuntur contra teſtes productos; ſed quarti contra tertios non producuntur.*

73 *Exceptio falſi ex corruptione opponitur etiam poſt ſententiam.*

74 *Sed probatio ſolius corruptionis non iuuat.*

75 *Teſtes in ciuili cauſa compelluntur deponere.*

76 *Clerici compelluntur pœna ſuſpenſionis, non tamen in cauſa laicorum.*

77 *Laici in criminali non admittuntur contra Clericos, niſi certis in cauſis.*

78 *Compelluntur etiam teſtes deponere in criminalibus aliquibus cauſis.*

79 *Coguntur etiam in cauſa conſanguinitatis.*

80 *Ac etiam ſuper electione aliquo caſu.*

81 *Ad detegendam coniurationem ſocij criminis etiam iurati deponent.*

82 *Sed ſocius criminis Simoniæ non admittitur, ſed mediator ſic.*

83 *Aſtrictus iuramento contra aliquem non deponere, examinatur hoc non obſtante.*

84 *Mulieri honeſtæ conditionis mittitur Tabello pro teſtimonio habendo.*

85 *In iudicio finium regundorum ab utraque parte teſtes recipiuntur.*

86 *Non producuntur teſtes ultra tertiam productione in omnibus cauſis.*

87 *Publicatis teſtibus aliquo caſu producuntur teſtes.*

88 *Quando conſtat de pignoris obligatione, ſed non de uſuris iudex publicatis teſtibus poteſt iuramentum de ueritate exigere à partibus.*

89 *Præſumptione ſolum exiſtente pro actore iuramentum defertur reo ad purgationem innocentiæ.*

90 *Niſi Iudex uiderit actori eſſe deferendum.*

91 *De iuramento in ſupplementum aliqua digna.*

92 *De prohibito omne non uero teſtimonio, & mendatio ex catechiſmo iij. parte præcepto viij.*

93 *Aliqua de ſententia, & re iudicata, & quando eſt contra ius litigatoris.*

94 *De fraude detecta in executione ſententiæ.*

95 *De ſententia lata auctoritate falſorum teſtium.*

96 *Cum poſſeſſio adiudicatur, reo ſufficit dari pignus.*

97 Sen-

97 *Sententiæ iniquæ non ſtatur, quamuis cauſa ſit commiſſa appellatione remota.*

98 *Sententia executioni mandatur, quando contra ius lata non ſit, quamuis contra ius litigatoris.*

99 *Qui non appellat, uidetur ſententiæ paruiſſe; & qui recipit breuiorem terminum longiori renunciat.*

100 *Quamuis non exprimãtur omnia in ſententia, tamẽ à ſuo Iudice lata præſumitur, legitimè eſſe proceſſum.*

101 *Res inter alios acta tertio non præiudicat; ſallit, quando primus ſuſtinet ſequentem agere.*

102 *Ordo iuris, & rigor æquitatis ſeruandus etiam ſi Pont. iudicat.*

103 *Si ſententia fertur contra priuilegium in iudicio exhibitum intelligitur reprobatum.*

104 *In oppoſitione contra ſententiã de conſpiratione, ſi conſtat iudicem conſpiratorum dicta ſecutum, irritatur ſententia.*

105 *Si autem conſtat de delicto per alios, ſententia confirmatur.*

106 *Cõdemnatio in parua ſumma in actione iniuriarum non infamatur.*

107 *Duobus Iudicibus ordinaria iurisditione contrarias ſententias proferentibus tenet illa pro reo, non pro actore.*

108 *Si profertur ex delegata iurisditione, utraque pendat ex arbitrio delegãtis.*

109 *Cum agit quis aliqua cauſa non expreſſa non reſpicitur accepti iudicij tempus, nam ſufficit ex cauſa superuenienti intentionem eſſe fundatam.*

110 *Sententia arbitrorum ſufficit ab uno recitari, ſi utatur plurali numero, ſed in electionibus contra ſententiam, quia ſingulari numero profertur.*

111 *Sententia ſcripta recitatur à Iudice, & fallit in Epiſcopo, & ſedendo, non ſtando proferri debet.*

112 *In cauſis pecuniarijs uictus uictori condemnari debet in expenſis, niſi ſit contra abſentem iudicatum, & compenſatio ſit expenſarum primæ inſtantiæ cum appellationis.*

113 *De ſententia Henrici.* VII. *contra Rubertum Siciliæ Regem plenè.*

114 *In cauſa matrimonij ſententia non tranſit in rem iudicatam.*

115 *Si non appellatur intra decendium recurritur ad remedium reſtitutionis in integrum de quo aliqua digna.*

116 *Sed eſt remedium reſtitutionis in integrum non ſolum ad appellandum, ſed etiam generale in multis caſibus.*

117 *De arbitris materia.*

De appellationibus.

118 *Appellatur aut extra iudicialiter aut in iudicio.*

119 *In iudicio appellatur aut ante ſententiam, aut poſt ſententiam.*

120 *De hac appellatione ante ſententiam, quod debet habere cauſam, & non ſit friuola multa.*

121 *Iudex, à quo, ſi grauamen reuocat, licitè poteſt in cauſa procedere.*

122 *Et idem ſi appellans ſe remouet ab appellatione.*

123 *Cauſa omnis appellationis intra annum debet terminari. & appellatio generalis non admittitur.*

124 *Appellans ſi renunciat appellationi, & iterum grauatur, poſt iterum appellare.*

125 *Multi caſus, in quibus liberè poteſt appellari.*

126 *Datur breuium ex cauſa, niſi Iudex reſtrinxerit tempus.*

127 *Si per impotentiam omiſſa ſit appellatio, uel malitioſe non ſit recepta, ueritati non præiudicatur; & iuſtus metus excuſat & ad appellandum, & proſequendum.*

128 *Conceditur appellatio raptori, & pro minimis cauſis.*

129 *Si remedium appellationis tollitur, idem ſeruatur in recuſatione Iudicis.*

130 *De termino concedendo ad proſequendam appellationem.*

131 *De appellationibus circa electiones.*

132 *De commiſſione cauſæ appellatione remota.*

133 *De itineris arreptione ad proſequendam appellationem, & effectus iſtius.*

134 *Et nuncij miſſi ad Sedem operantur uim appellationis.*

135 *Quia etiam plus eſt Papa cauſam ad ſe aduocare, quam ad eum prouocare.*

136 *De ſuſpitione Iudicum aliqua.*

137 *Citatus ad Papam, & inferiorem, tenetur coram inferiore uenire allegaturus appellationem ad Papam.*

138 *De appellatione à ciuili Iudice ad Papam.*

139 *De appellante non comparente effectu.*

140 *De appellationibus à Canonici, & Abbatibus, in delictis.*

141 *De excommunicatis appellantibus.*

142 *De appellatione eorum, qui iurant, quòd ſtabunt mãdatis eccleſiæ.*

143 *Non appellatur ab eo, qui publicat excommunicationem.*

144 *De appellatione ante excommunicationem.*

145 *De appellatione, quia inhibitio non ſit ſeruata.*

146 *Et quamuis in negotio principali lis non ſit conteſtata, procedi poteſt in appellatione grauaminis.*

147 *Appellatio eſt legitima, ſi recipiuntur teſtes lite conteſtata, propter confeſſionem aduocati reuocatam eadem die.*

148 *Quamuis conſtet de exceptione propoſita, ſi non conſtat appellatum eſſe hac de cauſa non habet effectum appellatio.*

149 *A ſententia bis confirmata non appellatur.*

150 *De appellatione omiſſa in exceptione.*

151 *De ſuccumbente in exceptionis appellatione.*

152 *Quando appellatur ad Archiepiſcopum omiſſo Epiſcopo.*

153 *De appellatione ab inferioribus Epiſcopi.*

154 *Appellans ad Archiepiſcopum in una cauſa non*

exi-

eximitur in alijs a iuriſditione Epiſcopi.

155 *Archiepiſcopi non reuocent ſuſpenſionem, uel excommunicationem, niſi uocatis partibus, & cauſa cognita.*

156 *Vna ſententia pluribus cōdemnatis appellatio unius ſufficit, ſi cauſa eſt communis.*

157 *Et appellatio interpoſita coram uno ex pluribus Iudicibus ſufficit.*

158 *De appellatione à collatione beneficij, & quando ad Epiſcopum poſſit interponi.*

De confirmatione utili, uel inutili.

159 *De confirmatione Papæ non eſt iudicandum, niſi ex falſi ſuggeſtione exceptio ſit.*

160 *Quando petitur confirmatio ſententiæ ab una parte, & ab alia, appellatur, effectus quis ſit.*

161 *Confirmātur priuilegia, ubi eſt periculum, antequā de meritis priuilegiorum cognoſcatur: ita ut nouum ius non habeatur.*

162 *Laudum contra formam compromiſſi confirmatum à Papa non ualet.*

163 *Collatio eccleſiæ facta à legato, & confirmata à Papa, ius Epiſcopi non lędit.*

QVINTA PARS

De nuptijs, & gradibus.

1 *Quare conſtitutum ſit, ne conſanguineas ducamus uxores.*

2 *Coniunctiones conſanguineorum ſunt fugiendæ: & qui contrahunt: ſunt ipſo iure excommunicati.*

3 *Terminatum eſt gradus conſanguinitatis non computari ſecundum ius ciuile.*

4 *Prohibitio eſt ſolum in primo genere.*

5 *Exemplum de primo genere.*

6 *Mortuo marito cognatio cum uxore durat.*

7 *Exemplum ſecundi generis affinitatis.*

8 *Exemplum tertij generis.*

9 *Parentella uiri pertinet ad uxorem, & econtra.*

10 *De nominibus affinitatis.*

11 *Edictum de matrimonio prohibitorum: quare qui non probibetur, licitè contrahit.*

De cauſis matrimonialibus.

12 *Multi caſus, ex quibus ſponſalia diſoluantur.*

13 *Tollitur impedimentum iuſtitiæ publicè honeſtatis.*

14 *Sponſi poſt benedictionem eadem nocte deberent in uirginitate permanere.*

15 *Secundæ nuptiæ non benedicuntur.*

16 *Pudor eſt fœminis præmium nuptiarum, hoc eſt partus non habere.*

17 *Nuptiæ malæ non ſunt, ſi præter intentionem generandi fiant; ſed eſt ueniale peccatum.*

18 *Tempore, quo coniugales actus geruntur, non datur præſentia S. Spiritus.*

19 *De reddendo debito uxori tempore Orationis, an non; & an abſtinendum ſit in communione; & quo modo.*

20 *Coniuges niſi ex conſenſu communi uacare orationi non poſſunt, & continentiæ meritum habet, qui pro incontinentia uxoris debitum ſibi reddit.*

21 *Mulieres uiris ſuis ſubeſſe debent, non uir uxori.*

22 *Vt rubicundior, uel candidior apparet mulier; adulterina fallacia eſt; & de uero ornatu Chriſtianorum.*

23 *Execranda eſt ſuperſtitio ligaturarum, quæ auriculis ſuſpenſæ deputantur; quia non ad placendum hominibus, ſed ad ſeruiendum demonibus adhibentur.*

24 *De impedimentis multis; quæ dirimunt matrimonium.*

25 *Vnus compater, & una commater tantum accipi poteſt; & inter quatuor cognatio ſpiritualis contrahitur.*

26 *Cognatio ſpiritualis cum marito non eſt in uxore, uel econtrà.*

27 *Impedimētum conſanguinitatis durat uſque ad quartum gradum: & ſufficit ex una parte eſſe quintum gradum.*

28 *Si alter diſtat à ſtipite ſexto, uel ſeptimo gradu, alter ſecundo coniungi non debent.*

29 *Conſanguinei mariti cum conſanguineis uxoris licitè contrahunt.*

30 *Quomodo deponant teſtes pro dirimēdo matrimonio.*

31 *De matrimonio infidelium ſi conuertuntur, & de prole eorum.*

32 *Conſanguinitas, & affinitas contrahitur etiam ex iniuſto coitu; ſed non extenditur ultra ſecundum gradum.*

33 *De legitima agnatione per adoptionem; & ſi non dirimatur matrimonium.*

34 *Lepra ſuperueniens non diſſoluit matrimonium.*

35 *Qui filiam iugulauit, non debet ſeparari à marito.*

36 *Sunt duo, quæ impediunt matrimonium, ſed non dirimunt.*

37 *Maritus, uel uxor, quando non poſſit petere debitum.*

38 *Conceditur ſeparatio thori ex fornicatione ſpirituali.*

39 *Conceditur ſeparatio ex fornicatione corporali.*

40 *Si maritus ob fornicationem dimiſerint uxorem, non debet ſæpe eam pœnitentem recipere.*

41 *Adulterium in tantum eſt prohibitum; ut iuramentum, quod ſuper adulterio uxorem non impeteret, non eſt ſeruandum.*

42 *Separatio thori ceſſat, ſi uxor poſſit opponere marito de adulterio ſubſecuto.*

43 *Facta ſeparatione ex fornicatione maritus non poteſt aliam ducere, nec eam retinere, ſi prima obierit: fallit tamen duobus caſibus.*

44 *Si autem ſecunda machinata eſt in necem primæ, aut fidem dedit ſe ducturam mortua prima, matrimonium impeditur; at non dirimitur, ſi uiuente prima hanc ſecunda non cognouit.*

45 *Machinatio in tantum prohibet nuptias; ut infidelis poſt conuerſionem non poſſit uxorem ducere eam, cum qua communicauit conſilium de occidendo marito infideles tamen ducunt uxores illorum, quos in certamine occiderunt.*

46 *Adeo machinatio eſt odioſa; ut ſit prohibitum matrimonium,*

trimonium, quamuis machinatio effectum non habuerit.

47 *Tertiò ſeparatur thorus ex nimia ſæuitia uiri.*

48 *Separatio non ſtatim fit inſtituta accuſatione.*

49 *Quartò fit ſeparatio ex ingreſſu religionis conſenſu alterius coniugis, & ualet conſenſu, ſi remanens non ſit ſuſpectus incontinentiæ.*

50 *Maritus profeſſus religionem non conſentiente uxore ea mortua ad monaſterium reuerti debet.*

51 *Quando uxor conſentit marito intranti religionem, licet per dolum, non poteſt eum repetere.*

52 *Si mulier credens maritum mortuum habitum religionis aſſumpſit, poſt obitum uiri non cogitur ad obſeruantiam, quamuis conſultius eam obſeruabit.*

53 *Vir præter uxoris aſſenſum peregrinationis ad terram ſanctam uotum implere poteſt; & uxor alteri nubere prohibetur; niſi de morte certum nuncium receperit.*

54 *Non omnes matrimonium accuſare poſſunt: & qui poſſint accuſare.*

55 *Factis denunciis, regulariter qui tacent, non admittuntur ad accuſandum.*

56 *Vxor non poteſt dimitti ſine iudicio eccleſiæ, ſed ſi impedimentum eſt notorium Epiſcopus debet diſſoluere matrimonium.*

57 *De ſeparatione facta ex depoſitionibus teſtium, multa.*

58 *Quando uxor aſſerit ſe non fuiſſe cognitam, quid agendum ſit, & dum pendet iudicium ſuper allegata conſanguinitate, coniuges debent uiuere ſeparati.*

59 *Separato matrimonio filij geniti ante diuortium legitimi ſunt & in paternis bonis ſuccedunt, & ſi uxoratus cum alia contrahit in facie eccleſiæ proles inde nata legitima reputatur.*

60 *Si ſeparata uxor alij nubet, & filios ſuſcipiat, legitimi ſunt.*

61 *Proles nata ex adulterio uiuente marito, ſi conſtat de adulterio, illegitima eſt.*

62 *De naturalibus legitimatis per ſubſequens matrimonium.*

63 *Quando uir, & mulier dicunt aliquem non eſſe filium, & quando publicè uir filium cognouit aut ex cohabitatione decem annorum.*

64 *In ſententia diuortij pronunciatur dotem reſtitui, ſed ſi propter adulterium ſeparatio fit, dos amittitur.*

65 *Nubens mulier infra annum luctus non incurrit infamiam iuris ciuils: Perdit tamen acquiſita ex liberalitate uiri.*

66 *Mulier conſiliata cum alijs in mortem mariti, ſi ſuper uixerit marito, erit abſque ſpe coniugij.*

67 *Quæ filium interficit, hortatur ab Epiſcopo, ut tranſeat ad Monaſterium, ſi repugnante carne uoluerit, datur ei licentia nubendi.*

68 *Cauſæ matrimoniales iudicantur ab Epiſcopo, & non compromittuntur.*

69 *De adulterio, & cur prohibitum ſit, & de remedijs contra hoc uitium, plenè ex Catechiſmo remiſſiuè.*

70 *Status illorum, qui contrahunt inualidè, & poſtea recuſant contrahere, prout promiſerunt, quis ſit, plenè.*

PARS SEXTA.

De Iudicijs pœnalibus, & cenſuris eccleſiaſticis.

DISTINCTIO. I.

De accuſationibus, inquiſitionibus, & denunciationibus.

1 *In omni negotio interueniunt iudex, accuſator, reus, & tres teſtes.*

2 *Si legitimus non fuerit accuſator, non fatigetur accuſatus.*

3 *Accuſatorum perſonæ non recipiuntur ſine ſcripto; ſed aduerſus Presbyterum non abſque duobus, uel tribus teſtibus.*

4 *Quando quis pœnituerit accuſaſſe, quid agendum ſit.*

5 *Accuſatorum temeritas multis modis detegitur.*

6 *Conuicium non eſt habendum pro accuſatione.*

7 *Quando accuſatis non datur licentia criminandi.*

8 *Nullus accuſator præſumat eſſe Iudex, uel teſtis.*

9 *Quando Laici non admittantur ad accuſandum clericos, ac etiam Clericus quandoque prohibetur.*

10 *Subdiaconus calumniose accuſans priuatur officio.*

11 *Cum accuſator facit gratiam, Iudex debet diligenter inquirere.*

12 *In inquiſitione ſi per colluſionem exceſſus remanent incorrecti, & integro proceditur.*

13 *Confeſſus crimen punitur, etiam quod non eſſet diffamatus:*

14 *Pœnitentes publicè Sacerdotes accuſare non poſſunt, nec etiam Monachi.*

15 *Clericis ſi multa crimina obijciuntur, & unum ex his non probatur, ad cætera non admittetur accuſator.*

De inquiſitione.

16 *In inquiſitione multi repelluntur.*

17 *Quando clamoſa intimatio nõ preceſſit, ex paucorum dictis nullus damnatur.*

18 *Propter famam, & deponentium credulitatem duntaxat ad depoſitionem non proceditur.*

19 *Ad corrigendos exceſſus, qua forma procedat Prælatus.*

20 *Cruciatibus non eſt extorquenda confeſſio.*

21 *Non poteſt humano condemnari examine, quem Dominus ſuo reſeruauit examine.*

22 *Si omnia in hoc ſæculo uindicata eſſent, locum diuina iudicia non haberent.*

23 *Sacerdotes carceribus ergaſtulis retrudi non debent, ut territi uoluptatibus fameant.*

24 *Teſtimonium non accipitur eorum, qui non ſunt in eccleſia.*

25 *De parentibus, in quorum lecto infantes mortui reperiuntur.*

26 *Ob furta in monaſterio miſſa celebratur, ut omnia com-*

communicentur.

27 *Si duo de adulterio accuſantur, & unus ſolus confiteatur, aut ambo negent, quid agendum ſit.*

28 *Pro ſingulis miſſa celebratur, qui aliquo crimine accuſantur.*

29 *Clericorum concubinæ poſſunt puniri à Iudice eccleſiaſtico.*

De Simonia.

30 *Gratia ſi gratis non datur, uel accipitur, gratia non eſt.*

31 *Sacramenta Simoniacorum licet ſint uera, inania tamen ſunt de quo multa.*

32 *Pro benedictione nubentium, pro chriſmate, & inueſtitura eccleſiarum, nihil exigi debet.*

33 *De ordinato ab Epiſcopo Simoniaco.*

34 *Quando ordinatio non ſit Simoniaca in ordinatione.*

35 *Simoniacum eſt aliquid exigere pro conſecratione Epiſcoporum benedictionibus Abbatum, & ordinationibus clericorum.*

36 *Decedentibus eccleſiarum Rectoribus eccleſiæ interdicto non ſupponantur, donec certa pecunia perſoluatur.*

37 *E prohibetur Epiſcopis, ne difficultates ingerant ingredientibus religionem, aut apud religioſos eligentibus ſepulturam.*

38 *Excommunicatus ob debitum, abſolutionem non debet redimere.*

39 *Recepto in Canonicum debetur præbenda non obſtante conſuetudine de prandio præſtando.*

40 *Simoniacum eſt precio, uel fauore celare peccatorem, uel reconciliare non pœnitentem; uel dignè pœnitentem à reconciliatione repellere.*

41 *Qui habet beneficium pro recompenſa negotij, ſeu obſequij temporalis, eſt Simoniacus.*

42 *De Simonia ignorante electo, uel ordinato.*

43 *Non eſt Simonia, ſi datur Prælato pecunia, ne in iure moleſtetur.*

44 *Prohibentur prauæ exactione; & conſuetudines piæ ſunt obſeruandæ: & ſacramenta eccleſiaſtica liberè conferuntur.*

45 *De Abbate, & Monachi, ſi pro receptione Monachi receperunt pecuniam.*

46 *De clerico, qui ordinatori ex pacto aliquid dedit; & ſi eo prohibente pecunia data ſuit.*

47 *De ordinato ad titulum alterius cum promiſſione Simoniaca.*

48 *De beneficijs habitis cupiditate parentum, multa.*

49 *Maiores ſi eccleſias emerint, pro magna miſericordia in alijs eccleſiis miniſtrare permittitur: quòd ſi ad alias transferri non poterunt, minoribus ordinibus contenti ad ſacros ordines non aſcendent.*

50 *Quando ſit, uel non, ſimoniaca receptio in canonicum.*

51 *Mandatum non eſt Simoniacum ad reſignandum purè, aut liberè, & petendum prouideri, puta, A.*

52 *Simoniaca peſtis alios morbos uincit.*

53 *Quilibet Catholicus non reſpuendus, ſed magnis precibus exorandus ad propalandam rabiem Simoniacam.*

54 *Si manifeſtum ſit clericos Simoniam commiſiſſe, uel in iure confeſſi fuerint, perpetuò deponendi ſunt: Si uerò publica laborant infamia; purgatio indicitur.*

55 *Contra teſtes de Simonia deponentes non omnes exceptiones opponi poſſunt.*

56 *Et teſtes admittuntur aliquando in Simonia ſecundum temperantiam æquitatis, non rigorem iuris.*

57 *Mediatores ſceleris ſimoniæ in teſtimonium admittuntur; non tamen ille, qui aſſerit Simoniam commiſiſſe.*

58 *Sed complices gratiam conſequentur, ſi eorum iudicio participes ſceleris poterunt coerceri.*

59 *Simoniaci ipſo facto ſunt excommunicati; & à ſolo Romano Pontifice abſolui poſſunt.*

60 *Simoniaci ordinati ſui ordinis executionem non habent.*

61 *Electiones, aut aliæ prouiſiones per Simoniam factæ non ualent, nec ius percipiendi fructus tribuunt.*

62 *Omnes omnino admonentur reuelare Simoniacos Pōtifici, vel cui idem Pont. duxerit committendum.*

Ne prælati uices ſuas, uel eccleſias ſub annuo cenſu concedant.

63 *Qui dat pecuniam, ut Epiſcopalem iuriſdictionē exerceat, officio ſuo priuatur; & Epiſcopus conferendi hoc officium poteſtatem amittit.*

64 *Sacerdotes ad eccleſiarum regimen ſub annuo cenſu ſtatui non poſſunt.*

Qui eccleſiaſticarum rerum adminiſtrationē per pecuniam obtinuerit, tam ementes, quàm uendentes, ab illa eccleſia excluduntur.

De hæreticis.

65 *Eccleſia Romana primatum tenet omnium eccleſiarum; & qui priuilegium capitis auferre conatur, in hæreſim labitur.*

66 *Prima ſalus eſt rectæ fidei regulam cuſtodire, & à cōſtitutis patrum non deuiare.*

67 *Indignatio maxima Domini aduerſus illos, qui ſchiſma faciunt.*

68 *Quidam hæretici ex nomine ſuorum auctorum nuncupantur; & de hæreſis ſignificatione.*

69 *Propriè eſt hæreticus, qui ſui commoditatis gratia falſas; & nouas opiniones vel gignit, vel ſequitur.*

70 *Qui ſententiam falſam non defendit, ſed corrigi paratus eſt, non deputatur inter hæreticos.*

71 *Iniquum eſt ſapientibus doctoribus non credere; & magiſtri erroris exiſtunt, qui ueritatis diſcipuli non ſunt.*

72 *Qui aliorum defendit errorem; damnabilior eſt illis, qui errant.*

73 *Hæretici opprimunt eccleſiaſticos arte dialectica.*

74 *In hyſtorijs legitur Sacerdotes eccleſiam ſcindiſſe; &*

in

In omnibus locis poſuiſſe ſcandalum.

75 *Canonum magiſtris, atque cuſtodibus fas non eſt inire certamen cum hominibus communionis alienæ.*

76 *Permittitur eſſe hæreticos; ut eccleſiaſtici ſcripturas capiant: & ut probati manifeſti fiant.*

77 *Qui in hæreſim dãnatam labitur, ſe ipſum inuoluit.*

78 *Qui non remanent in doctrina Chriſti, omnimodo uiſitandi ſunt exemplo Polycarpi martyris.*

79 *Benedictiones hæreticorum maledictiones ſunt.*

80 *Potius eſt mortem accipere, quam de manu hæretici cõmunionem accipere; prout fecit Ermigildus Rex iuuenis.*

81 *Extra catholicam eccleſiam non eſt locus ueri ſacrificij: & peccata à ſpiritu ſancto dimmittuntur.*

82 *Deus non merita perſonarum conſiderat, ſed officia Sacerdotum.*

83 *Veris non falſis Sacerdotibus poteſtas ligandi, atque ſoluendi tradita eſt: & nihil erit ligatum, aut ſolutum, quod Beatus Petrus aut ligauerit, aut ſoluerit.*

84 *Qui de aliquibus dubitant, conueniant Apoſtolicam Sedem ad recipiendam de eo, quod non intelligunt, rationem.*

85 *Cum peccator in profundum malorum uenerit, contemnit, & qui trahi ad ſalutem permittunt per ſeculares poteſtates opprimi oportet.*

86 *Eccleſiaſticæ religionis inimici etiam bellis ſunt coercendi: ne uehementer contra Catholicam eccleſiam inſurgant.*

87 *Si Deus concitat Principes aduerſus hæreticos: ad hoc affliguntur, ut reuertantur.*

88 *Tempore Apoſtolorum non fuit petitum auxilium à Regibus contra eccleſiam: quia Reges erant infideles.*

89 *Nunc petendum eſt in exemplo Nabucdonoſoris.*

90 *Ad fidem nemo cogendus eſt: ſed per miſericordiam Dei tribulationum flagellis ſolet perfidia caſtigari.*

91 *Hæretici uidentes leges ſibi contrarias, commonentur cogitare, quare iſta patiantur, aut iuſte, aut iniuſtè.*

92 *Heretici etiam inuiti ad ſalutem ſunt trahendi, quia amantur; & à malo ſunt prohibendi, aliter Paſtores negligentes reprahenduntur.*

93 *Qui dicit, ſic uolo errare, ſic uolo perire, non audiuntur, quia nunc eccleſia non ſolum inuitant, ſed etiam cogitat bonum.*

94 *Patria D. Auguſtini ad ueritatem catholicam legum Imperialium timore conuerſa fuit.*

95 *Ratio, quare mali cogantur ad bonum.*

96 *Nemo cogitur ad iuſtitiam, cum dictum ſit, cogite intrare, & Paulus magna uiolentia Chriſti cogentis compulſus fuerit.*

97 *Hæretici tam ſtulta dogmata proferunt, ut Pagani ea deteſtentur.*

98 *Et multi Catholici docti, & Clerici à laicis redarguuntur: & comparantur Prophetæ Balaam.*

99 *Statutum eſt, ut hæretici ad eccleſiam redeuntes ordinentur.*

100 *Forma abiurationis.*

101 *Alia forma abiurationis Berengarij.*

102 *Catholici reprahenduntur, ſi non dilectione corrigendi, ſed odio inimicandi proſequuntur hæreticos.*

103 *Catholici iuſtè res ablatas ab hæreticis retinent.*

104 *Catholici concupiſcunt; ut hæretici poſſidebant non ſolum, quæ ſua dicunt, ſed omnia Catholicorum agnita ueritate.*

105 *Hæretici iniuſti quæruntur, ut iniuſti non permaneant.*

106 *Eccleſia non perſequitur hæreticos, ſed perſecutionem patitur ad hæreticis.*

107 *De ſaluandis hominibus, uel ſaltem uno homine, etiam inuitis.*

108 *Magis debita eſt miſericordia pro uita æterna, aut pœna æterna uitanda, quam pro ſalute temporali.*

109 *Hortantur hæretici redire ad eccleſiæ unitatem.*

110 *De aliquo merito hæreticorum, dum patiuntur, ne Chriſtum negent.*

111 *Epiſcopi redeuntes ab hæreſi recipiunt ſuas Sedes.*

112 *Delictum hæreſis antiquiſſimum eſt.*

113 *Principaliter hæc peſtis pululauit tempore Arij.*

114 *Hoc crimen diſplicuit Imperatoribus Chriſtianis, & pœnas contra hæreticos ſtatuerunt.*

115 *Sed hoc crimen eſt eccleſiaſticum: ideo domini temporibus prohibetur de ipſo crimine cognoſcere.*

116 *In hæreſi ſuſpitio eſt duplex, uehemens, leuis, & modica.*

117 *Ob ſuſpitionem uehementem non damnatur quis in hæreſi: poteſt tamen haberi ſuſpectus.*

118 *Poſt abiurationem relapſi non amplius incorporantur; ſed traduntur curiæ ſæculari. Et multi ſunt relapſi.*

119 *Si relapſi pœniteant per apparentia ſigna ſacramenta ipſis non denegantur.*

120 *Damnati per eccleſiam ſæculari iudicio relinquuntur puniendi.*

121 *Dubitatur de traditis curiæ ſæculari, ſi dicant uelle redire ad eccleſiam, an recipiendi ſint, ut ſententia non exequatur.*

122 *Bona hæreticorum publicantur, ſed diuerſimodè, & ad ſimilitudinem criminis læſæ maieſtatis.*

123 *Sed executio non debet fieri per dominos temporales ante quam ſententia ſuper eadem crimine fuerit promulgata.*

124 *Vxoris dos innocentis non publicantur.*

125 *Filij hæreticorum uſque ad primum gradum paternæ lineæ exprimi maternæ ad beneficium eccleſiaſticum non admittuntur.*

126 *Emancipatio facta ab hæretico eſt nulla tanquam de perſona ſui iuris.*

127 *De ijs, qui in infirmitate petierunt conſolationem hæreticorum.*

128 *Hæredes fautorum hæreticorum quando compellantur*

tur pœnitentiam recipere & complere in bonis temporalibus.

129 Plura notabilia circa hæreticos, præſertim de aduocatis, & notarijs, qui auxilium non præſtare debent; & poteſtas ſæculares pro uiribus exterminare debet hæreticos.

130 Archiepiſcopus ſaltim in anno diæceſim ſuſpectam de hæreſi uiſitat.

131 Epiſcopus negligens in expurganda hæreſi certis indicijs ab Epiſcopali officio deponitur.

132 Inquiſitor ſuper hæreſi non inquirit contra Epiſcopum de hæreſi, ſed ante diffamatum nunciabit Papa.

133 Laici prædicare non debent, ne uitia ſub ſpe uirtutum occultè ſubintrent.

134 Inquiſitionis officium inquirit ætatem xl. annorum.

135 Officium inquiſitionis morte concedentis non expirat etiam ad negotia prius non cepta. & proceditur ſimpliciter, & de plano.

136 Teſtes admittuntur in cauſa hæreſi non aliàs admittendi. & qui tamen admittantur.

137 Præſidentes regimini excommunicati contra hæreticos poßunt procedere.

138 Periurij in cauſa hæreſis admittuntur.

139 Sacerdotes, & Clerici impedientes negotium inquiſitionis compeſci poſſint, & pœna debita caſtigari.

140 Non ualet ſtatutum, per quod officium inquiſitionis impeditur, uel retardatur.

141 Inquiſitores non ſe intromittunt de diuinationibus, niſi hæreſim ſapiant manifeſtam.

142 Inquiſitores procedunt, ſimul, uel ſeparatim ab Epiſcopo: & idem Epiſcopus. Sed tempore ſententiæ tenentur ſibi inuicem communicare proceßum.

143 Epiſcopus, & inquiſitor ſeparatim citare poſſunt, & tutæ cuſtodiæ mancipare, de quo plura.

144 Inquiſitores poſſunt aduocare, prout expedierit; peritos, ut aſſiſtant, & conſilium præſtent in proferendi ſententijs.

145 Item habent facultatem cum prælatis mitigandi, uel mutandi pœnam.

146 Item eſt conceſſa facultas priuandi dignitatibus hæreticos requiſitis Epiſcopis; niſi conſtaret Epiſcopos ſcienter beneficia contuliße.

147 Nomina teſtium non publicantur, ſi eſt periculum propter potentiam inquiſiti; ſed exprimuntur aliquibus perſonis prouidis, &c.

148 Ceſſante periculo accuſatorum, & teſtium, nomina, prout in alijs ſit iudicijs, publicantur.

149 Epiſcopi, & Inquiſitores puram habeant conſcientiam; ut non dicant periculum eſſe, ſi eſt ſecuritas, uel econtra.

150 Caueat unuſquiſque ne in hæreſim incidat; quia tunc fit ruina magna ipſius.

De homicidio uoluntario, uel caſuali.

151 Occidens per induſtriam proximum ab altari euellitur.

152 Furioſus infans, & dormiens, ac ille, qui aliter mortem non poteſt euitare, ex homicidio non incurrit irregularitatem.

153 In homicidio fortuito de irregularitate fit diſtinctio.

154 De Presbyteri pœna, qui pugillem introduxit.

155 Si Presbyter illicitè operam dabat, non tamen adhibita diligentia, à miniſterio altaris excluditur.

156 Qui Paganum occidit, homicida eſt.

157 Non ſunt homicidæ, qui zelo eccleſiæ excommunicatos occidunt, imponitur tamen pœnitentia.

158 Accincti ad exterminationem hæreticorum habent priuilegium illorum, qui accedunt ad terræ ſanctæ ſubſidium.

159 Clericus ſi conqueruntur apud Iudicem de iniurijs proteſtantes non ad uindictam, non imputantur, ſi Iudex mortem inferat delinquentibus.

160 Nec qui dedit interſignia Iudici Seculari furis qui Clericum uulnerauit.

161 Irregularitas contrahitur à religioſo chirurgiam excercenti, ſi ſequatur mors.

162 Irregularis efficitur, qui mandat aliquem uulnerari, & expreßè inhibeat, ne occidat, ſi ſequatur mors.

163 De his, qui per Aſſaſſinos mandant homicidium committi.

164 Homicida eſt, qui operatur, ne poſſit generari, uel concipi, uel naſci ſoboles.

165 Homicida eſt, qui dat cauſam abortioni, ſi conceptum erat uiuificatum.

166 Socians homicidam animo occidendi, licet non apponat manum, pari pœna punitur; ſed ſi animo tantum ne impediatur, minori pœna mulctatur.

167 Qui potuit hominem liberare à morte, & non liberat, cum occidit, nec caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſte facinori deſinit obuiare.

168 Inflammantes animum ad odium homicidij punitur durè, non tamen ita ſeuerè, niſi prouocaſſet ſuggeſtionibus ad homicidium.

169 Non ſunt liberi ab homicidio, qui ſicariorum ſarcinas cuſtodierunt.

170 De pœna clericorum, qui interfuerunt cum armatis facinori, ex quo homicidium ſequitur.

171 Qui interfecit furem, aut latronem, ubi comprahendi poteſt, pœnitentia occiſori datur. Sed ſi occidit ſine odij meditatione propter imaginem Dei, ex ieiunio, & eleemoſina bonum ei erit.

De infantibus, & languidis.

172 Infans ſi exponitur à patre eo ipſo à poteſtate patris liberatur & idem erit in quibuscunque languidis expoſitis.

De delictis puerorum.

173 Puerilis ætas plena eſt furtis, mendacijs, & periurijs, & ideo peccant ante annum xiiij.

174 De puero minori xiiij. annorum, qui percuſſit ſagitta

caſu fortuito alium puerum, & interijt.

De epiſcopi delictis grauibus, ipſoque, & clerico percuſſore.

175 *Epiſcopus directè, uel indirectè, ſi eſt cauſa homicidij, indignus reputatur altaris miniſterio: unde monetur cedere Epiſcopatui.*

176 *Epiſcopus ſi crudeliter aliquem uerberari fecit, licet exinde non credatur defunctus, duobus menſibus ſuſpenditur à celebratione miſſarum.*

177 *De pœna Iudicis ordinarij, uel delegati, qui contra conſcientiam, & iuſtitiam in iudicio quicquam fecerit.*

178 *De pœna Presbyteri, qui fuit in conflictu etiam illorum, qui uiolentiam reprimebant, ſi aliqui dicuntur occiſi.*

179 *Presbyter ſi ira commotus aliquem interfecerit, & ſi animum occidendi non habuerit, perpetuò tamen depoſitus erit.*

180 *Si quis non ad mortem percuſſus eſt, ſed ex equo cadens ceruice fracta interijt, presbyter ſuſpenditur à miſſarum ſolemnijs.*

De crimine falſi.

181 *Pœna falſi eſt excommunicationis, depoſitionis, & traditionis curiæ ſæcularis priuationis officiorum, beneficiorum, & maior in clericis, quam laicis. Item in illis, qui per ſe falſitatis uitium exercent.*

182 *Propter raſuram paucarum literarum in loco non ſuſpecto reſcriptum non probatur falſum.*

183 *Literæ quando ſint falſæ ex cap. v. & vi. de crimine falſi.*

184 *De pœna Clerici falſantis ſigillum principis.*

De maledicis.

185 *Clericus ſi uerba protulit contra ſummum Pont. & Ro. eccleſiam à temeritate compeſcendus eſt.*

186 *Pœna blaſphemantis Deum, aut aliquem ſanctorũ, & maxime beatam virginem.*

De clerico excomm. depo. uel interdicto.

187 *De pœna Presbyteri confitentis ſe corporaliter lapſum ante ordinationem.*

188 *De ſeruientibus altari ſi fragilitas carnis deliquerint, & pœnituerint.*

189 *Epiſcopus, presbyter, uel Diaconus iuſtè depoſitus miniſtrabit, perpetuò ab eccleſia abſcinditur.*

190 *Degradatus, uel ſuſpenſus celebrans ante abſolutionem excommunicatur. Excommunicati uerò celebrantes perpetuò deponuntur.*

191 *Clericus, qui duellum obtulit, uel ſuſceperit, merito deponendus eſt.*

192 *De Epiſcopo, qui ſuam eccleſiam deſeruerat, & aliã occupauerat.*

193 *Excommunicatus celebrans poteſt omnibus beneficijs ſpoliari.*

194 *Clericus celebrans in loco interdicto beneficijs priuatur. Monachi in arctiori monaſterio detruduntur.*

195 *Ignari ſuſpenſione celebrantes excuſantur, niſi fuerit craſſa.*

196 *Excommunicatus minori celebrans non eſt irregularis, ſed peccat conferendo ſacramenta; ſed illa collata effectu non carent.*

197 *Si Clericus contra prohibitionem ſuperioris cõioni excõmunicatorum ſe ingeſſerit, excommunicabitur.*

De exceſsibus Prælatorum.

198 *Prælati debent ſe abſtinere à grauaminibus Subdiaconorum; & ſimiliter exceſſus clericorum debẽt corrigere.*

199 *Cum nunciantur facinora presbyteri, diligenter ſcrutatur, ut quæ uera ſunt, poſſint aperiri.*

200 *Principalis perſona dicens ueritatem de re ſibi nota habetur pro teſte; quia adhibito uno ſunt duo.*

201 *Clerici contra naturam incontinentes detrudãtur in monaſterium, laici excommunicentur.*

De iniurijs, & damno dato.

202 *Damnum datum imperitia, vel ignorantia, non excuſat.*

203 *Dominus pro damno animalium tenetur, niſi ea pro noxa det: quod non ſufficit, ſi ſint feræ animalia non adhibita diligentia.*

204 *Non intelligitur occaſionem damni dare, qui contingentibus, ut accideret, nihil omiſit.*

205 *De pœna libelli contra alterius famam conſcripti.*

De pœnis.

206 *Ea, quæ frequenti præuaricatione iterantur, frequẽti ſententia condemnantur.*

207 *De pœna Sacerdotis, & clerici depoſitionis, & degradationis.*

208 *Clerici coram ſæculari Iudice conuicti, vel confeſſi, propter hoc non condemnantur à ſuo Epiſcopo.*

209 *Clerici confeſſi, aut conuicti coram Epiſcopo ſuſpendendi ſunt à ſuis ordinib. vel altaris miniſterio perpetuò remouendi, niſi ſint crimina, propter quæ ſuſpendi debeant, uel deponi.*

210 *De adulterijs, & alijs criminibus minoribus Epiſcopus diſpenſat poſt peractam pœnitentiam.*

211 *Clericus excommunicatus per manuum iniectione ſi ſcienter ordinatur, à ſuſceptis ordinibus perpetuò deponitur, ſi ius, vel factum ignorauit, non abſoluitur ſine mandato Papæ.*

212 *De regulari, qui percutit clericum, & ſcienter ordinari ſe fecit, ſed ignorat ius, vel factum; & factum non eſt graue, aut ſi eſt graue.*

De degradatione actuali.

213 *In degradatione actuali, quæ requirantur.*

214 *Epiſcopus ſolus procedit ad verbalem depoſitionem.*

215 *In degradatione actuali proceditur ab Epiſcopo cum Abbatibus, aut perſonis in dignitate conſtitutis, & iuris ſcientia commendabilibus.*

216 *Quilibet depoſitus pro exceſſibus non traditur Iudici ſæculari.*

217 *Poteſt quis puniri aliquando pœna carceris.*

218 *De pœna percutientis, aut capientis Cardinalẽ; quæ extenditur ad filios, & nepotes.*

219 *De ſatisfactione fienda cum tales abſoluentur.*

Hæc

220 *Hæc pœna poteſt extendi ad collaterales fratrum, uidelicet, nepotes, & pronepotes.*

221 *De pœna inſequentib. familiares Papæ vel Cardinalium.*

222 *De pœna (quod abſit) occidentis Cardinalem.*

223 *Principes uti debent legibus contra ſacrilegos, quas Catholici Principes ediderunt.*

224 *De pœna percutientis Epiſcopum, capientis, uel mandantis, uel ratificantis, & aliorum.*

De ſententia proferenda.

225 *Deus illum reum non habet, quem iniuſtè iudex cōdemnat.*

226 *Iudices eccleſiaſtici præſertim in ſententijs æquo libramine iudicabunt omiſſo odio, fauore, timore, aut præmio.*

227 *Sententia non fertur, niſi contra cōuictum, aut ſponte confeſſum.*

228 *Abſens non iudicatur, niſi ex contumacia.*

229 *De exemplo Domini, ut nos a præcipitanda ſententia compeſceret.*

230 *Sententia eſt iniuſta, etſi criminoſus, quantum ad ſe reportet iuſtam ſententiam, ſi iudex nō amore iuſtitiæ, ſed liuore odij in eum ſententiam dedit.*

231 *Qui rectè iudicat, & præmium remunerationis expectat, fraudem in Deum perpetrat. Item ij, qui pro temporali commodo iudicant.*

232 *Iudex non poteſt uendere iuſtam ſententiam, nec teſtis uerum teſtimonium, quamuis aduocatus uendat iuſtum patrocinium, & iuriſperitus uerū cōſilium.*

233 *Nam pauper dum non habet, quid offerat, in iudicio contemnitur.*

234 *Illa eſt cautela laudabilis, in quo totum ratio agit; quia dum iuſto amplius iraſcimur, & uolumus aliena coercere peccata, grauiora committimus.*

235 *De lege Impp. ut ſententiæ ſuper animaduerſione prolatæ in diem trigeſimum ab executione differuntur.*

236 *Iuſtitia non eſt ſeruanda ſine miſericordia.*

237 *Omnis, qui iuſtè iudicat, ſtateram in manu geſtat iuſtitiæ, & miſericordiæ.*

238 *Qui Dei iuſtitiā oculis ſuis præponit, ſemper timet, & tremit, ne à iuſtitia cadat.*

239 *Non morientem mortificat, qui iuſtum damnat; & non uicturum uiuificat, qui reum a ſupplicio ſoluere conatur.*

240 *Quos Deus per compunctionis gratiam uiſitat, illos paſtoris ſententia abſoluat: quia debet et pœna amoueri, qui non erubuit confiteri, quod fecit.*

241 *Plus in corrigendo agit beneuolentia, & exortatio, quàm ſeueritas, & comminatio; & plus charitas, quàm poteſtas.*

242 *Facile a lege Ieſu Chriſti diſcedit, qui dominari magis, quàm conſulere ſubditis placet.*

243 *Qui emendat uerbere, & dimittit peccatum, quo læſus eſt eleemoſinam facit: quia multa bona præſtantur inuitis.*

244 *Tria ſunt genera eleemoſinarum, corporalis, ſpiritualis, tertia delinquentes corrigere.*

245 *Item duæ ſunt eleemoſinæ, una cordis, alia pecuniæ; & illa cordis melior eſt.*

Distinctio. II.

De eccleſiaſticis cenſuris.

246 *Cenſuræ nomine interdictum, ſuſpenſio, et excommunicatio comprehenditur.*

247 *De ſuſpenſionis pœna multis caſibus.*

248 *De purgatione canonica aliqua.*

249 *Presbyter, ſi eſt diffamatus, ſuſpēditur ab officio; ſed ſi immanitas ſit criminum, à beneficio ēt ſuſpēditur.*

250 *Ex infamia uulgata graui ſcandalo, & uehementi ſuſpitione purgatio 14. ſui ordinis inducitur.*

251 *Forma purgationis.*

252 *Caſus, in quibus non datur purgatio, ſed ſententia cōdemnationis promulgatur*

253 *De alijs tribus caſibus ſuſpenſionis.*

254 *Caſus octo ſuſpenſionis ex Concilio Tridentino.*

255 *Pro peccato mortali, quò ad ſe, quilibet eſt ſuſpēſus: quò ad alios non; niſi peccatum notorium ſit.*

256 *A Clericis, & Presbyteris quanquàm fornicarijs, quandiu tolerantur, licitè ſacramenta recipiuntur. A notorio autem abſtinendum eſt, non ex defectu ſacramenti, ſed ad ipſorum emendationem.*

257 *Sententias ſuſpenſionis non debent iudices fulminare ſine debita maturitate.*

258 *Eccleſiarum prælati ſi ſuſpenſi diuina officia exequūtur, irregularitatem incurrunt.*

259 *Epiſcopi propter executionem Pontificalis officij ſuſpenſionis ſententiam non incurrunt, niſi expreſſa mentio habeatur.*

260 *De ſuſpenſione ex Manuali confeſſ. ca. 27 a nu. 151. uſque ad 163.*

De ſententia excommunicationis.

261 *Non contradicit Euangelio, qui malos excommunicat, quia hoc fit, ut ſpiritus excommunicati ſaluus fiat.*

262 *Qui iniuſtè aliquem excommunicat, potius oberit, quàm ei, qui hanc iniuriam patitur.*

263 *Sententia Paſtoris ſiue iuſta ſit, ſiue iniuſta, timenda eſt.*

264 *Iniuſta tamen ſententia non tantum curatur, ſed iuſtus ſi iniuſtè maledicitur, non eſt ligatus apud Deū; ſententiæ tamen parere debet.*

265 *Traditur quis Satanæ in interitum carnis, ut ſaluus fiat ſpiritus eius. Sed dupliciter traduntur homines in poteſtatem Diaboli.*

266 *Si epiſcopus Parochianum alterius Epiſcopi pro deprædationis cauſa excōmunicauit pro communi utilitate talis Epiſcopus non debet grauiter ferre.*

267 *Clericus, qui propter diſtrictionem ad ſæcularem iudicem confugerit, & ſolatium defenſionis impen-*

derit cum eo ab eccleſiæ commune.
268 *Quid ſit excommunicatio; qualiter diuidatur; & quis poſſit excommunicare; &c. ex Nauarro Cap. xxvij. a nume. 1. uſque ad xxiij. & de minori excommunicatione à nume. xxiiij. uſque ad xxvij.*

De ſententia excommunicationis.

269 *Eſt maior, & minor: Item canonis, & Iudicis.*
270 *De excommunicatione iuris ex iniectione manuum in clericum latè.*
271 *Caſus, in quibus in hanc excommunicationem non incurritur.*
272 *Incurritur in hanc excommunicationem, quamuis clericus uolens percutiatur.*
273 *Quando etiam non incurritur in hanc excommunicationem.*
274 *De ijs, qui poſſunt abſolui ab Epiſcopo, & quòd etiã Regulares ab Abbatibus aliquo caſu.*
275 *De excommunicatione ex participatione.*
276 *Quæ ſit monitio canonica.*
277 *De perſonis exceptis, quæ poſſunt communicare. & de hac materia.*
278 *De excommunicatione maiori multis alijs cauſis.*
279 *De excommunicatis appellantibus quomodo abſoluantur; & quando excommunicatio ſit iniuſta.*
280 *De abſolutione ad cautelam multa.*
281 *Excommunicati ab Archidiaconis, & alijs ſubditis non abſoluuntur ab Archiepiſcopo.*
282 *Niſi eſſet conſuetudo: quia etiam ex conſuetudine excommunicat, ſubditos Suffraganei.*
283 *Quando Archiepiſcopus abſoluat, & quando Epiſcopus excommunicator citari debeat.*
284 *Si autem eſt pro offenſa manifeſta; & ſit iuſta excommunicatio, non abſoluit Archiepiſcopus, niſi periculum ſit in mora.*
285 *De excommunicato ex præſumpta contumacia, uel manifeſta.*
286 *Abſolutio ad cautelam non operatur ſententiam excommunicationis fore nullam,*
287 *Quia quando eſt iniuſta excommunicator condemnatur ad intereſſe.*
288 *Si eſt iuſta condemnatur appellans,*
289 *Quando Iudex paratus eſt reuocare ſententiam: & quòd error ſit uerus,*
290 *Punitur Prælatus, ſi excommunicat ſine monitione competenti,*
291 *Prohibetur uniuerſitas excommunicari.*
292 *Excommunicatio in dubio intelligitur de maiori: ſed priuatus communione ſimpliciter intelligitur temporaliter.*
293 *De ceſſatione à diuinis præſente excommunicato.*
294 *Celebrans ſcienter præſente excommunicato, uel in eccleſia ſoluta, peccata, ſed non eſt irregularis.*
295 *Qui auocant ad officia excommunicatos, uel prohibent, ne exeant, ſunt excommunicati, & à ſolo Papa abſoluuntur.*
296 *De ceſſatione à Diuinis ex priuilegio.*

De interdicto eccleſiaſtico.

297 *Interdicto non ſupponitur locus, niſi culpa locorum, uel domini, aut Rectoris, non propter culpam particularis.*
298 *Niſi perſona illa fuerit excommunicata, & Domini requiſiti non eiecerint.*
299 *Nec etiam pro debito pecuniario.*
300 *De multis cauſis, ex quibus inducitur interdictum.*
301 *De interdicto Iudicis, ſententia, & ex quibus cauſis inducatur.*
302 *Quæ poſſint fieri tempore interdicti.*
303 *De pœnis celebrantibus ſcienter in loco interdicto.*

SEPTIMAE PARTIS.

De foro conſcientiæ.

1 *Non ſufficit ſanctis uiris conſcientia pura: ſed exiſtimationem etiam hominum non debent contemnere: quia ſi famam cuſtodiunt; alijs ſunt miſericordes.*
2 *Religioſo parum eſt non nocere, niſi etiam factis loquendo extinguere ſtudeant inimicitias.*
3 *Melius eſt in malis factis humilis confeſſio; quàm in bonis ſuperba gloriatio.*
4 *Sancta ruſticitas nocet, ſi deſtruentibus eccleſiam non reſiſtit.*
5 *Qui amatur, corripitur, & innocens punit peccantem.*
6 *Miſericordia uitijs non parcit: imo nocet.*
7 *Mali ab eccleſia ſunt adimendi, quia ſcintilla Arrij nõ ſtatim oppreſſa eius flamma pullulata eſt.*
8 *Tolerantur, qui corrigi non poſſunt, quia propter malos non deſeruntur boni.*
9 *Mali à bonis ſunt tolerandi.*
10 *Immundi tangi non debent, i. non debet aſſenſus dari peccatis; ſed fieri debet, quod pertinet ad correctionem malorum.*
11 *Iudex accuſatum, & conuictum coercet, corripit, excommunicat, & degradat.*
12 *Paſtor diligendus eſt: mercenarius tolerandus; latro fugiendus.*
13 *Carnales ſpirituales proſequuntur: ſed ſpiritualis ignoſcit carnali fratri; quia in magna domo ſunt uaſa ænea, argentea, lignea, & fictilia.*
14 *Arrogans eſt, & humilitatis oblitus: qui putat zizaniam à frumento poſſe diſcernere.*
15 *Qui malos non tolerant, ſibi ipſi per intolerantiam teſtis eſt, quòd bonus non eſt.*
16 *Mali crebra admonitione ad correctionem inuitandi ſunt nam odio habentur peccata, non homines.*
17 *Infideles non lucrantur Chriſto, ſi colloquium eorum uitatur.*

18 *Multi corriguntur; multi tolerantur; multi neſciunt; donec ueniant Dominus: ne peruerſè malos uitando quis mittat in gehennam.*
19 *Homo non iudicatur ab homine iudicio ſuſpitionis.*
20 *Mali non gaudeant; quia plures ſint ſibi ſimiles; quia non minus ardebunt.*
21 *Fratrem peccantem ſecreto in te ipſum ſecretum quære; cum corrigis: nam ſi arguitur coram omnibus; qui corrigit proditor eſt.*
22 *Propter tolerantiam ſecuritas præpoſitis non tribuitur: toleratio fit; quando mali coerceri non poſſunt; alias ſalua pace ſecordia, & ſegnitia, non eſt dormitandum.*
23 *A correctione, ceſſandum non eſt; quamuis tunc correctione proficiat homo, cum miſeretur Deus.*
24 *Cum perſecutio corporalis imminet, non additur afflictio flagellatis, cum ignoretur, an pro uindicta contingat Dei iudicium.*
25 *Multi Sacerdotum profitent perſequi culpam zelo Dei, ſacrilegij facinus incurrunt.*
26 *Qui ſeruos Dei accuſat; ut meliores fiant, in uanum laborat: quia ſi in hoc ſæculo omnia uindicata eſſent; diuina iudicia ceſſarent.*
27 *Nemo præſumat non poſſe errare; cum Petrus, & Dauid grauiter peccauerint.*
28 *Non eſt maleuolus; qui crimen alterius indicat, quia ſic corrigere poteſt.*
29 *Non omnis, qui parcit, amicus eſt, nec qui uerberat, inimicus.*
30 *Meliora ſunt uulnera amici, quam oſcula inimici.*
31 *Amplius quam Deus, nemo amare poteſt, & tamen ipſe non ceſſat terrere.*
32 *Qui ex charitate crimina defert, benefacit: qui inſidiando reuelat arcana amici, male agit.*
33 *Cum humana fragilitate peccatum committitur; miſerandum eſt, non lingua iniquiſſimorum debent inſurgere.*
34 *Fideles ab omni maledicto immunes ſint.*
35 *Sancti uiri amore iuſtitiæ aliquos maledicunt.*
36 *Et qui negligunt conſuetudinem maledicendi incurrunt immunditiam labiorum, & inquinamenta oris.*
37 *Ad humilitatem bonorum linguæ malorum contra eos inſurgunt, ut culpa nata ex ore laudantium ſuffocetur.*
38 *Triſtari debemus de bono, quod falsò de nobis dicitur, & ſi malum, quod dicitur, abeſt, lætari debemus.*
39 *Bonos mali perſequuntur inſtigante Diabolo, quia interpellant pro populo; & digniores facilius exandiuntur.*
40 *Diabolus non ceſſat perſuadere detractiones paſtorum, ut non tenentibus ipſis frena, laſciuiant in perniciem.*
41 *Peius malum non eſt, quam Chriſtianos ſuis inuidere Sacerdotibus.*
42 *Sed aliquando pro meritis plebis ſæpe Paſtores deprauantur, ut procliuius corruant, qui eos ſequuntur.*
43 *Qui peccata aliena corrigunt, ſua relinquant: Et iudicet de errore alterius, qui non agit eadem, quæ puniendo putat.*

DISTINCTIO. II.

De pœnitentia.

44 *De pænitentia, & quando proprius Sacerdos declinetur, & non abſoluit de caſibus reſeruatis.*
45 *Data licentia eligendi confeſſorem, ille non abſoluit de caſibus reſeruatis.*
46 *Qui petierit pænitentiam, & oppreſſus non adimpleuerit, per manus impoſitionem reconciliatur.*
47 *Deputatis ad ſupplitium pænitentia, & Euchariſtia non denegatur.*
48 *Denegatur pænitentia ijs, qui in rapinam fecerint, niſi ablata reſtituant, ſi poterunt, uel ſecuritatem fecerint de emendando.*
49 *Raptoribus in ſanitate de peccato corde contrito non denegatur uiaticum: ſed Clerici non interſint eorum ſepulturæ, ſub graui pæna.*
50 *Qui occidit Presbyterum xij. annorum pænitentia imponitur, & ſemper careat militiæ cingulo, & ſine ſpe coniugij.*
51 *Parentibus, circa quos pueri reperiuntur oppreſſi, eſt pænitentia trium annorum, unius in pane, & aqua.*
52 *Pænitentia iniungitur conſideratis circumſtantiis.*
53 *Confeſſio illorum recipitur, qui aſſerunt ſe abſtinere non poſſe; quia ſaltem datur conſilium.*
54 *Mulieri, quæ partum ſuppoſuit, uel de adulterio prolem ſuſcipit, & timet marito confiteri; non denegatur pænitentia, quæ à Sacerdote diſcreto imponitur.*
55 *Quia infirmitas cauſatur plerunque ex peccatis, medici monebunt infirmos, ut auocent medicos animarum; ſed non ſuadeant utile corpori nociuum animæ.*
56 *Tribus modis impletur omne peccatum, ſuggeſtione, delectatione, & conſenſu.*
57 *Ex ſuggeſtione, ſi delectatio non ſequatur in animo non eſt peccatum.*
58 *Sæpe caro trahit in delectationem, & animus conſentit.*
59 *De pollutione nocturna.*
60 *An ea, quæ alienata mente fiunt, ſint punienda, & de ignorantia iuris, & facti.*
61 *De coactis peccare.*
62 *De furioſis, & impuberibus peccantibus.*
63 *Ebrioſi delinquentes uenia digni ſunt.*
64 *De occiſione inſanientis, & irati.*
65 *Virgo oppreſſa in perſecutione in gratia tanquam uirgo ſuſcipitur: quia non opera quærit, ſed uoluntatem.*
66 *Non uſus rerum, ſed libido in culpa eſt.*

67 Diuites pauperum cibis non coguntur veſci, ſed doleant aliter ſe non poſſe ſuſtentari, & utantur precioſis, uilia pauperibus dent.

68 De parſimonia, & ornatu corporis non fucato.

69 Vitia eſſe uirtutes mentiuntur, ut tenacia parſimonia effuſio liberalitas.

70 De criminis appellatione.

71 Nullum peccatum eſt adeo ueniale, quod non fiat criminale, dum placet.

72 Multa ex deliberatione procedunt, & in conſuetudinem deducuntur, & grauant poſt mortem, non tamen æternaliter perdunt.

73 De peccatis minutis, quæ igne purgatorio purgantur.

74 De capitalibus peccatis, quæ non purgantur igne purgatorio, ſed in uita emendatione opus, eſt & pœnitentia, & eleemoſinis redimenda ſunt.

75 Enumeratio de peccatis minutis.

76 Ante iudicium aliquæ culpæ purgantur, & declaratur, peccatum in Spiritum Sanctum quomodo purgetur.

77 Ignis purgatorius etſi æternis non eſt, miro tamen modo grauis eſt. Superat enim omnem pœnam, quam paſſus eſt in hac uita.

78 De miſericordia erga proximos.

79 Perfecta liberalitas fide, cauſa, loco, tempore, commendatur.

80 Dominus non uult ſimul effundi opes, ſed diſpenſari, niſi quis relictis omnibus in diſciplinam Apoſtolicam ſe daret.

81 Non eſt liberalitas ſubuenire proximis ſeminis, ſi egeant, non tamen ut ditiores fiant.

82 Tu te dedicaſti Deo, non ut proximos diuites facias, ſed precio miſerationis peccata tua redimas.

83 Qui ſuorum, & maxime domeſticorum curam non habet, fidem non habet, & infideli deterior.

84 De mercatoribus, & quando licitè poſſit lucrum fieri.

85 Negotiator debet dicere, tanti emi, & tanti uendo, & reprahenditur de mendatio, & de periurio.

86 De peccatorum remiſſione, & propriè peccatum eſt opus iniquitatis.

87 Quemadmodum diſciplina ſapientis intrans in animum imprudentiam tollit: ſic uirtus perfecta iniquitatem; & remiſſio peccatorum delet omne peccatum.

88 Deus remittendo ſæpe peccata non amat peccata, nec incitator malorum eſt.

89 Deus ſanauit tot febricitãtes, tot languidos, tot claudos, cæcos, & arridos, ne deſperet de ſe peccator, & ideo non ſcribitur aliquem niſi ſemel ſanatum, ut quiſque timeat mergi peccatis.

90 Eliminandus eſt ab eccleſia, qui unquam pœnitentibus negat indulgentiam, nam quotidiana eſt remiſſio, dicente Domino, Dimitte nobis debita noſtra.

91 De omnibus peccatis tantum uenia datur, quia Deus mutum, & ſurdum à Diabolo liberauit. Item expellis ſeptem Dæmonia, & totum homine ſanauit in corpore, uidelicet in anima. & ideo dolendum eſt de omni crimine orto in anima, & in corpore.

92 Gratia Chriſti mala deſtruit, & bona tribuit, & iuſtus, & ſi cadit, pœnitentia non amittit iuſti uocabulum.

93 Oratio Dominicalis leuibus, & quotidianis peccatis ſatisfacit.

94 De pœnitentia Dauid, quam fuiße profundam oſtendit maturitas uenia.

95 Sancti ſi forte naturæ facilitate, non peccandi libidine corruunt, fortioris ad currendum reſurgunt.

96 Doloris menſura potius ualet apud Deum, & mortificatio uitiorum, magis quam abſtinentia ciborum pœnitenti eſt neceſſaria.

97 Dolor lachrymis oſtenditur, & peccati erubeſcentia habet, & miſericordia eſt Dei neminem in obſcuro pœnitente, quia laborat mens patiendo erubeſcentiam.

98 Semper dolendum in hac uita de peccatis etiam remiſſis, quia ſi finitur dolor, deficit & pœnitentia.

99 De duobus malis minus eſt aligendum.

100 A nobis aliqua non ſunt committenda delicta, ne alij grauiora committant, quamuis bonum aliquando debeat omitti.

101 Sacerdotale officium eſt nulli nocere, prodeſſe uelle omnibus, unde ſi non poteſt ſubuenire uni, niſi alter lædatur, commodius eſt neutrum iuuari.

102 De correctione, qua Deus præſentia ſupplicia reddit ne in æternum puniret. Si tamen inter flagella pœnitentiam egerunt, quam & ſi breuem, & momentaneam, non reſpuit Deus.

103 Comprahenſus in adulterio, ſi decoletur, punitur etiam à Domino: quia non præuenit potius ſententia Iudicis.

104 Culpa leuis præſenti ſupplicio ſaueritatis compenſata eſt.

105 De uindicta licita, cui non eſt idoneus, niſi qui manſuetudinem dilectionis ſuperauerit.

106 Non ſemper uindicandum in eos, qui peccant.

107 Vindicta propria non eſt uindicanda, quamuis ad preces Helias ignis de cœlo deſcendit, quia factum eſt, ut oſtenderetur, quòd ille eſſet uerus Deus, quem colebat.

108 Es Syluester Papa anathematizauit eos, qui eum cœperant, uel Epiſcopos ulciſcendo eccleſiam.

109 Peccatum punitur in paucis, ut eorum exemplo cæteri ad pœnitentiam cogerentur.

110 Quotidie Deus nonnullos punit; ut diuina prouidentia circa humana uigilare noſcatur: & expectat nõnullos per longa interualla; ut patientiam ſuæ bonitatis oſtendat.

111 Correctio ſalubris eſt; cum correctus non habet ſociã multitudinem.

112 Præcepta dilectionis, & miſericordiæ, non intelliguntur,

tur, ut peccandi relaxetur impunitas.

113 Erga pœnitentes non ſæueri, ſed miſericordes eſſe debemus: nam nimis iuſtus perit in iuſtitia ſua; & iudicium erit ſine miſericordia ei, qui miſericordiam non facit.

114 Eſt iniuſta miſericordia cum latroni abſolutio præſtatur deprecantibus filijs: nam cum indigno indulgetur, vniuerſi prouocãtur ad contagium.

115 Si Iudex inter accuſatorem, & reum miſeretur, alterius non erit iuſta miſericordia.

116 In peccatoribus miſerandum eſt propriæ naturæ, nã qui conſentit peccantibus, acrius puniendus eſt, quã delinquens.

117 Puniuntur peccata per neſcientes, ideſt, Reges alienigenos, qui neſciunt eſſe miniſtros Dei: & probatur multis exemplis.

118 Punit etiam Deus per ſcientes; quia illi, qui puniũt, ſciunt ſe facere iuſſu Dei.

119 Excitantur etiam tales ad puniendum peccata bonorum; ut tandem boni correcti alienigenæ per correctos puniantur.

120 Docemur in tribulationibus ſubiugationis recurrere ad Dominum.

Distinctio. III.

121 De ſortibus, & de temporibus non obſeruandis.

122 De aſtronomia.

123 De ligaturis, & incantationibus.

124 De Mathematicis.

125 De incantatoribus.

126 Qui diuinationes expectant, & morem gentilium ſubſequuntur, quinquennio pœniteant; & non licet obſeruationes Lunæ, aut ſtellarum obſeruare.

127 De ſceleratis mulieribus, quæ credũt equitare ſuper beſtijs cum Diana, vel cum Herodiade.

128 Sacerdotes prædicare debent hæc falſa eſſe, & non diuino ſpiritu, ſed maligno erogari.

129 Et nunciandum eſt omnibus; quòd qui talia credũt; fidem perdiderunt.

130 De natura Dæmonum, & multis portentis, per Diabolicam fallaciam illuditur curioſitas humana; quando appetunt ſcire id, quod non licet inueſtigare.

131 Dæmones acumine ſenſus, & celeritate motus, pronunciant multa ante, & quæ homines mirantur.

132 Dæmones ex longiſſima uita habent experientiam; & ideo prædicunt futura; & faciunt multa, propter quæ reputantur digni honoribus.

133 Dæmones etiam prædicunt tempeſtates ex aeris aſflictione, & hæc ſigna in hominum ſenſus uenire non poſſunt.

134 Dæmones hominum diſpoſitiones cogitatione conceptas per exteriora ſigna firma ratione depræhendere non poſſunt.

135 Dæmones, ne apud cultores ſuos amittant auctoritatem, tribuunt culpam interpretibus ſuis.

136 Prædicunt defectum ſuæ culturæ; ut uideantur præſcij, quid in ſingulis regnis, aut locis uenturum ſit: quod non eſt mirum; cum Prophetæ ante prædixerint.

137 De fraude Sacerdotis Saturni; qui adulterabat in templo.

138 Simulatio aliquãdo utilis pro tempore, & aliorum ſalute.

139 Abraham dicendo, uxorem, ſororem, noluit ueritatem celari, non mendacium dixit, & commiſit Deo minus, quàm potuit.

140 Iacob dicendo ſe eſſe Eſau non repræhenditur; quia non dixit ſe primogenitum naſcendo, ſed quia Eſau eam uendidit.

141 Mendacium cum iocamur, aut proximo cõſulendo, non habet magnam culpam.

142 Illud, quod non habet duplex cor, mendacium non dicitur.

143 Verum tacere aliquando licet, non falſum dicere: nam parati ſimus uerum occultare, ſi prodere noluimus hominem ad uiſibilem mortem, non falſum dicere.

144 De iuramento; & reus periurij non eſt, niſi rea mens ſit.

145 Qui iurauit mala facere, potius reijcitur uotum, quàm impleatur menſura criminum.

146 Immutabilis Deus quandoque ſua promiſſa mutaſſe legitur.

147 Pro illicito iuramento ſegregatur quis à communione corporis, & ſanguinis Domini per annum, vt eleemoſinis flectibus, & ieiunijs reatum ſuum abſoluat.

148 Iuramentum illicitum non ſeruatur; & intelligitur, quando ſcitur eſſe illicitum dum iuratur; nam ignorantia facti excuſat; iuris uerò non excuſat; niſi ei, cui permittitur ius ignorare.

149 Iuramentum multipliciter intelligitur illicitum: nã ex eo, quod iuratur, ut homicidium committere, & ſimilia, iuramentum non ſeruatur, ex cauſa extrauenienti, vt in voto caſtitatis, ſeruabitur.

150 Qui iurat ſe non recepturum clericatus, tonſuram, ſacramentum, ſeruabitur.

151 Qui peierare compellit; & qui compellitur, uterque periurus eſt; & pœnitentia imponitur.

152 De pœnitentia ei, qui peierat in cruce, aut manu epiſcopi, & de pœnitentia ei, qui peccat pro redimenda uita.

153 Qui prouocat ad iurationem, & ſcit eum falſum iuraturum, vincit homicidam: quia duas animas occidit.

154 Si videmus paratum aliquem ad periurium, poſſumus admonere, ne tam graue peccatum committat.

155 Qui ſcit aliquem peieraſſe, indicare debet talibus,

qui

qui magis prodeſſe poſſunt, quàm obeſſe periuro.

156 *Quacũque arte verborum quis iurat, Deus accipit, ſicut ille, cui iuratur, intelligit.*

157 *Periurus eſt, qui ſuper lapidem iurat; quia nõ lapis, ſed Deus audit, qui te fallentem punit.*

158 *Diuina iudicia aures talia foris audiunt, qualia ex intimis proferuntur.*

159 *Inter iuramentum, & locutionem non eſt differentia.*

160 *Innocens de adulterio, ſi iurat ſe immunem, prout in cedula manu tenta, ſi in ea ſcriptum ſit reum eſſe, non eſt periurus.*

161 *Qui peierare paratus eſt, iam periurus eſſe uidebitur.*

162 *Quia Deus non ex operibus iudicat, ſed ex cogitatione, concluditur iuramenta à Deo iudicanda eſſe ſecundum intentionem præſtantis, non recipientis.*

163 *Tunc verò accipiuntur, ſicut ille, cui iuratur, quando caliditate uerborum iuratur. nã duplicitatis Deus eſt aſpernator.*

164 *Paruuli ante annum xiiij. non coguntur iurare.*

165 *Non ſolum in factis, ſed etiam in ſimulatis operibus mendacium eſt. & quoties loquimur non in opportuno tempore, aut loco, toties ſermo malus procedit.*

166 *Non minus eſt periculum in lingua mentiendo, quã manibus ſanguinem fundendo.*

167 *Qui iniuſtè iudicat, Ieſum proſequitur; & qui veritatem pro pecunia negat, Deum negat, vel vendit.*

168 *Negant Chriſtum, qui factis agunt ea, quæ perverſa ſunt.*

169 *Qui Chriſtianum ſe eſſe negat, Chriſtum negat.*

170 *Tranſgrediens veritatem etiam eſt, qui non liberè ueritatem pronunciat, aut non liberè eam defendit.*

171 *Qui dixerit iuſtum iniuſtum, & iniuſtum iuſtũ, abominabilis eſt apud Deum.*

172 *Clerici non ſunt rogandi inſtrumentis; ſed ſi euentu cauſæ interfuerint epiſcopus prouidebit; ut aut coram ſe, uel iudicibus competentibus veritatem teſtificentur.*

Ex præcepto, Ne occidas.

173 *Aliquando potius peccat, qui cauſam mortis præbet, quàm ille, qui occidit. Nec tamen omnes qui cauſa alienæ mortis eſt, reus eſt.*

174 *Nemo poteſt ſeipſum occidere, nec per moleſtias temporales, nec propter peccata, nec deſiderio melioris uitæ.*

175 *Qui occidunt iubente Deo, non peccant; nec qui Deo auctore bella geſſerunt.*

176 *Cum miniſter iudicis occidit eum, quem Iudex iubet occidi, ſi id ſponte facit, homicida eſt nam boni officia poſſunt implere bono animo, ut ſint hominis liberatores.*

177 *Non eſt crudelis, qui crudeles iugulat: & non eſt effuſio ſanguinis, ſed legum miniſterium.*

178 *Miniſter Dei eſt, qui inuitus homicidium facit; & quando interficitur impius, Chriſtus infunditur.*

179 *Mali non ſunt interficiendi, ſed flagellis emendandi.*

180 *Prodeſt ſeueritas Principum eccleſiæ; ſed etiã prodeſt eccleſiæ interceſſio: quia omnia agenda ſunt cũ charitate.*

181 *Reos ſanguinis defendat eccleſia; ne effuſione ſanguinis particeps fiat.*

182 *Qui publica poteſtate functus reos morti tradit, præcepti, Non occides, non eſt tranſgreſſus.*

183 *Tyrãnus laudatur, ſi ſubditos clementer tractat, & Rex, ſi tyrannicè ſæuiat.*

184 *Eſt error tenere licere Tyrannos occidere.*

185 *An militare peccatum ſit, pro negatiua multa faciunt.*

186 *Reſpondetur præcepta patientiæ non tam corpore, quàm præparatione cordis retinenda ſunt.*

187 *Agenda ſunt multa cum inuitis quadam benigna aſperitate.*

188 *Si Reſpublica Chriſtiana præcepta cuſtodit, etiam bella ſine beneuolentia non geruntur.*

189 *Poteſt quis Deo placere, qui armis bellicis miniſtrat; quia bellum exercetur, vt pax quæratur.*

190 *Non culpatur in bello, qui moriuntur quandoque morituri, vt dominentur in pace victuri.*

191 *In bellis culpatur nocendi cupiditas, ulciſcendi crudelitas; militare non eſt delictum, niſi militetur propter prædam.*

192 *Summa eſt laus militiæ Reipublicæ utilitatibus obedientiam exhibere.*

193 *Iuſtum eſt bellum, quod geritur de rebus repetendis, aut propulſandorum hominum cauſa.*

194 *Cum iuſtum eſt bellum, nihil intereſt, vtrum apertè pugnet, an ex inſidijs.*

195 *In bello, quod iubet Dominus, ductor exercitus non eſt auctor belli, ſed miniſter.*

196 *De iuſto bello Leonis Papæ, & Adriani II.*

197 *Si non vrget neceſſitas, omni tempore abſtinendum eſt à prælijs, cum importunitas vrget, etiam quadrageſimali bello parcendum non eſt, exemplo B. Gregorij, in aliquibus caſibus.*

198 *Clericis non licet militiam exercere: nam ſi in bello, vel rixa, moriuntur, oratio, vel oblatio, pro illis non offertur.*

199 *Epiſcopi nec etiam contra Piratas debent inuigilare, dicente Gregorio Papa Longobardorum Regem non fuiſſe, ſi in mortem eorum voluiſſet ſe immiſcere.*

miſcere.

200 *An iniuria ſociorum armis ſit propulſanda: pro negatiua exemplum de Saluatore, qui fugit in Aegyptum; & de Iudæis, qui in captiuitatem ducti ſunt; quia non in ſolo Deo, ſed in homine ſpem poſuerunt.*

201 *Sed diſtinguitur; bonum non ritè vindictam petere; ut malum pro malo reddat: quam tamen iudex iuſtè infligeret.*

202 *Non licet iniuriam propulſare, vt liceat voluptuosè viuere; ſed licitum eſt; ut aliorum utilitati liberè poſſit vacare.*

203 *Nec licitum eſt aduerſa, quæ inferuntur à Deo ad vitæ correctionem humano pellere auxilio nulla præcedente correctione.*

204 *Petere, vel præſtare ſolatium, vt malis delinquendi adimatur facultas, vtile eſt, & honeſtum. & monetur eccleſia petere auxilium ab Imperatore ad ſui defenſionem.*

205 *Fortitudo, quæ bello tuetur, patriam à Barbaris, vel domi defendit infirmos, plena iuſtitia eſt.*

206 *Qui fortitudinem latronis eneruat, prodeſt illis ſua infirmitas, quia à malo ceſſabit.*

207 *Qui ſocij non repellit iniuriam, tam eſt in uitio, quã ille, qui facit, & fauet impietati malorum.*

De fœnore, & rapina.

208 *Eleemoſina non debet fieri de fœnore, & vſuris: & oblatio ex iniquo eſt maculata; & dona iniquorum non probat Deus.*

209 *Qui abſtulit diuiti, ut pauperi det, Diabolica eſt cogitatio. nemo rapiens ſaluatur; ſi habet, vnde reddat.*

210 *Rapinam non licet emere, niſi intentione, vt reſtituatur, cui eſt ablata. Et inuenta Domínus reddi debent.*

211 *Cum furibus ex charitate agendum eſt, ne in gehennæ ignem tradantur.*

212 *Eleemoſina placet, quæ de rebus conceſſis, vel bene acquiſitis impenditur: quia rapina non iuſtificatur ex larga eleemoſina.*

213 *Nec tyrannicæ factionis peruerſitas laudatur; nec vituperatur Regia poteſtas; ſi crudeliter ſæuiat aliquando.*

214 *Quãuis Dominus dixerit, petat uir a proximo, &c. non hinc ſumitur argumentum expoliandi proximum: quia hoc iuſſit Dominus; qui omnia nouerat.*

215 *Maioris pœnitentiæ eſt violenter aliquid eripere, quàm furari.*

216 *Bonum facit, qui reddit, quod illicitè abſtulit; & qui pauperibus diſpenſat, quod cum labore acquiſiuit.*

217 *Ex malo acquiritur; ſi is, qui futura pronunciando lucratur aliquid, vel ex turpi cauſa poſſidetur.*

218 *Non per iniuriam accipiuntur, ſed per iniuriam non darentur medico honores, aut operatio mercedes.*

219 *Iudex non debet uendere iuſtum iudicium, nec teſtis verum teſtimonium; quanuis patrocinium, aut conſilium vendatur.*

220 *Officiales, & ſimiles perſonæ accipiunt non inſolenter ab vtraque parte: qui verò hoc modo acquiſierint; & viam uitæ mutauerint; tanquàm ſua pauperibus largientur.*

221 *Rapta furtis, rapinis, calumnijs, oppreſſionibus, potius reddenda ſunt, quàm donanda.*

222 *Cum credimus eos habere aliena, & negare, pro talibus intercedatur; ne homo in hominem ſæuiat.*

223 *Qui defendit hominem, ne male ablata reſtituat, vel non compellit ad reddendum, ſocius fraudis erit.*

224 *Nolentes reddere, & habentes, vnde reddant, increpantur clam, & palam, ſicut diuerſitas perſonarum requirit.*

225 *Fur iudicatur non in maioribus ſolum, ſed etiam in minoribus, ſicut non eſt diuerſitas fornicatio, ſi mulier ſit pulchra, aut deformis, paupercula, aut opulenta.*

226 *Qui oblationes defunctorum retinent; ut infideles ab eccleſia ſunt abijciendi: nam amico rapere furtum eſt; eccleſiam verò fraudare ſacrilegium eſt.*

227 *Sacerdotes, vel Clerici, canonicam vitam profeſſi pro impenſis patrocinijs munera non audeant accipere. Qui accipiunt deuotione illata uti exactores vſurarum debent degradari.*

228 *Qui reuocat, quod eccleſiæ contulit, prima merces grata non eſt; ſecunda habet ſacrilegium.*

229 *De materia furtorum, & quid furti nomine intelligatur, & de Chriſtianæ pietatis officio, ex Catechiſmo.*

DISTINCT. IIII.

230 *Qui ſemper peccat, cæleſtis ſacramenti medicinam ſemper accipiat.*

231 *Saltim ter homines communicent, in Paſcha, Pentecoſte, & Natali Domini.*

232 *Quanuis quis peccato mordeatur; ſi uoluntatem peccandi non habet, poteſt accedere intrepidus.*

233 *Etiam in cœna Domini ſacra communio accipi debet.*

234 *Pœna eorum, qui per ebrietatem euchariſtiam euomerint, laicorum, & clericorum.*

235 *Pœnitentibus publicè quinta feria ante Paſcha, & remittenda eſt, iudicio tamen Sacerdotis multis conſideratis.*

236 *De eo, qui pœnitentiam petit, & perijt, dum Sacerdos venit.*

De

De pœnitentia deneganda.

237 *Reus eſt animarum Presbyter, qui pœnitentiam, morientibus abnegat, dicente Domino, quacunque die conuerſus fuerint peccator, uita uiuet, & non morietur.*

238 *De pœnitentia ab infirmis in periculo mortis: & effectus ſi à periculo conualuerint.*

239 *De iis, qui pœnitentiam publicam egerunt, quia ordinarij inſpiciunt loca tempora religionis illorum.*

240 *Pœnitentibus tempora decernuntur arbitrio Epiſcopi.*

241 *Pœnitentes publicè die Dominico non ieiunant.*

242 *Suſcipi debet pœnitens ex toto corde, & cum gaudio.*

243 *Venientibus ad pœnitentiam graue pondus non imponatur: & melius eſt modicam pœnitentiam imponere, & propter miſericordiam rationem reddere, quam propter crudelitatem.*

244 *Petrus poſt culpam negationis diſpenſatione magnæ pietatis Princeps Apoſtolorum eſt conſtitutus: ut diſceret: qualiter aliis miſereri debuiſſet.*

245 *In pœnitentia quæ conſiderare peccatorem oporteat.*

246 *De fornicante, quid oporteat fornicantem ſecundum excellentiam ſui ſtatus pœnitere.*

247 *Defleat peccator, quia offendens in uno factus ſit omnium reus.*

248 *Peccator deflere debet animam proximi: quam Deo fornicator eripuit.*

249 *Timere debet peccator, ne omnia bona, quæ fecit, in uno peccato amittant.*

250 *De omnibus peccatis fornicator dolens relinquat omnia, quæ ſine mali admixtione non adminiſtrantur.*

251 *Semper deprecetur Deum certus de uenia, abſtineat ſe à multis licitis, qui commiſit illicita.*

252 *In eleemoſina conſiderandum non eſt quantum, ſed qua mente, qua affectione det, quod poteſt. & qui uult temporalium oblatione peccata redimere, prius debet offere mentem.*

253 *Non eſt diuidenda confeſſio.*

254 *Pœnitentia delectat; ſi conſcientia bona conſortat.*

255 *Fructus digni pœnitētia animam captiuam in libertate ſument.*

256 *Negotia licita poſt conuerſionem licitè exercentur.*

257 *Qui ex confeſſione vult veniam peccatorum, quærat Sacerdotem ſcientem ligare, & ſoluere.*

258 *De confeſſione in caſu neceſſitatis.*

259 *Peccator ſit in eccleſia, vt vnitas eccleſiæ ſuccurrat.*

260 *De qualitate, & bonitate Sacerdotis.: & qui alios alligant, deberent in ſe timere crimen, quod in aliis cenſuerunt deteſtabile.*

261 *De officio ſpiritualis Iudicis, & illius cautione.*

262 *Caueat Sacerdos, ne corruat; quia etſi pœnitētia gratiam acquirere poſſit; tamen ſtatum non reſtituitur in poteſtatem primam.*

263 *Pontifex iuſtus non cogitur ſuos ſacerdotes ſemper abiicere, nec mox reſtituere.*

264 *Tempus pœnitētiæ eſt vſque ad ultimum articulum vitæ, ſed periculosè.*

265 *Nemo expectet a peccatis relinqui.*

266 *De pœnitentia latronis.*

267 *Oportet pœnitentiam fructificare; vt vitam mortuæ impetret.*

268 *Peccator conuerſus vita viuet non tantum verſus; & timendum eſt de pœnitente ſerò.*

269 *De pœna purgatorij grauiſſima.*

270 *Mali faciunt aliqua bona; nec turbari debemus; ſi mali aliqua bona recipiant.*

271 *De prædeſtinatione.*

272 *Cum legitur, aliquos a Deo aut traditos deſideriis ſuis, aut obduratos, hæc ipſos meruiſſe profitemur.*

273 *Prædeſtinatio ſemper in bono eſt.*

274 *Prædeſtinatio neceſſitatem non facit.*

275 *Duæ ſunt neceſſitates.*

276 *Quare Tiriis, & Sydoniis non fuerit prædicatum.*

277 *An peccata dimiſſa redeant, longus diſcurſus.*

278 *Gratia Dei remittuntur peccata, & adiutorium datur, committantur.*

FINIS.

COMPENDIVM IVRIS CANONICI.

OMISSIS DVPLICIBVS, ET EVACVATIS A CONSTITVTIOnibus Rom. Pont. à Concilio Tridentino, & à Catechiſmo.

AVCTORE FRANCISCO GRATIANO DE GARZATORIB. I. C. ET CANONICO VINCENTINO.

PARS PRIMA.

Diſt. I. De iure humano.
II. De traditionibus Apoſtolicis.
III. De Sacroſanctis Conciliis.
Diſt. IIII. De Sacramentis Eccleſiæ.
V. De ritibus eccleſiaſticis.
VI. De Sede Apoſtolica.

DISTINCTIO PRIMA.

DE IVRE HVMANO.

1 HVMANVM genus duobus regitur, naturali videlicet iure, & moribus. Ius naturale eſt, quod in lege, & in Euangelio continetur, quo quiſque iubetur, alii facere, quod ſibi vult fieri, & prohibetur, alii inferre, quod ſibi nolit fieri, vnde Chriſtus in Euangelio; omnia, quæcunque vultis vt faciant vobis homines, & vos eadem facite illis: hæc enim eſt lex, & Prophetæ. diſtinct. 1. cap. 1.

Iſid. Omnes leges, aut diuinæ ſunt, aut humanæ; diuinæ natura, humanę moribus cõſtant, ideoque hæ diſcrepant; quoniam aliæ aliis gentibus placent. Fas lex diuina eſt, ius, lex humana; tranſire per agrum alienum, fas eſt, ius non eſt, dicta diſtinct. 1. cap. 2. in princip.

Idem. Ex verbis huius auctoritatis euidenter datur intelligi, in quo differant lex diuina, & humana: cum omne, quod fas eſt, nomine diuinæ, vel naturalis legis accipiatur: nomina verò legis humanæ, mores iure conſcripti, & traditi intelligantur, d. c. 2. §. ex verbis.

DE IVRE SCRIPTO, ET NON SCRIPTO.

2 EST autem ius generale nomẽ: multas ſub ſe continens ſpecies, d. c. 2. in fi.

Ius generale nomen eſt; lex autem iuris eſt ſpecies; ius autem dictum eſt, quia iuſtum eſt: omne autem ius legibus, & moribus conſtat: ead. diſt. 1. c. Ius naturale. *Idem.*

Lex eſt conſtitutio ſcripta, diſt. 1. c. lex eſt.

Mos eſt longa conſuetudo, de morib. tãtummodo tract. diſt. 1. c. mos eſt.

Conſuetudo autem eſt ius quoddam moribus inſtitutum, quod pro lege ſuſcipitur: cum deficit lex. Nec differt, an ſcriptura, an ratione conſiſtat, quoniam & legem ratio commendat. Porrò ſi ratione lex cõſiſtat, lex erit; omne iam, quod & ratione conſiſtit duntaxat; quod religioni conueniat, quod diſciplinæ congruat, quod ſaluti proficiat; vocatur autem cõſuetudo, quod in communi eſt vſu; cum itaque dicitur, non differt, vtrum conſuetudo ſcri-

ptura, an ratione conſiſtat; apparet, quòd cõſuetudo eſt partim redacta in ſcriptis, partim morib. tantum vtentium eſt reſeruata. Quæ in ſcriptis redacta eſt, conſtitutio, ſiue ius vocatur, quæ verò in ſcriptis redacta nõ eſt, generali noĩe conſuetudo videlicet appellatur. diſ. 1. c. conſuetudo.

DE IVRE NATVRALI GENTIVM, ET CIVILI.

3 Ivs autem, aut naturale eſt, aut ciuile, aut gentium, diſt. 1. c. ius autem.

Iſid. Ius naturale eſt, commune omnium nationum, eo quòd vbique inſtinctu naturæ, non conſtitutione habetur aliqua, vt viri, & fœminæ coniunctio, liberorum ſucceſsio, & puerorum educatio, communis omnium poſſeſsio, & omnium vna libertas; acquiſitio eorum, quæ cœlo, terra, mariq; capiuntur; item depoſitæ rei, vel cõmodatæ pecuniæ reſtitutio, violentię per vim repulſio; nam hoc, aut ſi quid huic ſimile eſt, nunquam iniuſtum, ſed naturale, æquumq́ue habetur, diſtinct. prima, cap. Ius naturale.

Ius ciuile eſt, quod quiſque populus, vel ciuitas ſibi proprium diuina humanaq́ue cauſa, conſtituit, diſt. prima, c. Ius ciuile.

Ius gentium eſt ſedium occupatio; ædificatio, munitio, bella, captiuitates, ſeruitutes, poſtliminia, fœdera pacis, induciæ, legatorum non violandorum religio, cõnubia inter alienigenas prohibita. Hoc inde, Ius gentium appellatur, quia eo iure omnes ferè gentes vtuntur, diſtin. prima, cap. Ius gentium.

DE IVRE MILITARI.

4 Ivs militare eſt belli inferendi ſolemnitas, fœderis faciendi nexus, cigno dato egreſsio in hoſtem, vel pugnæ commiſſio, Item ſigno dato receptio, Item flagitii militaris diſciplina, ſi locus deſeratur, Itẽ ſtipendiorum modus, dignitatũ gradus, præmiorum honor, veluti cum corona, vel torques donatur, Item prædæ deciſio, & pro perſonarum qualitatibus, & laboribus iuſta diuiſio, ac Principis portio; diſtin. prima, cap. Ius militare.

DE IVRE PVBLICO.

5 Ivs publicum eſt in ſacris, in ſacerdotibus, & Magiſtratibus, diſtin. eadem, cap. Ius publicum.

DE IVRE QVIRITVM.

6 Ivs Quiritum eſt propriè Romanorum, quod nulli teneãt niſi Quirites, ideſt Romani, in quo agitur de legitimis hæreditatibus, vel curationibus, uel de contractibus, de Tutelis, de vſucapionibus, quæ iura apud nullum alium populum reperiuntur, ſed propria ſunt Romanorum, & inter eos ſolos conſtituta diſt. prima, c. fi.

Conſtat aut Ius Quiritum ex legibus, & plebiſcitis, & ſenatuſconſultis, & conſtitutionibus Principum, ex Edictis ſenatorum, ſiue reſponſis Prudentum. diſtinct. ſecunda, cap. primo.

Lex eſt conſtitutio populi, qua maiores natu ſimul cum plebibus aliquid ſanxerunt, diſtinct. 2. cap. 2.

Plebiſcita ſunt, quæ plebes tantum conſtituerunt, & vocantur plebiſcita, eo quòd ea plebs ſciat, vel ſciſcitatur, & rogat, ut fiat, diſtin. 2. cap. 3.

Senatuſconſultum eſt, quod tantum ſenatores populis conſulendo decernunt, diſt. 2. cap. 4.

Conſtitutio, vel edictum eſt, quod tantum Rex, uel Imperator conſtituit; vel edidit, diſtin. 2. cap. conſtitutio.

Reſponſa Prudentum ſunt, quæ iuriſconſulti reſpondere dicuntur conſulentibus, diſtin. 2. cap. reſponſa.

Quædam etiam leges dicuntur ab iis, qui eas condiderunt, ut, Conſulares, Tribunitiæ, Iuliæ, Corneliæ, Falcidia. diſtin. 2. cap. quædam.

Satyra verò lex eſt, quæ de pluribus ſimul rebus loquitur, dicta quidẽ à copia rerum, & quaſi à ſaturitate, vnde & ſatyram ſcribere eſt poemata uaria condere, vt Oratii, Iuuenalis, & Perſii, diſt. 2. cap. ſatyra.

Rhodiæ leges Naualium comerciorũ ſunt, ab Inſula Rhodo cognominatæ, in qua antiquitus mercatorum vſus fuit, diſtin. 2. c. fina.

DE

DE IVRE CANONICO.

Iſid. 7 OMNES hæ ſpecies ſeculariũ legum partes ſunt; ſed quia Conſtitutionum, alia eſt ciuilis, alia Eccleſiaſtica: ciuilis verò forenſe, vel ciuile Ius appellatur, quo nomine Eccleſiaſtica conſtitutio appelletur videamus. Canonis itaque nomine ſenſetur, canon græcè, latinè Regula nuncupatur, diſt.3.cap.1.& 2.

Iſidor. Regula dicta eſt, eò quòd rectè ducit, nec aliquem aliorſum trahit; alii verò dixerunt, regulam dictam, vel quod regat, vel quòd normam rectè & bene viuendi præbeat, vel quòd diſtortum, prauũque corrigat, diſt.3.c.regula.

Hæc quidem de generalibus regulis intelligenda ſunt, ſed ſunt, quædam priuatæ leges, tam eccleſiaſticæ, quam ſeculares, quæ Priuilegia appellantur; d.cap.Regula, §.Hæc quidem.

Priuilegia ſunt leges Priuatorum, quaſi priuatæ leges: nam priuilegium dictum eſt, eo quòd in priuato feratur, diſtin.3.cap. Priuilegia. in principio.

Canonum ſtatuta cuſtodiãtur ab omnibus, & nemo in actionibus, vel iudiciis Eccleſiaſticis ſuo ſenſu, ſed eorum authoritate ducatur; de conſtitut. cap.1.in Decret.

Quoties nouum quid ſtatuitur, ita ſolet futuris formam imponere, vt diſpendiis præterita non commendet, ne detrimẽtum ante prohibitionem poſsint ignorantes incurrere, quod eos poſtmodum dignũ eſt vetitos ſuſtinere.cap.2.eodem.

Quoniã conſtitutio Apoſtolicæ ſedis omnes adſtringit, & nihil debet obſcurum, vel ambiguum continere, declaratur conſtitutionem ipſam, non ad præterita, ſed ad futura tantùm eſtendi, cum leges, & conſtitutiones futuris certum ſit dare formam negociis, non ad præterita facta trahi; niſi nominatim in eis de præteritis caueatur; de conſtitut.cap.finali.

DE OFFICIIS, ET VIRTVTE LEGVM.

Iſid. 8 OMNIS autẽ lex, aut permittit aliquid: vt vir fortis petat præmium, aut vetat; vt ſacrarum Virginum nuptias nulli petere liceat, aut punit; ut qui cædem fecerit capite plectatur; eius enim præmio, aut pœna vita moderatur humana. Diuina autem præcipit, vt diliges Dominum Deũ tuum, diſt.3.cap.finali.

Iſid. Factæ autem ſunt leges, vt earum metu, humana coarceatur audacia, tutaq; ſit inter improbos innocentia & in ipſis improbis formidato ſupplicio refrenetur audacia, & nocendi facultas, diſt.4.cap.2.

Idem Erit autem lex honeſta, iuſta, poſsibilis, ſecundùm naturam & ſecundùm conſuetudinem patriæ, loco temporique conueniens neceſſaria, & utilis, manifeſta quoque, nè aliquid per obſcuritatem incautũ captione contineat, nullo priuato commodo, ſed pro communi ciuium utilitate conſcripta, diſt. 4. cap. Erit autem lex.

Aug. In iſtis autem temporalib. legib. quanquã de his homines iudicent, cũ eas inſtituũt, tamen cum fuerint inſtitutæ, & firmatæ non licebit Iudici de ipſis iudicare, ſed ſecundùm ipſas iudicabit; diſt.4.c.In iſtis.

Leges autem Inſtituuntur, cum promulgantur, firmantur, cum moribus utentium approbãtur. Sicut enim moribus utentium in cõtrarium nonnullæ leges hodie abrogatæ ſunt, ita moribus utentium ipſæ leges confirmantur.d.c.In iſtis. §. leges autem inſtituuntur.

DE IVRE NATVRALI.

9 HAEC, quæ de priuilegiis, & cæteris infra poſitis ſcripta ſunt, tã ſecularibus, quàm eccleſiaſticis legibus conueniunt, nunc autem ad doctrinam naturalis iuris, & cæterorum reuertamur. Naturale ius inter omnia primatum obtinet, Tempore, & dignitate, cœpit enim ab exordio rationalis creaturæ, nam neque uariatur tempore, ſed immutabile ſemper permanet, diſt.5.cap.1.in principio.

10 Et iſtud naturale ius poteſt etiam intelligi naturalis ratio, propter quod ex cognitione naturali data hominibus poterant cognoſcere unum ſolum Deum verum latria colendum, vt dixit Diuus Paulus in Epiſt.ad Rom.cap.1.ibi, qui cum cognouiſſent, ſcilicet gentiles, Deum per naturalem rationem non ſicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt; quia ſi hoc

feciſſent, tanquàm de bonis naturalibus Deo grati dediſſet eis cognitionem ſui ſupernaturalem, quam neceſſarium eſt habere ad ſalutem, vt declarat gloſſa ibidem; & eſt exemplum in Iob, qui fuit gentilis, & contemporaneus Moyſi circa annum mundi 3514. vt dicitur in faſciculo temporum poſt Auguſtinum lib. 18. de ciuitate Dei. Ac etiam fuerunt multi iuſti non nominati; quia ex dictis Auguſtini de ciuitate Dei, lib. 16. poſt benedictionē filiorum Noe vſque ad Abraam nulla fit mentio aliquorum iuſtorum: nec eos tamen deffuiſſe credendum eſt, ſed ſi omnes commemorarentur, nimis longum fuiſſet, & eſſet hæc magis hiſtorica diligētia, quam profectica prouidentia, vt refertur etiam in eodem faſciculo in anno mundi 2244.

11 Iacobus de Valētia in proœmio pſalmorum, tract. 6. in princ. tenet. Noe habuiſſe literas, & habitaſſe in Caldea, & docuiſſe Aſtronomiam, & artes Mathematicas, ac naturalem Philoſophiam, poſtea docuiſſe Caldeos, Arabes, & Phœnices; Arabes autem docuiſſe Aegyptios & Ethiopes; ac Phœnices docuiſſe Græcos; Græcos autem Latinos, & Sarmates. Sed in operibus Clementis Alexandrini lib. 1. ſtromatūm, dicitur de Moyſe. Eupolemus autem in lib. de Iudeæ Regibus dicit, Moyſem primum fuiſſe ſapientem, & grammaticā primum tradidiſſe Iudæis, & Phœnices accepiſſe a Iudæis, Græcos autem à Phœnicibus.

12 Ante diuiſionem linguarum, quæ facta eſt in campo Sennar fuiſſe linguam humanam habetur in faſciculo temporum anno mundi 2559. Et fuiſſe numerum linguarum ſecundum numerum generationum, videlicet ſeptuaginta, quanuis auctus ſit numerus gētium multò amplius, quàm linguarum, nam in una lingua plures gentes nouimus.

13 In eodem faſciculo temporum eodem anno 2559. refertur, nobilitatem fuiſſe introductam plurib. de cauſis. Prima: quia creſcente genere humano, & cum homines ad malum eſſent proni, oportuit prohibere inſultus prauorum aduerſus bonos, & ideo eligebatur aliquis vir bonus, iuſtior cæteris, atque prudētior, qui communitati præſideret, virtuoſos promoueret, mediocres defenderet, & malos coerceret; & hic dictus eſt nobilis, quaſi præaliis virtute notabilis. Secunda cauſa fuit ignorantia plebis; quia licet inter ſe pacatè viuerent, tamē rectum iudicium ignorabant, vnde expediebat pro eorum pace conſeruanda, vt ex notabilibus nobilium Principes haberent. Tertia cauſa proceſſit ex aliqua fortitudine ſingulari: nam qui patriam liberaret ab inſultibus, ius nobilitatis pro ſe, & hæredibus haberet, quomodo plures nobilitati leguntur. Quarta cauſa ex abundantia diuitiarum; quandoque enim pauperes ſe ſuaque diuitibus dedebant; quò malum inopiæ vitarent.

14 Item anno mundi 3234. incœpit illa dulcis, & deuota hiſtoria Patriarcharum noſtrorum, qui verum Deum coluerunt, & colendo prædicauerunt, & eodem tempore anno Abraæ 75. de m^ca. gloria ſummi Dei elapſum eſt uerbum miſericordię ſuper genus humanum: quia tunc cœperunt oracula promiſſionum Dei apparere.

Durauit hoc ius naturale vſque ad annum mundi 3688. nā eodem tempore fuit data lex in Monte Sinà.

DIFFERENTIA IVRIS NATVRALIS A CONSVETVDINE.

15 Differt autem ius naturale a conſuetudine, & conſtitutione; nam iure naturali, òmnia ſunt communia omnib. quod non ſolum inter eos ſeruatū creditur, de quibus legitur; Mvltitvdinis credentivm erat cor vnvm, et anima vna &c. Verùm etiam ex præcedenti tempore a Philoſophis traditum inuenitur. Vnde apud Platonem illa ciuitas iuſtiſſimè ordinata traditur, in qua quiſque proprios neſcit affectus, iure ergo conſuetudinis, vel conſtitutionis hoc meum eſt, illud uerò alterius, diſtinct. 8. c. 1.

16 Quia Domini e ſt terra, & plenitudo eius, *Aug.* & iure humano dicitur, hęc villa mea eſt, nam

nam Deus diſtribuit humano generi ipſa iura humana per Imperatores & Rectores ſeculi. Vnde non poteſt dici, quid mihi, & Regi? quia Apoſtolus voluit ſeruiri omnibus Regibus, & poſſesſiones per iura Regum poſſidentur, & qui dicit, quid mihi, & Regi? non poteſt dicere poſſesſiones ſuas; quia ipſa iura renunciat humana, quibus poſſesſiones poſſidentur; diſt. 8. c. quo iure.

17 Ius verò naturale dignitate ſimiliter præualet conſuetudini, & conſtitutionib. quęcunque enim vel moribus recepta ſunt, vel ſcriptura comprehenſa, ſi naturali iuri fuerint aduerſa, uana & irrita habenda ſunt, d. c. quo iure §. dignitate.

Aug. 18 Item aduerſus naturale ius nulli quidquam agere licet; ſed cum Deus aliquid contra morem, vel contra pactum iubet fieri, & ſi nunquam factum eſt: tamen faciendum eſt; & ſi omiſſum eſt, reſtaurandum eſt, & ſi ſtatutum non eſt, inſtituendum eſt: quia ſi Regi, qui iubet aliquid fieri, quod nuſquā iuſſerat, obtemperatur; quia generale pactum eſt ſocietatis humanæ, obtemperare Regibus ſuis; quanto magis Deo regnatori uniuerſæ creaturæ ſuæ ad ea, quæ iuſſerat, ſine dubitatione ſeruiendum eſt? diſtin. 8. cap. quæ contra mores.

DE CONSVETVDINE.

Nic. pp. 19 CONSVETVDO pernitioſa radicitus eſt euellenda; quia niſi citius radicitus euellatur, ab impiis in priuilegiorum ius aſſumitur, & variæ præſumptiones incipiunt pro legibus venerari, & priuilegiorum more ſeruari, diſtinct. 8. cap. mala autem conſuetudo.

Conſuetudo igitur veritati, & rationi poſtponenda eſt. diſt. 8. c. veritate.

Nam conſuetudo ſine veritate vetuſtas erroris eſt; c. conſuetudo. ibi. Nam & conſuetudo, ead. diſt.

Aug. Et liquido conſtat, conſuetudinem naturali iuri poſtponi. diſt. 8. c. ſi. in fin.

20 Conſuetudines, quæ eccleſiis grauamen inducunt, remittuntur, de conſuetudine. c. 1. in Decretal.

21 Qui legibus Imperatorum, quæ pro Dei veritate feruntur, obtemperare nō vult; quia ſint contra Dei voluntatem, acquirit grande præmium; nam a temporibus Profetarum omnes Reges culpantur, qui populo Dei non prohibuerunt, nec euerterunt, quæ contra Dei præcepta fuerint inſtituta, & qui prohibuerunt, & euerterunt, laudantur, & Rex Nabucdonoſor cum ſeruus eſſet Idolorum, cōſtituit ſacrilegam legem, vt ſimulacrum adorantur, & tamen, qui obedire noluerunt, piè, fideliterque fecerunt. Et idem Rex diuino correptus miraculo piam, & laudabilem conſtituit legem: vt quicunque diceret blaſphemiam in Deum Sidrac, Miſac, & Abdenago, cum domo ſua penitus interriret, diſt. 9. cap. Imperatores. Aug.

IVS CIVILE NON SERVATVR CONTRA EVANGELIVM, & Canones.

CONSTITVTIONES verò Principum Eccleſiaſticis conſtitutionibus non præeminent, ſed obſequuntur. diſt. 10. cap. 1.

Legi Imperatorum vtendum non eſt, cum inueniuntur Euangelicę & catholicæ ſanctioni obuiare, ſicuti lex humana conceſſit coniugia diſſolui, quod lex diuina prohibuit, & hæc ſeruatur. diſt. 10. cap. legi Imperatorum. Nam Imperium ſuis reipub. quotidianis adminiſtrationibus debet eſſe contentum, non uſurpare, quæ ſacerdotibus Domini ſolum conueniunt; ead. diſt. cap. Imperium. Nic. pp.

IMPERATORES PONTIFICIBVS INDIGENT, ET E CONTRA.

IMPERATORES Chriſtiani pro æterna vita, Pontificibus indigent, & Pontifices pro curſu tantum rerum Temporalium Imperialibus legibus debent uti, quatenus ſpiritualis actio à carnalibus diſtaret incurſibus, & Deo militans ſecularibus negociis non ſe implicaret. Ac viciſſim, ne ille rebus diuinis præſidere videretur, qui eſſet ſecularibus negociis implicatus diſt. 10. cap. Quoniam idem. Greg.

LEGES IMPERATORVM, ET PONTIFICVM SERVANDAE ſunt.

Ioan. vij. Et ideo leges Imperatorũ, & Pontificum irrefragabiliter cuſtodiendæ, & conſeruandæ ſunt.diſtinct.10.cap.de capitulis. Nam quicquid cõtra leges accipitur per leges diſſolui meretur.cap.vides filii. eadem diſtinct.

Gelaſius Et nemo dicit leges Principum, aut regulas patrum, aut admonitiones paternas debere contemni, niſi qui exiſtimet impuni tum ſibi tantum tranſire commiſſum, diſ. 10.c.quis autem.

Hier. Immo illis incipient apud Deum præmia maiora committi, qui apud carnales Dominos in minimis fideles fuerint: nam quomodo poteſt quis eſſe fidelis in ſubſtantia Dei, qui carnali Domino fidem exhibere non potuit, c.ſi apud 23.q.5.

Amb. Abraham, qui dixit Regi Sodomorum, nihil ſummam abſte, quamuis eſſet victor, docet militarem diſciplinam requirere, vt Regi ſeruentur omnia.c.dicat aliquis. ead.quæſt.5.

Leo. IV. Vnde Romana lex ſicut nõ reminiſcitur eſſe corrupta, ita & nunc ſuam robur, propriamque vigorem obtineat.diſt.10.cap. ſi.Et ſimiliter lex, & ratio uincit prauum uſum.diſt.xi.c.vſus.

24 Quia cum tanto ſint grauiora peccata, quanto diutius infœlicem animam detinent alligatam: nemo ſanæ mentis intelligit (cuius tranſgresſio periculum ſalutis inducit) quacunque conſuetudine, (quæ dicenda eſt verius in hac parte corruptela) poſſe aliquatenus derogari: licet.n.longeuę conſuetudinis non ſit vilis authoritas, non tamen eſt vſque adeo valitura, vt vel iure poſitiuo debeat præiudiciũ generare, niſi fuerit rationabilis, & legitimè ſit præſcripta; de cõſuet.c.fi.& diſt.xi. c.conſuetudinis.

Cum conſuetudinis, vſusque longeui nõ ſit leuis authoritas, & plerũque diſcordiam pariant nouitates, inhibetur capitulo, ne abſque epiſcopi conſenſu immutet eccleſiæ cõſtitutionẽ & cõſuetudines approbatas, vel nouas ẽt inducat, de cõſuetud. c.9.

DE AVCTORITATE SCRIPTVRAE CANONICAE.

25 In ſcripturis canonicis, ſi quid videatur ueritati contrarium, exiſtimãdum eſt codicem eſſe mendoſum, vel verum intellectum non eſſe datum, & alii libri legũtur, vt quantalibet ſanctitate, quãtave doctrina polleant, non ideo verum putandum eſt: quia ita ipſi cenſerint; ſed quia per canonicas uel probabiles rationes, quòd à vero non abhorret, perſuadere potuerunt, diſt.9.c.ego ſolis. *Hier.*

Sed nihil authoritatis remanebit canonicis ſcripturis, ſi ad eas mendacia fuerint admiſſa, diſt.9.c.ſi ad ſcripturas. *Idem.*

26 Sacra ſcriptura canonica litteris omniũ epiſcoporum præponitur, c.quis neſciat. ead.diſt. Immo ſcripta epiſcoporum non ſic leguntur, vt ex eis teſtimonium proferatur, & contra ſentire non liceat.ca. noli frater.ead.diſt. Nam improbãtur, ſi aliter ſenſerint, quã veritas habet diuino adiutorio. Et tales debemus eſſe in ſcripta aliorum, quales volumus eſſe intellectores noſtrorum. diſt.9.c.nec quorumlibet. *Idem.*

DIVINAE VOLVNTATI SEV CANONICAE SCRIPTVRAE contraria etiam iuri naturali aduerſantur.

27 Cvm ergo in naturali iure nihil aliud præcipiatur, quàm quod Deus vult fieri, nihilque aliud vetetur, quàm quod Deus prohibet fieri, denique cum in canonica ſcriptura nihil aliud, quã de diuinis ſcripturis, & legibus inueniatur, diuinę verò leges natura conſiſtunt, patet, quòd quæcunque diuinæ voluntati, ſeu canonicæ ſcripturæ contraria probantur, eadem ẽt naturali iuri inueniuntur aduerſa. Vnde quæcunque diuinæ voluntati, ſeu canonicæ ſcripturæ, ſeu diuinis legib. poſtponenda cenſentur, eiſdem naturale ius præferri oportet. *Idem.*

Cõſtitutiones ergo, vel eccleſiaſticæ, vel ſeculares, ſi naturali iuri contraria probantur, penitus ſunt excludendæ cap. fin. 9. diſtinct.

DE DECRETALIBVS EPISTOLIS.

28 De decretalib. epiſtolis tractatur in 19. diſt.ſed hæc materia eſt ſuperflua; quia libri Decretalium exſtãt,& vbique authoritatem habent.

DE EXPOSITORIBVS SACRAE SCRIPTVRAE.

29 Cvm decretales Epiſtolæ canonib. conciliorum pari iure exequantur, dubitatũ fuit de expoſitoribus ſacræ ſcripturæ, an exequentur, aut ſubiiciãtur eis, ideſt, Epiſtolis decretalibus; quia nonnullorum Pontificum conſtitutis videtur dicta Auguſtini,& Hieronymi atque aliorum eſſe præferenda, ſed reſpondetur, aliud eſſe cauſis terminum imponere, aliud ſcripturas ſacras diligẽter exponere; nam in negociis definiendis, non ſolùm neceſſaria eſt ſciẽtia, ſed etiam poteſtas. Vnde Chriſtus dicturus Petro, quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis,&c. Prius dedit ſibi claues regni cœlorum: in altera dedit ei ſcientiam diſcernẽdi inter lepram,& lepram; in altera dans ſibi poteſtatem eiiciendi aliquos ab eccleſia, vel recipiendi; Cum ergo quælibet negocia finem accipiant, vel in abſolutione Innocentium, vel in condemnatione delinquentium; abſolutio verò, vel condemnatio, non ſcientiam tãtùm, ſed etiam poteſtatem præſidentium deſiderent, apparet, quòd diuinarum tractatores ſcripturarum, & ſi ſcientia Pontificibus præemineant; tamen, quia dignitatis eorum apicem nõ ſunt adepti, in ſacrarum quidem ſcripturarum expoſitionibus eis præponuntur, in cauſis verò definiendis ſecundum poſt eos locum merentur. diſt. 20. cap. 1.

VNDE SVMENDA INTERPRETATIO.

30 De quibus cauſis, nulla ſoluendi, ligandique authoritas in libris veteris, & noui Teſtamenti, & quatuor Euãgeliorum cum totis ſcriptis Apoſtolorũ appareat, à diuina recurrite ſcripta Græca; ſi, nec in illis, ad catholicæ eccleſiæ hiſtorias catholicas à Doctoribus catholicis ſcriptas manum mittite; Si nec in illis, ſanctorum exempla perſpicaciter recordamini; quòd ſi omnibus his inſpectis huius quæſtionis qualitas non lucidè inueſtigatur; ſeniores prouinciæ congregate, & eos interrogatæ; facilius nanque inuenitur, quod à pluribus ſenioribus quæritur; verus etiam id promiſſor Dominus ait, ſi duo ex uobis, vel tres, conueniunt ſuper terram in nomine meo, de omni re, quancunque petierint, fiet illis à patre meo, diſt. 20. c. ſi. Innoc. PP.

Et prudentiæ ſuæ innititur, qui ea, quæ ſibi agenda, vel dicenda videntur, patrum decretis præponit. c. 5. de conſtit.

DISTINCTIO PRIMAE FINIS.

DE TRADITIONIBVS APOSTOIICIS.

DISTINCTIO SECVNDA.

Aug. 31 ECCLESIASTICARVM inſtitutionum quaſdã in ſcriptis, quaſdam verò Apoſtolica traditione per ſucceſſores in miniſterio confirmatas accepimus: quaſdam verò conſuetudine roboratas approbauit vſus, quibus par ritus,& idem vtriuſque pietatis debetur effectus. Vnde quis, vel quãtulum ſacrarum ſcripturarum expertus heſitauerit? Si enim attenderimus conſuetudines eccleſiæ, non per ſcripturas à patrib. traditas, nihili æſtimare, quantum religio detrimenti ſit latura, inten-

intentiuè inſpicientibus,liquidò conſtabit.cap.eccleſiaſticarum.xi.diſt. in prin.

DE CANONE MISSAE.

32 Qvae enim (vt inde exordiamur) ſcriptura ſalutiferæ Crucis ſignaculo fideles docuit inſigniri? vel quæ trifariam digeſta ſuper panem,& calicem prolixæ orationis,vel conſecrationis verba commẽdauit?Nam non modò quod in Euangelio continetur,vel ab Apoſtolo,quod eſt inſertum ſecretis dicimus,ſed & alia plura adiicimus magnam quaſi vim commẽdantia myſteriis.Quæ orientẽ verſus nos litterarum forma orare docuit?d.c.eccleſiaſticarum.§.quæ enim.

DE CERIMONIIS IN BAPTISMO.

33 Benedicimvs fontem baptiſmatis oleo vnctionis,accedit,quòd ter oleo inungimus,quos baptizamus verbis abrenuntiare ſatanæ, & Angelis eius informamus.Vnde & hæc & alia in hunc modum non pauca niſi tacita ac miſtica traditione à patribus e ccleſiaſtico more,ac reuerentiori diligentia ſunt in myſteriis obſeruatæ magis ſilentio quàm publicata reſcripto.diſt.xi.c.eccleſiaſt.

Aug. Et ideo in his rebus,de quibus nihil certi ſtatuit diuina ſcriptura,mos populi Dei, & inſtituta maiorum pro lege tenẽda ſunt; & ſicut præuaricatores diuinarum legum ita contemptores eccleſiaſticarum conſuetudinum coercendi ſunt.c.in his reb. eadem diſt.

TRADITIO DE MISSA.

Sexta ſynodus. 34 Est etiam quædam traditio id,quod dicitur de miſſa videlicet Iacobum fratrem Domini ſecundùm carnem, cui primum credita eſt Hieroſolymitana eccleſia, & Baſilium Cæſarienſem Epiſcopum, cuius claritas per totum orbem in ſcripturis refulſit, addidiſſe nobis miſſæ celebrationem. c.Iacobus.de conſecr.diſt.1.

TRADITIO, QVOD IEIVNI ACCIPIANT COMMVNIONEM.

35 Item quanuis Apoſtoli non ieiuni acceperint corpus & ſanguinem Domini; tamen non eſt calumniandum vniuerſæ eccleſiæ ſtatutum,quòd a ieiunis tantùm accipiatur; ex hoc enim placuit Spiritui-ſancto; vt in honorem tanti ſacramenti, prius in os chriſtiani dominicum corpus intraret;quam cæteri cibi.c.liquidò apparet.de conſecr.diſt.2. Idem

DE AQVA IN VINO MITTENDA IN SACRIFICIO.

36 Item in calicem mittitur uinũ,& aqua; quanuis Melchiſedech panem, & uinum obtulerit; quia exiuit ex latere Chriſti ſãguis,& aqua.c.in calicem.ea.diſt.2. Amb.

ALIA DE TRADITIONIBVS EX PETRO CANISIO.

37 Alia digna de his traditionibus habẽtur in Catechiſmo Petri Caniſii intitulato, Summa Doctrinæ Chriſtianæ, titulo de præceptis eccleſiæ,vbi docet, quæ ſint obſeruandæ,quæ ſint ipſæ traditiones, & quæ ſit pœna iis, qui traditiones repudiant,a c.1.per totum 8.

DE CANONIBVS APOSTOLORVM.

38 Placvit huic Sanctæ Synodo(videlicet Sexta generali)ut amodo confirmata rata ſint canonum Apoſtolorum capitula 85.& cum Adrianus Papa ſextam ſynodum ſuſcipiat cum omnibus canonib. ſuis,ac etiam ſancta octo uniuerſalia cõcilia profesſione Romani Pontificis ſint roborata,& in ſexta ſynodo, ſiue in ſeptima Apoſtolorum canones ſint recepti,& approbati, patet, quòd non ſunt inter apocrypha deputandi. diſtinct. 16. cap. placuit. Sexta ſynodus.

Dicitur autem 6. ſiue 7. propterea quia ſexta fuit congregata ſub Conſtantino contra illos,qui dicebant unam operationẽ, & unam Sexta ſynodus.

& vnam volũtatem eſſe in Chriſto, & ſoluta fuit anno 14.Conſtantini, & nullos canones conſtituit:ſed poſt quatuor, aut quinque annos iidem ſancti Patres congregati ſunt ſub Iuſtiniano filio Conſtantini,& promulgauerunt canones,quæ dicuntur ſextæ Synodi, quanuis alio reſpectu poſſint eſſe ſeptimæ.c.habeo librum. 16.diſt.Nam patres congregati ſub Iuſtiniano dixerunt. Placuit huic Sanctæ Synodo,vt amodo cõfirmata & rata ſint canonum Apoſtolorum 85.capitula.c. quoniam ſanctæ.ead.diſt.

DISTINCT. SECVNDAE FINIS.

DE SACROSANCTIS CONCILIIS.

DISTINCTIO TERTIA.

39 *SCOPVS omnium Conciliorum aut verſatur circa dogmata fidei, aut ritus eccleſiaſticos, aut immunitatem eccleſiarum, aut reformationes clericorum. Prima pars ceſſat: quia maior pars hæreſum ceſſauit,& ſi quæ renouatæ ſunt in nouis pro his ſufficit Conciliũ Tridentinum. De ritibus erit propria rubrica. De immunitate Eccleſiarum dicetur abundè in tertia parte, & item de reformatione Concilium Tridentinum ſufficit, ac Decreta multa Conciliorum in toto opere inſerta ſunt, vnde pauca hic remanent dicenda ex ipſis omnibus Concilijs tam vniuerſalibus, quàm prouincialibus.*

De iure humano a traditionibus Apoſtolicis dictum eſt hactenus, nunc ad Eccleſiaſticas conſtitutiones ſtilus vertendus eſt. earum originem & auctoritatem prout ex libris SS. Patrum colligi poteſt breuiter aſſignando, diſt.15.c.1.

QVO TEMPORE COEPERVNT CANONES GENERALIVM Conciliorum.

40 CANONES generalium Conciliorum à temporibus Conſtantini cœperunt, in præcedentib.nanque annis perſecutione feruente docendarum plebium minimè dabatur facultas,inde Chriſtianitas in diuerſas hęreſes ſciſſã eſt; quia non erat epiſcopis licentia conueniendi in vnum,niſi tempore ſupradicti Imperatoris:ipſi.n. dedit facultatem Chriſtianis liberè congregandi,ſub hoc etiam SS.Patres in Cõcilio Niceno de omni orbe terrarum conuenientes iuxta fidem euangelicam & apoſtolicam ſecũdùm poſt apoſtolos ſymbolum tradiderunt,diſtin.15.c. canones. in princip.

QVARE NICENVM CONCILIVM NON FVERIT PRIMVM.

41 SED quanuis ex ſupradicta ratione Nicena ſynodus prima, primum vniuerſale Concilium dicatur, attamẽ alio reſpectu non eſt primum, vt declarat Illuſtriſs. & Reuerendiſs.D.Reginaldus Polus B.m.S. Rom.Eccleſiæ Card.in tract.de concilio ſcribens ſuis collegis in Concilii Tridẽtini legationis munere Illuſtriſs. & Reuerẽdiſs. DD. Cardinalibus poſtmodum Ro. Pontificibus.Nam in q.30. ita dicit. Tradunt quidem Nicenum fuiſſe primũ omnium;quia Reges & populi,de quib.propheta tam acerbè conqueritur.Quare fremuerunt gentes & populi meditati ſunt inania? Aſtiterunt reges terræ & Princi-

pes conuenerunt in vnum aduerſus Dominum & aduerſus Chriſtum eius, tunc primum (ideſt in Niceno Concilio) relicto hoc conſilio quod erat conſilium malignantium libenter ſe audire oſtēderūt prophetæ verba, quibus eos eodem loco ſic admonet. & nūc reges intelligite, erudimini, qui iudicatis terram, ſeruite Domino in timore, & exultate ei cum tremore. Oſculamini filium, ne quando iraſcatur Dominus & pereatis de via iuſta. Quia ergò Conſtantinus primus non ſolùm hanc diſciplinam apprehendit, ut oſcularetur filium, & ſeruiret Deo in timore & exultatione; ſed in oculis omniū gentium concilium coegit pro gloria filii contra eos, qui conſpirauerant aduerſus Dominum & aduerſus Chriſtum eius, ſecumq; populos & nationes, quæ laudē Domino annunciarent primus adduxit. Ideò hoc concilium, cui interfuit Imperator, primum in oculis omnium gētium & maximè generale viſum eſt; ſed non a Conſtantini temporibus concilia generalia cœpta ſunt, verùm iam inde ab eo tempore, quo Spiritus Dei non ſuper unam gētem, ſed ſuper omnem carnem ſe effudit. Statim poſt effuſionem ſanguinis Chriſti, qui non pro unius populi, aut natione, ſed pro totius mundi peccatis eſt mortuus. Quare ſimulatque hæc coniunctio facta eſt in una fide gentium & Iudæorum, qui tāquàm duo populi vniuerſum mundum complectebantur. Illud concilium, in quo primum de vtrorumque ſalute actum fuit coactis in unum locū eorum paſtoribus concilium primum generale meritò dicimus. Tale autem fuit concilium Hieroſolymitanum, in quo Petrus Vicarius Chriſti paſtoris partes oēs ſe peregiſſe & verbis & factis oſtendit. Hoc autem concilium habetur in actis Apoſtolicis, cap. 15. ſub hoc tenore: Apoſtoli & Seniores fratres his, qui ſunt Antiochiæ & Syriæ, & Ciliciæ fratrib. ſalutem. Quoniam audiuimus, quòd quidā ex nobis exeuntes turbauerunt vos verbis, auertentes animas veſtras, quib. non mandauimus, placuit nobis collectis in unum eligere viros & mittere ad uos cū chariſsimis noſtris Barnaba & Paulo hominibus, qui tradiderūt animas ſuas pro nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti. Miſimus ergo Iudam & Sylam, qui & ipſi vobis verbis referēt eadem. viſum eſt enim Spirituiſancto & nobis nihil vltra imponere vobis oneris, quàm hæc neceſſaria: vt abſtineatis vos ab imolatis ſimulacrorum & ſanguine & ſuffocato, & fornicatione, à quibus cuſtodientes vos bene agetis. valete.

42 Et hoc Concilium vt tempore, ſic etiam auctoritate primum fuit & dignitate; ut idem Illuſtriſs. & Reuerendiſs. D. Cardinalis Polus declarat in dict. tract. q. 33. dicens. Fuit ſanè idque duplici de cauſa primum quidem propter dignitatem eorū, qui interfuerunt, qui iidem fuere, quorū beati oculi uiderunt, & aures audierunt, quæ multi Reges & Prophetę, cùm id maximè deſiderarent, non uiderant nec audierant. Audierunt verò & viderunt in verbis & in perfectiſsimo exemplo unici illius paſtoris ad ſalutem omnium gentium promiſſi omnia, quæ ad regendum gregem Dei pertinebant, à quo & mandatum ut eius exemplum in paſcendo ſequerentur, & uirtutem ex alto, vt ſequi poſſent, acceperant. Auctoritate ergò præſtitit hoc concilium Hieroſolymitanum propter dignitatem perſonarum, quæ illi hanc dignitatem attulerunt, ut eſſet quaſi typus & forma omnium Conciliorum, quò ſcilicet reſpicientes qui deinceps cōcilia celebraturi eſſent, omnia, quæ vel ad eos aliquo modo pertinerēt, qui in conciliis præeſſe & intereſſe debent, vel etiam ad modum decidēdi omnes controuerſias, quæ materiam conciliis celebrandis dare ſolent, tanquàm in archetipi, ut ritè & ordine celebrari poſſent, perſpicerent.

SED SEQVENDO ORDINEM, QVOD NICENVM SIT PRIMVM.

43 Inter cætera concilia quatuor ſunt venerabiles ſynodi, quæ totam principaliter fidem complectuntur, quaſi quatuor euangelia, vel totidem paradiſi flumina.

Harum prior Nicena Synodus cccxviii.
44 Epiſcoporum ſub Conſtantino Auguſto Imp. & Syluestro Papa anno Christi ccc xxv. peracta eſt, in qua blaſphemia Arianæ perfidiæ cōdemnata eſt, in qua Arius aſſerebat tres inæquales gradus in Trinitate, Patrem.ſ.maiorem, filium minorē, Spiritumſanctum creaturam, vel ſeruū. Nam eadem ſancta Synodus per ſymbolum definiuit conſubſtantialem Deo patri Dei filium.
45 Secunda ſynodus numerum cl. Patrum ſub Theodoſio ſeniore in Conſtātinopoli congregata eſt, & Damaſo Papa anno Chriſti ccclxxxi. Quæ Macedoniū Spiritumſanctum eſſe Deum negantem condemnans conſubſtantialem Patri, & filio Spiritumſanctum demōſtrauit dans ſymboli formam, quam totam Græcorum & Latinorum confeſſio in eccleſiis prædicat. diſt. 15. c. canones. §. inter cætera, & §. ſecunda ſynodus.

Symboli autem tenor eſt.

46 Credo in vnum Deum Patrem omnipotentem factorem cœli & terræ, viſibilium omnium & inuiſibilium. Et in vnū Dominum Ieſum Chriſtum filium Dei vnigenitum. Et ex patre natum ante omnia ſæcula. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Genitum non factum, conſubſtantialem patri, per quem omnia facta ſunt. Qui propter nos homines & propter noſtram ſalutem deſcendit de cœlis. Et incarnatus eſt de Spirituſancto ex Maria Virgine, Et homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis ſub Pontio Pilato paſſus & ſepultus eſt. Et reſurrexit tertia die ſecundum ſcripturas. Et aſcendit in cœlum, ſedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus eſt cū gloria iudicare viuos & mortuos, cuius regni non erit finis. Et in Spiritumſanctum Dominum & uiuificantem, qui ex patre filioque procedit, qui cum patre & filio ſimul adoratur & conglorificatur, qui locutus eſt per Prophetas. Et vnam ſanctam catholicam & apoſtolicā eccleſiam. Confiteor vnum baptiſma in remiſsionem peccatorum. Et expecto reſurrectionem mortuorum. Et vitam venturi ſæculi. Amen.

Et vlterius in concilio generali ſub Innocētio III. alterum ſymbolum habemus, cuius tenor ſequitur.

47 Firmiter credimus, & ſimpliciter confitemur, quòd vnus ſolus eſt verus Deus ęternus, immenſus, & incommutabilis, incōprehenſibilis, omnipotens, & ineffabilis Pater, & Filius, & Spirituſſanctus. Tres quidem perſonæ, ſed vna eſſentia, ſubſtantia, ſeu natura ſimplex omnino. Pater à nullo, filius à patre ſolo, ac Spirituſſanctus pariter ab vtroque abſque initio, ſemper, ac ſine fine. Pater generans, filius naſcens, & Spirituſſanctus procedens, cōſubſtantiales, & coæquales, & coomnipotens, & coęterni vnum vniuerſorum principium, creator omnium viſibilium & inuiſibilium, ſpiritualium, & corporalium, qui ſua omnipotenti virtute ſimiliter ab initio temporis vtranque de nihilo condidit creaturam, ſpiritualem, & corporalem, angelicam videlicet & mundanam, ac deinde humanam quaſi communem & ſpiritu & corpore conſtitutam. Diabolus enim & alii Dæmones à Deo quidem natura creati ſunt boni, ſed ipſi per ſe facti ſunt mali. Homo verò diaboli ſuggeſtione peccauit. Hæc Sancta Trinitas ſecundùm communem eſſentiam indiuidua, & ſecundùm perſonales proprietates diſcreta primò per Moyſem & ſanctos prophetas, alioſque famulos ſuos iuxta ordinatiſsimam diſpoſitionem temporum doctrinam humano generi tribuit ſalutarem, & tandem vnigenitus Dei filius Ieſus Chriſtus à tota trinitate communiter incarnatus ex Maria ſemper Virgine Spirituſſanctus cooperatione conceptus verus homo factus ex anima rationali & humana carne compoſitus una in duab. naturis perſona, viam vitæ manifeſtius demonſtrauit. Qui cum ſecundùm diuinitatem ſit immortalis & impaſsibilis, idē ipſe ſecundum humanitatem factus eſt mortalis & paſsibilis. Qui etiam pro ſalute humani generis in ligno crucis paſſus & mortuus. Deſcendit ad inferos, reſurre

xit à mortuis,& aſcendit in cœlum. Sed deſcendit in anima & reſurrexit in carne, aſcenditque pariter in vtroque, venturus in fine ſæculi iudicaturus viuos & mortuos, & redditurus ſingulis ſecũdùm opera ſua tam reprobis, quàm electis, qui omnes cum ſuis propriis corporibus reſurgent, quæ nunc geſtant, vt recipiant ſecundùm opera ſua ſiue bona fuerint, ſiue mala illi cum diabolo pœnam perpetuã, & iſti cum Chriſto gloriam ſempiternã. de ſumma trinit. & fide catholica cap. 1. in prin.

48 Tertia ſynodus Epheſina prima cc. Epiſcoporum fuit ſub iuniore Theodoſio Auguſto & Celeſtino Papa edita. Anno Domini ccccxxx. contra Neſtorium, qui dicebat, Beatam Virginem Mariam non Dei, ſed hominis tantummodò genitricem: vt aliam perſonam carnis, aliam faceret deitatis, & hanc perfidiam condemnauit iuſto iudicio, oſtendens manere in Chriſto duas naturas & vnam domini noſtri Ieſu Chriſti perſonam.

49 Quarta Synodus Calcedonenſis. DCXXX. Epiſcoporum temporibus Martiani Principis & Leonis Papæ anno Chriſti CCCCLI. contra Euthicem Conſtantinopolitanum Abbatem, qui aſſerebat, Chriſtum poſt humanam aſſumptionẽ non ex duabus naturis exiſtere, ſed ſolam in eo diuinam naturam permanere, prædicans eadẽ S. ſynodus Chriſtũ Deum ſic natum de Virgine, vt in eo ſubſtantiam & diuinæ & humanæ confiteatur naturæ. diſtin. 15. c. canones §. tertia ſynodus, & §. quarta ſynodus.

50 Quinta ſynodus ſequitur Conſtantinopolitana ſecunda CLXV. epiſcoporum tẽporibus Agapiti, Syluerii & Vigilii Pap. vt in Tomo ſecundo Concil. & Impera. Iuſtin. vt ex eodem ſecundo Tomo ex noua deſcriptione Anno Chriſti DLIII. contra Theodorum Meſochenum & omnes hæreticos, qui Theodorus dicebat, aliud eſſe Dei verbum, & aliud Chriſtum, & ſanctam Mariam negabant Dei genitricem fuiſſe.

51 Et hoc tempore Iuſtinianus extruxit tẽplum Sanctæ Sophiæ maximum in Conſtantinopoli, & putatur, quòd a conſtitutione mundi non ſit tale opus ita complete factum. vt in faſciculo temporum anno DLIIII.

52 Sexta ſynodus Conſtantinopolitana tertia CL. patrum temporibus Conſtantini Principis, & Agathonis Pap. anno Chriſti DCLXXXI. cõtra Macharium Antiochenum Epiſcopum & ſocios, qui vnam voluntatem & operationem in Chriſto falſa ſuſpicione aſſerebant, qui condemnata hæreſi præfata ſcripſerunt 9. inferius annotata dict. cap. primo autem a §. quinta, vſque ad finem.

53 Septima Nicena ſecunda CCCL. epiſcoporum temporibus Conſtantini VI. & Adriani primi Pap. anno Chriſti DCCLXXXI. contra Iconomachoram & hæreſim imaginum, in qua etiam iterum Græci reconciliati ſunt poſt plagas ſolitas confitentes Spiritum ſanctum ex patre procedere ut habetur in faſciculo temporũ ſub anno. DCCLXXXII.

54 Octaua. ſynodus Conſtantinopolitana quarta CCCLXXXIII. epiſcoporum temporibus Caroli ſecundi dicti Calui Imp. & Adriani ſecundi Pap. anno Chriſti DCCCLXVIII. contra Photinum Neophytum inuaſorem ſedis Conſtantinopolitanæ, & tota ſynodus conſumitur in depoſitione Photii & reſtitutione Ignatii Archiepiſcopi Conſtantinopolitani.

DE CONCILIIS PROVINCIALIBUS.

55 DICIT Archidiaconus in cap. ſexta §. 1. 16. diſtinct. poſtquam Beda tractauit de octo uniuerſalibus & dignioribus conciliis, de quibus ſupra, tranſit ad alia & uocat ea annotationes; quia quæ in Synodis ſtatuebantur per capitulum annotabantur, dicit ergo.

Prima annotatio Anchiritanæ ſynodi, quæ ante Nicenum fertur fuiſſe, ſed propter auctoritatem maiorem poſtponitur, in quo patres 18. ſtatuerunt canones 24. diſtinct. 16. cap. prima annotatio in principio, & in Tomo primo conciliorum eſt mentio

mentio de hoc concilio, & dicitur celebratum fuiſſe anno Domini CCCVIII. & fuiſſe prouinciale, ſed receptum in ſexta ſynodo generali poſt tempora Marcellini Papæ, qui ſucceſſit Marcello primo.

Secunda Neoceſarienſis, quæ poſt Anchiritanam & Antiochenam legitur fuiſſe, in qua Patres 17. ſtatuerunt canones. 24. d. c. prima annotatio. §. ſecunda, & in tomo primo cōciliorum dicitur celebratū fuiſſe parum ante Nicenū primum ſub Melchiade Papa, q fuit anno Domini CCCXI.

56 Tertia Grangren. quæ poſt Nicenam legitur fuiſſe, in qua Patres XVII. ſtatuerūt canones XX. propter quaſdam eccleſiaſticas neceſſitates maximè contra Euſtachium, qui dicebat, quòd nullus in coniugali gradu poſitus, nec vllus fidelis, qui non omnibus renunciaret, quæ poſſideret, ſpem vllam ad Deum haberet dict. c. prima annotatio. §. tertia, & in tomo primo Conciliorum dicitur celebratum circa annum domini 324. in Paphlagonia, ſiue regione Pelaſgiorum ſub Syluestro primo Papa.

Fuit etiam Concilium Prouinciale 19. epiſcoporum Eliberthinum Hiſpaniæ circa tempora Syluestri Papæ primi, ut in tomo primo Conciliorum, & eodem tempore Syluestri Papæ celebratum eſt Concilium Romæ præſente Conſtantino Imperatore cum 275. epiſcopis, & eodem tempore celebratum fuit Concilium Romanum aliud cum 267. epiſcopis, vt in d. tomo primo Conciliorum.

57 Quarta Sardicenſis, in qua patres 60. ſtatuerunt canones 22. & in ipſo extiterunt Legati S.R.E. d. cap. prima. §. quarta. in tomo primo Conciliorum, & hiſtoria tripartita lib. 4. cap. 23. legitur congregatū fuiſſe præcepto Conſtantii Imp. ſub Iulio primo Papa, qui vixit vſque ad annum. 344. & anno XI. poſt obitum Conſtantini Magni & cōgregatum fuit: ut Athanaſius ad ſuam rediret eccleſiam, à qua expulſus fuerat per epiſcopus hęreticos Arrianos.

Fuit etiam Concilium Prouinciale Hieroſolymitanū ſub eodē Iulio primo: cū Athanaſius reuerteretur ad eccleſiā ſuā literis Conſtantii Imp. & Iulii Pōtificis, ut ex hiſtoria tripartita li. 4. c. 34.

58 Et paulò poſt iuſſit idem Imp. in Syrmio congregari Concilium, in quo tradiderunt regulas fidei contra Arriū, & in hoc Concilio declaratur locus Geneſis c. 19. pluit Dominus à Domino, ut ſit ſenſus, pluit Dominus filius a Domino patre.

In eodem tomo primo Conciliorum habetur ſub Iulio primo celebratam ſynodum Romanam, in qua conuenerunt 16. epiſcopi contra Arrium & eius diſcipulos, quem damnarunt cum ſuis dogmatibus, & cōfirmata ſunt acta in ſynodo Nicena.

59 Item ſub eodem Iulio primo celebrata eſt Agrippicenſis ſeu Colonienſis contra Eufratam blaſphemum & hæreticū, qui Chriſtum negabat Deum, damnatus eſt & priuatus epiſcopatu.

60 Quinta Antiochena, in qua patres XXX. ſtatuerunt canones 25. & dicitur celebratum fuiſſe temporibus Aureliani Imperator qui durauit annos ſex, videlicet ab anno Chriſti CCLXXII. vſque ad annum CCLXXVII. & exiſtente Pont. Rom. Dionyſio primo, & congregatū fuit contra Paulum Samoſatanum hæreticum, qui negabat filium Dei deſcendiſſe de cœlo, ſed à ea aria cœpiſſe & initium habuiſſe de terra, ut habetur in hiſtoria eccleſiaſtica. li. 7. c. 25. & conſtat ex narratis fuiſſe multo ante Concilium Nicenum.

Sexta Laodicenſis, in qua patres 32. ſtatuerunt canones 62. in tomo primo Conciliorum habetur, congregatum fuiſſe hoc Concilium in fine Liberii Papæ, & ſecundum alios in initio Damaſi anno Chriſti CCCLXIIII. & confirmatum fuiſſe in ſexta ſynodo generali.

Sed fuerunt etiam duo concilia prouincialia ſub Damaſo primum Valentinum à 30. epiſcopis, alterum Aquilienſe tempore etiā beati Ambroſii Damaſus electus fuitq anno Do. CCCLXX. durauit annis 18.

Septima Cartaginenſis, in qua Patres 228. ſtatuerunt canones 23. quorum auctor maximè extitit Aurelianus Cartaginenſis epiſcopus & S. Auguſt. & colligitur ex ordine Conciliorum in tomo primo eſſe concilium tertium Cartaginenſe prouinciale, ſed confirmatum in ſexta Syno-

do generali,ac fuit ſub Siricio Papa, qui viuebat anno Chriſti c c c lxxxiiii.

Sed quia plura Concilia Cartaginenſia fuere his de omnibus erit mentio, tanto magis quia omnia præcedunt octauam annotationem,de qua infra dicetur.

6 Et in primis de Concilio Cartaginenſe ſub Cornelio Pontifice Ro.qui fuit temporibus Galli Hoſtiliani Imp.vt habetur in hiſtoria eccleſiaſtica lib. 7. cap.1.& 2. & iſte Imp.incępit imperium anno Chriſti c c liii. vt habetur in fine Codicis in annorum digeſtione per Holoandum, & hoc Concilium celebratum eſt ſuper illa quæſtione, an baptizati ab hæreticis eſſent rebaptizandi & opimi Cypriani erat, quòd rebaptizarentur: ſed hæc reuocata ſunt per Cornelium Papam in ſacerdotali Concilio Rom. & per Stephanum Papam ſucceſſorem, de quo latius in dicta hiſtoria eccleſiaſtica lib. 7. cap. 3. per totum octauum,& in tomo primo Conciliorum. Nam Cornelius Papa, & cæteri omnes per Italiam ſacerdotes ſtatuerũt, antiquam a patribus ſuper hoc traditam regulam debere ſeruari, quæ continebat, hæreticos ſola manus impoſitione purgandos.

Et in eodem ſacerdotali Concilio Ro. damnatus eſt Nouatius, qui ſpem ſalutis ademerat peccãtibus,etiam ſi dignè eos pœnituiſſet, & ſtatutum eos, qui elapſi ſunt in certamine fraterna, commiſeratione curandos, & fomentis pœnitentiæ medicandos.

Fuit aliud Concilium Cartaginenſe primũ ſub Syluestro primo Papa,quod eſt Prouinciale & ex diuerſis Prouinciis Aphricanis ad cartaginem conuenerunt multi Epiſcopi.

Concilium Cartaginẽſe ſecundum prouinciale, ſed confirmatum in ſexta ſynodo generali fuit circa tempora Syricii Papa. Qui(vt dictum fuit) uiuebat anno Chriſti c c c lxxxiiii.

Item ſub iſto Pontifice & diuo Ambroſio celebratum fuit Concilium Taurinenſe totum cõſummatum in compoſitione cauſarum ciuiliũ int.. quoſdam epiſcopos & presbyteros vt in tomo.1. Conciliorum.

Sub quo Pontifice fuit etiam Concilium Telenſe Prouinciale contra Iouinianum & ſocios, quanuis ſciendum ſit Concilium hoc ſeruatum eſſe tempore Zoſimi Papæ primi,ponitur autem hoc loco ob decretam Syricii Papa epiſtolam in illo recitatam,ut in eod.tomo 1. Conciliorum.

Fuit etiam Concilium Cartaginenſe quartum 214. epiſcoporum, continet canones 104. & fuit tempore diui Auguſtini; quia in fine dicti Concilii dicitur,Auguſtinus Hipponen. Reg. ſubſcripſit. Vixit Auguſtinus ſub Damaſo circa tempora annorum c c c l x x i i i.& ſequentium.

Concilium Cartaginenſe quintum celebratum fuit pręſentibus 73.epiſcopis tempore Anaſtaſii Papæ, qui fuit anno Chriſti c c c x c i i i i. & ſtatim poſt hoc fuit Concilium Toletanum primum 19. epiſcoporum prouinciale ſed confirmatum auctore Leonis Papæ,& ſucceſsiuè Concilium Mileuitan. ſub Innocen. I. qui fuit anno Chriſti c c c c i i i i.

Concilium Cartaginenſe ſextum ab epiſcopis 217.celebratum fuit tempore Bonifacii primi Papæ anno Chriſti 413.& inter fuit legatio R.E. & in eo actum eſt, ut ab epiſcopis orientalibus peteretur Concilium Nicenum, & poſtremo recitata fuit profeſsio fidei Niceni Concilii.

Concilium Cartaginẽſe ſeptimum celebratum ſub eodem Bonifacio primo nihil habet,quod ad noſtra tẽpora pertineat.

Octaua annotatio Aphricana ſub Theodoſio iuniore Auguſt. in qua Patres 229. recitauerunt & firmauerunt canones. 105.qui diuerſa concilia Aphricanę prouincię leguntur eſſe conſcripti.Theodoſius cępit imperium anno Chriſti c c c x x v i.fuit autem ſub Bonifacio I.aut Cęleſtini Papæ.

Nona annotatio Arelaten. in qua Patres 200. ſtatuerunt canones 4. quorum auctores fuerunt Syluester Papę,& S.Maurinus epiſcopus temporibus Conſtantini Auguſti.

Decima iterum Arelaten. in qua patres 17. ſtatuerunt canones 4.eodem tempore, & poſtea fuerunt duo Concilia Regien. & Agaten.in Gallia ſub Siſto tertio, qui fuit anno Chriſti c c c c x x x i i i i.

Vndecima Arelaten. tertia, in qua patres

18.

18.ſtatuerunt canones. Fuit ſub Leone primo anno Chriſti cccc xliiii. ſub quo Leone fuit etiam Concilium Arãſicanum prouinciale,& ſub eodem Cõcilium prouinciale Vaſenſe 18. epiſcoporum ac Concilium Carpentoraten. quæ eſt vrbs Galliæ Narbonenſis, fuit etiam Concilium Veneticum ſub hoc Leone primo, in quo pauci epiſcopi ſtatuerunt canones 16.& vltimò fuit Concilium Turanenſe ſub hoc Leone primo octo epiſcoporum, & continet canones 13. De quib. in tom.2. cõciliorũ.

Duodecima Arelaten. quarta in vico hortenſio, in qua patres xi. ſtatuerunt canones. d.c.1.§.12. diſt.16.

Tertiadecima iterum Arelaten. in qua patres 18. ſtatuerunt canones d. c.1.§.13.

Quartadecima Auraficienſ. in qua patres 26. ſtatuerunt canones.

Fuit etiam Ro. Concilium ſub Hilario Papa anno Domini ccc lxv. ac Concilium Tarraconen. prouinciale decem epiſcoporum ſub Felice II I. qui fuit anno domini cccc lxxiiii.

Quintadecima Empan. in qua patres 26. ſtatuerunt canones xi. dicto cap.1.§.14.

In tomo ſecundo conciliorum nominatur concilium Eupan. & tempore Gelaſii Papæ primi & Sygiſmundi Regis & cũ 70. epiſcopis,& dicitur quòd ediderunt quadraginta decreta, fuit autẽ Gelaſius poſt annum Chriſti cccc lxxiii

Ro. ſynodus ſecunda, tertia, quarta, quin- & ſexta ſub Symaco Papa an. Do. 494.

Sextadecima Agatenſis, in qua patres 39. ſtatuerunt canones, d. c.1.§.16. diſt. 16.

62 Fuit etiam concilium prouinciale Ilardenſe tempore Symaci prædicti eodem anno. Ac ſub eodem fuit concilium prouinciale Valentinum in Hyſpania ſex epiſcoporum, in quo ſtatutum eſt: ut euangelium in miſſa legatur.

Septimadecima Aurelianen. in qua patres 72. ſtatuerunt canones d.c.1.§.17.

In tomo ſecundo conciliorum nominatur primum (nam quinque nominantur) 33. epiſcoporum & fuit temporibus Hormiſdæ Papæ & Iuſtini primi Imp. anno Chriſti diiii.

Et ſub eodem Pontifice fuerunt duo concilia, vnum Gerundenſe anno vi. Theodoricii Regis, alterum Cæſarauguſten. a 12. epiſcopis. Ac etiam concilium Toletanum ſecundum ſub Ioanne primo Papa qui ſucceſſit Hormiſdæ anno v. Amadrici Regis.

Decimaoctaua iterum Aurelian. in qua patres 30. ſtatuerunt canones d.c.1.§. 18. Fuit hoc cõciliũ ſecundũ & tẽpore Vigilii Papæ qui uiuebat anno Chriſti 554.

Decimanona iterum Arelaten. in qua patres 30. ſtatuerunt canones, d.c.1.§.19.

Eſt concilium tertium ſub eodem Vigilio Papa,& tempore Childeberti Regis eſt prouinciale, vt in tom.2. conciliorum.

Vigeſima Aruer in qua patres quinque ſtatuerunt canones, eſt conciliũ Auernen. circa tempora Vigilii Pap. prouinciale, de quo in tomo 2. concil.

Extat etiam cõcilium Aurelian. quartum circa tempora Pelagii primi Papæ, qui fuit poſt Vigilium & tempora Childeberti Regis, ſub quo fuit etiam conciliũ Turanen. ſecundum, ac ſimiliter concilium prouinciale Pariſienſe, item aliud quintum Aurelian. concilium ſub eodẽ Pontifice Pelagio, qui fuit poſt annum Chriſti dliiii.

Vigeſimaprima Maticenſis, in qua patres 21. ſtatuerunt canones, d. c. prima §.25.

In tomo ſecundo conciliorum nominatur Matiſcon. concilium primum, & circa tempora Pelagii Papæ ſecundi fuit anno Chriſti dlxxxiiii. & nominatur a ciuitate Matiſconen. quæ non longè diſtat à Ticino, ſub quo Pelagio fuit concilium prouinciale Hiſpalenſe: ſed robur habuit a ſede Romana. Ac etiã Toletan. III. in quo Arii hæreſis in Hiſpania condemnatur ab epiſcopis totius Hiſpaniæ & Galiciæ.

Fuit etiam concilium Lugdunen. primum anno 22. Regni Grutamni Regis & Valentinum concilium anno xxiiii. eiuſdem Regis.

Vigeſimaſecunda iterum Maticen. in qua patres 86. ſtatuerunt canones, quorum auctor maximè Priſcus Lugdunenſis epiſcopus extitit d.c.1.§.22.& erit concilium

& duce Pipino.

Item concilium apud palacium vernis ſub Pipino rege anno DCCLV.

Synodus Francofordien.ſub Adriano primo anno domini DCCLXXXIIII.& tempore Caroli magni anno eius 26.in qua ſynodo extat libellus ſacroſyllabus catholico ſaluberrimo editus ſtilo, continens materiã antiquorum cõciliorum.

Item concilium in Foroiulii ſub Carolo & Pipino eius filio.

Item concilium apud Theodenis Lutzenburgenſis habitum tempore Caroli magni ſub Leone Papa III. qui fuit anno Chriſti DCCXCIIII.

Item concilium Magoncian. celebratum anno ſalutis DCCCXIIII.ſub eodẽ Leone III. qui durauit in pontificatu annis 20.cum dimidio.& eodem anno DCCCXIII.fuit Rhemenſis ſynodus.

Item concilium Aquiſgran.anno domini DCCCXVI.ſub Stephano IIII.Papa & tempore Ludouici Impp.primi.

Item concilium Pariſien. celebratum anno DCCCXXIX.ſub Eugenio Papa III.& Ludouico & Lothario Impp.

Synodus Aquiſgran.ſub Lud. Pio Imp. anno Do.DCCCXXXIII.imperii Cæſaris 24

Item ſynodus Magũtina ſub Lud. Rege habita præſidente Rabano Maguntinæ ſedis archiepiſcopo.

Item Aquẽſis,ſeu Aquiſgran. ſynodus ſub rege Pipino Ludouici filio.

Item ſynodus Meldenſis habita anno do. 845.ſub Carolo iuniore rege Francorũ.

Itẽ ſynodus apud diuũ Menãdrum in ſuburbio Sueſſium acta an.ſalutis DCCCLIII. & Caroli Ludouici regis Frãciæ an. 13.

Item concilium Valẽtinũ tpe Lottarii Imperatoris anno ſalutis.DCCCLV.& Lottarii anno XV.Pontifice Leone IIII.

63 Concilium Piſtenſe ad fluuiũ Sequã.anno Chriſti DCCCLXIII.& anno 23.regni Caroli regis tpe Nic.papæ primi. Et extat antiqua &inſignis epiſt.dicti Nic. papæ primi ad Michaelem Imperatorem Conſtantinum de poteſtate & dignitate ſedis Apoſtolicæ.

Item Vormatienſe concilium anno DCCCLXVIII.& tẽpore Lud.Regis ſub Adriano Papa ſecundo.

Item conciliũ Triburienſe celebratum ſub Imperatore Arnulfo a 22. ẽpis germanorum anno Do.DCCCLXXXV.

Colonienſis ſynodus anno DCCCLXXXVII. ſub Adriano III.& Carolo III.Imperatore cognominato Craſſo.

Maguntiacẽſe concilium anno DCCCLXXXVIII.tpe Arnulphi regis anno I.& cõcilium Metenſe ſub eodem Arnulfo.

Concilium Nanenſe,de quo incertum eſt quo tempore celebratum fuerit,ut notatur in tomo 3.conciliorum.

Salegunszadicenſe cõcilium habitum ſub Benedicto Papa octauo,& Impp. Henrico ſecundo anno Do. MXXIII.

Synodus Ro.epiſcoporum 113.ſub Nic. ſecundo,qui electus fuit anno MLIX.

64 Cõcilium Lateran. generale ſub Alex. III. anno Do. M.CLXXX.Põtificatus eius 20.menſe in Baſilica, quę appellatur cõſtãtiniana 280.epiſcoporum,cuius cõcilii quàmplurima decreta hic omittuntur: quia incerta ſunt in libris decretalium,& ſub nomine decretalium congruis locis ſunt deſcripta.

65 Concilium Lateran. lõgè celeberrimũ Romæ ſub Innoc.III. celebratum anno do.MCCXV.& per excellentiã generale dicitur: cũ tot patres In ipſo interfuerint, videlicet Hieroſolimitanus, & Cõſtãtinopolitanus Patriarca, Metropolitani. 70.epiſcopi 400.Abbates 12.Priores cõuentuales 800.Legati Gręci & Romani Imperii,Regum verò Hieruſalem Franciæ,Hiſpaniæ, Angliæ, & Cypri oratores,& tractatum fuit de inſignibus negociis, & plurima decreta inſerta ſunt in decretalibus,& tanquàm decretalia deſcribuntur congruis locis.

Concilium prouinciale habitũ in Alemania ſub Conrado ẽpo Card. Leg.Apoſt. ad inclitã Alemaniæ nationẽ anno do. MCCXXV.ſub Honorio tertio.

66 Vlterius in li.6.fit mẽtio de cõcilio Lugdunenſi ter.primo ſub Greg. IX.ſecũdo ſub Inn.IIII.tertio ſub Greg.X.de Greg. IX.eſt mentio in tit.de teſtib.ubi dicitur Greg.Nonus in conc.generali Lugd.de Inn.IIII.in tit.de offi.ord. & in tit.de iudic.&

dic.& de litis conteſt. & aliis ubi dicitur Innoc. IIII. in generali Concilio Lugd. de Gregorio X. in tit. de electionibus, de bigamis, & aliis locis, ubi dicitur. Gregorius X. in generali Conc. Lugd.

67 Poſtea fuit generale Vienenſe ſub Clemente V. de quo ampliſsime in clemẽtinis. Et iſte Clemens anno Domini. MCCCV. Tranſtulit Pontificalem ſedẽ ab urbe Roma Auinionem Galliȩ urbẽ ubi ad ſeptuaginta & quatuor annos remãſit cum magno chriſtianorũ incõmodo.

68 Concilium generale Cõſtantienſe tempore ſciſmatis. Ferebãtur. n. tunc tres Põtifices Ioannes XXIII. Benedictus XIII. & Gregorius XII. & omnes hi tres pariter in concilio Papam deiecti ſunt. & electus Martinus V.

69 Concilium Baſilienſe incohatum ſub Martino V. & Eugenio IIII. Poſtea tranſlatum Ferrariȩ, & ultimo Florentiȩ ſub eodem Eugenio IIII.

70 Concilium Lateranenſe ſub Leone X. In quo Decretum hoc extat. In Seſſ. IX.

Cum omnis ętas ab adoleſcentia prona ſit ad malum, & a tenoris aſſueſieri ad bonum magni ſit operis & effectus. Statuitur ut magiſtri ſcholarium & præceptores pueros ſuos, ſiue adoleſcentes ne dũ in grãmatica & rhetorica, ac cæteris huiuſmodi erudire & inſtruere debeãt: Verum etiam docere teneantur ea, quæ ad Religionem pertinent: vt ſunt præcepta diuina Articuli fidei, Sacri Hymni, & Pſalmi, & Sanctorum Vitæ, diebusq; feſtiuis nihil aliud eos docere poſsint, q̃ in rebus ad Religionẽ & bonos mores ptinentibus, eosq; in illis inſtruere, hortari, & cogere, in quãtum poſsint, teneãtur; ut nedum miſſas ſed etiã veſperas diuinaq; officia audienda ad Eccleſias accedant: & ſimile ad prædicationes & ſermones audiendos impellant: Nihilq́ue cõtra bonos mores, aut quod ad impietatem inducat eis legere poſsint.

Decretum eſt poſtea contra execrabilem blaſphemiam, vt quicunque Deo Palã, ſeu publicè maledixerit, contumelioſis atque obſcenis uerbis D.N. Ieſum Chriſtum uel glorioſam virginem Mariã expreſſe blaſphemauerit: Si publicum munus exerceat, perdet emolumẽtum triũ menſium, ſi clericus, uel ſacerdos fuerit, eo ipſo ꝙ fuerit conuictus, mulctetur fructibus unius anni pro prima uice: Pro ſecunda priuetur beneficio, ſi unicum habuerit, ꝗ ſi tertio ſcęleris arguatur, omnib. beneficiis eo ipſo priuatus exiſtit.

Cõtra laicos eſt etiam pœnam, quæ videri põt, ſed legibus ciuilib. maior imponitᷣ.

Qui uerò reliquos ſanctos blaſphemauerint, arbitrio iudicis ratione perſonarum mitius puniuntur.

Aliud eſt decretum. Nam quilibet habens beneficium cũ cura uel ſine cura, ſi poſt ſex menſes ab obtento beneficio, officium diuinum non dixerit legitimo impedimento ceſſante, beneficiorum ſuorum fructus nõ faciet, pro rata omiſsionis recitationis officii, & temporis, ſed etiam iniuſtè perceptos in fabricas huiuſmodi beneficiorum, uel pauperum eleemoſinas erogare teneatur: ſi uerò ultra ſex menſes in ſimili negligentia permãſerit, erit legitima monitione prȩcedente beneficio ipſo priuatus: intelligitur autem omittere quò ad priuationem, qui per XV. dies illius bis ſaltẽ non dixerit: Deo tamen ultra prȩmiſſa de dicta omiſsione redditurus erit rõnem. Et hæc pœna in habentibus plura beneficia reiterabilis toties ſit, quoties contrafacere conuincatur.

Ex Seſsione. X.

Sacro approbante concilio, Montes pietatis declarantur liciti, & omnes qui cõtra hanc declarationem prædicare, ſeu diſputare uerbo, uel ſcriptis auſi fuerint, excommunicationis latæ ſententiæ pœnam incurrunt quocunque priuilegio non obſtante.

Ex Seſsione. XI.

Pragmatica ſanctio abrogata eſt, & facta eſt concordatio inter Leonem Papam X. & ſedem Apoſtolicam, ac Chriſtianiſs. Regem Francorum.

Vltimò extat Concilium Tridẽtinum notiſsimum omnibus. Et pro faciliori intelligentia conſcriptum eſt Compendium ipſius de Reformatione, & iis, quæ uerſantur in foro.

COM-

L. C

Compendium
SACROSANCTI CONCILII TRIDENTINI,
DE REFORMATIONE, ET IIS, QVAE IN FORO VERSANTVR

Cum annotatione tantum locorum, quæ ad dogmata fidei pertinent.

FRANCISCO GRATIANO DE GARZATORIBVS I.C. ET CANONICO VINCENTINO,
Auctore.

CONCILIVM hoc principium habuit Vincentiæ, ſub felice recordatione Pauli III. poſtmodum translatum fuit Tridentum, vbi Deo Duce complementum habuit.

PRIMA SESSIO ſub Paulo III. die 13. Decembris 1545.
Nihil aliud continet, quàm decretum de inchoando concilio.

SECVNDA SESSIO Die 7. Ianuarii 1546.
Decretum de modo viuendi; & de aliis in concilio ſeruandis.

TERTIA SESSIO die 4. Februarii 1546.
Decretum de ſymbolo fidei.

QVARTA SESSIO die 8. Aprilis 1546.
Primum decretum de canonicis ſcripturis.
Secundum de editione, & vſu ſacrorum librorum.

QVINTA SESSIO die 17. Iunii 1546.
Primum decretum de peccato originali.
Secundum poſtea de reformatione in duobus capitibus.

De lectione ſacræ ſcripturæ, & quòd omnimodo habeatur.

1 DE lectione Sacræ Theologiæ: & quia eſt materia rarò contingens; ſufficit allegare, vbi materia ſit. Aduertendum tamen eſt, quòd terminatur; ſi non eſt præbenda ſufficiens, quòd debeant aſsignari fructus ex ſimplici beneficio, vel per contributionem beneficiorum ciuitatis, & diœceſis; prout commodius fieri poterit, de capituli conſenſu. Et ita procedatur, vt ſacræ ſcripturæ lectio habeatur.
Item prouideat Epiſcopus, ne hæc pia, & vtilis prouiſio quouis quæſito colore negligatur.
Vel ſaltim ſit magiſter, qui clericos, aliosque ſcholares pauperes grãmaticam gratis doceat.

2 De prædicatione, & prædicatoribus abunde tractatur.
Idem in Seſsione 24. de reformatione cap. 4.

SESSIO SEXTA die 13. Ianuarii 1547.
Primum decretum de iuſtificatione in multis capitibus, & canonibus.
Decretum poſtea de reformatione in quinque capitibus.

Pœna Epiſcoporum non reſidentium.

1 INNOVATVR canon de reſidentia, contra Epiſcopos, & ſuperiores in abſentia ſex menſium cum pœna quartæ partis fructuum vnius anni fabricæ applicandorũ; & ſex aliorum alius quartæ ſimiliter applicandæ; Sed creſcente contumacia incurrant pœnam interdicti ingreſſus eccleſiæ eo ipſo; cũ termino trium menſium denunciandi factum Romano Pontifici; qui prouideat, &c.
De hoc infra Seſsione 23. de reformatione cap. 1.

De inferioribus non reſidentibus.

2 Inferiores per Epiſcopos cogantur reſidere quibuſcunq; non obſtantibus. Indulgentias verò, & diſpenſationes conceſſas probandas eſſe coram ordinariis;

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

De conſecratione infra ſeſsione 23. c. 2.

Prohibitio capitulo ſede vacante.

10 SEDE vacante non licet capitulis infra annum a die uacationis concedere licentiam ordinandi illos, qui beneficii recepti, aut recipiendi ratione arctati non fuerint; ſi ſecus factum fuerit, capitulum ſubiaceat interdicto eccleſiaſtico; & ordinati non gaudeant priuilegio ordinis; in maioribus ſint ſuſpenſi arbitrio futuri prælati.

De facultate promouendi.

11 FACVLTATES de promouendo a quocunque non ſuffragentur, niſi habentibus legitimam cauſam expreſſam in literis; & tunc ordinentur ab Epiſcopo in ſua diœceſi, vel pro eo Pontificalia exercenti, & diligenti præuio examine.

Quantum duret facultas de non promouendo.

12 FACVLTAS de non promouendo præterquàm in cauſis a iure expreſsis ad annum tantum ſuffragentur.

De examinandis præſentatis.

13 PRAESENTATI, ſeu electi, vel nominati a quibuſcunque etiam nunciis Sedis Apoſtolicæ ad quæuis beneficia eccleſiaſtica non inſtituantur, nec confirmentur, nec admittantur, niſi prius examinati, & idonei reperti fuerint. Nec appellatio tueatur, quominus examinentur, exceptis ab vniuerſitate ſtudiorum generalium.

De cauſis exemptorum.

14 TERMINATVR in cauſis exeptorum ſeruari. ca. 1. de priuil. in vi. Nam in ciuilibus cauſis, mercedum, & miſerabiliū perſonarum, ſæculares, & regulares extrà monaſterium degentes conueniri poſſunt coram ordinariis tanquàm Apoſtolicæ Sedis delegatis. Idem diſponitur infra ſeſſ. 14. de reforma. cap. v.

De hoſpitalibus.

15 ORDINARII curent; vt hoſpitalia gubernentur fideliter, & diligenter: & innouatur clandeſtina, quia contingit, de religioſis domibus.

De his infra ſeſſ. 22. de refor. cap. 9. & generalius ſeſſ. 25. de refor. cap. 8.

OCTAVA SESSIO Die 2. Martii 1548.

Habet decretum de translatione Concilii.

NONA, & DECIMA Bononiæ celebratæ Die 21. Aprilis & 2. Iunii 1548.

Decretum prorogationis ſeſsionis.

VNDECIMA SESSIO. Sub Iulio III. Cal. Maii 1551.

Decretum de reaſſumendo Concilio.

DVODECIMA SESSIO. Die 1. Septembr. 1551.

Decretum prorogationis ſeſsionis.

TERTIADECIMA SESSIO. Die xi. Ottobr. 1551.

Habet decretum ſacramenti Sanctiſſimæ Euchariſtiæ in multis capitibus, & canonibus.

Decretum poſtea de reformatione, continet cap. 8.

De correctione morum, & prohibita appellatione.

1 Epiſcopi admoneantur eſſe Paſtores, non percuſſores, atque ità præeſſe, vt non dominentur; ſed tanquàm filios, & fratres diligant, &c. cum ſæpe plus in corrigendo beneuolentia agat, quàm auſteritas; plus exhortatio, quā comminatio; plus charitas, quàm poteſtas, &c. Sin autem virga opus fuerit, tunc cum miſericordia rigor; cum lenitate ſeueritas adhibenda eſt, ut ſine aſperitate diſciplina populis neceſſaria conſeruetur: & qui correcti fuerint, emendentur, &c. Sed vbi morbi grauitas poſtulet, ad grauiora remedia deſcendere debet; & cæteras ſaltim oues a contagionis periculo liberare. Sed in cauſis viſitationis, & correctionis, ſiue habilitatis; & in criminalibus ab Epiſcopo, aut Vicario non appelletur ab interlocutoria, vel grauamine, ante diffinitiuam ſententiam. Nec teneantur differre appellationi; ſed ad vlteriora poſsint procedere: niſi ſit grauamen non reparabile per diffinitiuam; uel à diffinitiua non poſsit appellari: Quibus caſibus ſeruetur diſpoſitio ca. ut debitus honor in fine, de appell.

Ad quem committatur cauſa appellationis.

2 Appellatio à ſententia Epiſcopi, vel Vicarii, vbi permittitur, committatur

Metropolitano, aut Vicario: ſed ſi diſtat vltra duas dietas, uni ex uicinioribus Epiſcopis.

De actis producendis ab appellante.

3 Diſponitur reum appellantem in criminali cauſa debere producere corã Iudice, ad quem, acta primæ inſtantiæ, & quòd Iudex non procedat ad abſolutionem, niſi illis uiſis.

Is autem, a quo appellatum ſit, infra triginta dies acta ipſa poſtulanti gratis exhibeat; alioquin abſque illis cauſa terminetur.

De obſeruandis in degradatione actuali, & de actuali.

4 Episcopvs ſolus procedit ad condemnationem, & verbalem diſpoſitionem; ſed in degradatione actuali, loco Epiſcoporum Abbates vtentes mitra intereſſe poſſint: alioquin procedatur ab Epiſcopo aliis perſonis præſentibus in dignitate conſtitutis, & iuris ſcientia commendabilibus.

De cognitione gratiæ circa crimen.

5 Episcopvs reſidens tanquàm, &c. etiam ſummariè cognoſcat de ſurreptione gratiæ ſuper aliquo crimine publico, de quo ipſe inquirere cœperat, aut remiſsione pœnæ falſis precibus impetrata; & poſtquàm cognouerit falſam, non admittat.

Prohibetur Epiſcopus citari, vt perſonaliter compareat.

6 Episcopvs non poteſt citari, uel moneri, vt perſonaliter compareat, niſi ob cauſam, ex qua deponendus, vel priuãdus ueniret.

De teſtibus contra Epiſcopum.

7 Tractatvr de non recipiendis teſtibus contra Epiſcopum in cauſa criminali, niſi conteſtes ſint, & bonæ conuerſationis, exiſtimationis, & famæ.

Cauſa Epiſcoporum referendæ Pontifici.

Cavsae Epiſcoporum, quando comparere debent pro obiecti criminis qualitate coram Pont. Max. referantur; & per ipſum terminentur.

Idem ſeſs. 24. de refor. cap. 5.

Xiiii. Sessio. Die 25. Nouemb. 1551.

Tractatur de pœnitentia in multis capitibus, & canonibus.

Sed in cap. ſeptimo declaratur iuſta de cauſa fieri reſeruationes caſuum, tam à Pontifice, quàm ab Epiſco. & quòd in articulo mortis quilibet Sacerdos poteſt abſoluere non obſtante quacunq; reſeruatione.

Decretum poſtea de refor. c. 13.

De impedimento ordinandi.

1 Nvllam conceſſam licentiam de ſe pro moueri faciẽdo ante reſtitutionem ad priores ordines, gradus, & dignitatẽ, ſuffragari ei, cui aſſenſus ad ſacros ordines a ſuo prælato ex quacunque cauſa, etiam ex occultis criminib. & extrà iudicialiter fuerit interdictus, aut ſuſpenſus fuerit à ſuis ordinibus, aut dignitatibus eccleſiaſticis.

De Epiſcopis titularibus.

2 Prohibentvr Epiſcopi, qui titulares uocantur, ordinare aliquem in aliena diœceſi, etiam ſi dicatur nullius diœceſis; niſi de expreſſo ordinarii cõſenſu, aut cum literis dimiſſoriis, cum pœna ſuſpenſionis ipſo iure ab exercitio Pontificalium per annum: Illius autem, qui ſuſcepit ordines, quamdiu ordinario viſum fuerit.

De quo etiam ſupra ſeſſ. 6. de reforma. cap. 5.

De clericis ſine examine ordinandis.

3 Continet facultatem Epiſcopi ſuſpendendi, prout videbitur, & interdicendi ſuos clericos ordinatos abſque examine, & literis commendatitiis, quãquàm habiles ordinati fuerint.

Clerici poſſunt puniri, & uiſitari.

4 Omnes clerici poſſunt puniri, uiſitari, & corrigi ab ordinariis tanquàm, &c. de eorum exceſsibus, criminibus, & delictis, quoties opus fuerit, etiam extrà viſitationem, quibuſcunque exemptionibus, &c.

De literis conſeruatorijs.

5 Literae conſeruatoriæ cum Iudicum deputatione ſuffragantur, quominus coram ordinario accuſari, & conueniri, & contra eum inquiri, & procedi non poſſit. Nec in ciuilibus alios trahere,

dere ad dictos ſuos Iudices.

Quòd ſi fuerit electus ab ipſo actore, & reus ſuſpectum dicat, aut ſi cõtrouerſia orta fuerit, non procedatur in cauſa donec per arbitros iuris ſuper ſuſpitione, aut iuriſdictione fuerit iudicatum. Familiaribus ſolum duobus, qui ſumptibus impetrantis vixerint, proſit. Nec gaudere poſsit priuilegio literarũ vltra quinquennium. Nec poſsit habere erectum Tribunal.

De cauſis mercedum.

In cauſis mercedum ſeruetur decretum ſupra Seſſ. 7. ca. 14.

Exceptio de uniuerſitatibus.

Vniversitates generales, collegia doctorum regularium loca, & hoſpitalia actu ſeruientia, & vniuerſitates collegiorum, & hoſpitalium, huiuſmodi perſonæ in præſenti canone non comprehendantur, ſed exemptæ ſint.

6 De habitu clericorum, & de pœna monitorum, & non deferentium habitum tractatur.

De diſpenſatione concedenda.

7 Qui occidit per induſtriam proximum ſuum, vel per inſidias ab altari auelli debet. & etiam ſi crimen id, nec ordine iudiciario probatum, nec alia ratione publicum, ſed occultum ſit, nullo tempore ad ſacros ordines promoueri poteſt; nec illi aliqua eccleſiaſtica beneficia, etiam ſi curam animarũ non habeant, conferri liceat: ſed omni ordine & beneficio, & officio, perpetuò careat. Si uerò homicidium non ex propoſito ſed caſu, vel vim vi repellendo, ut quis ſe à morte defenderet, fuiſſe commiſsũ narratur; quam ob cauſam iure quodãmodo diſpenſatio debeatur, talis diſpẽſatio cõmittatur ordinario; aut ex cauſa Metropolitano, aut viciniori Epiſcopo; qui non niſi cauſa cognita, ac probatis narratis precibus eam concedat: nam aliter diſpenſare non poteſt.

De priuilegio puniendi clericos non ſubditos.

8 Episcopvs ex priuilegio puniendi clericos ſubditos nequaquam procedere debet contra clericos ſibi non ſubditos, etiam reos atrocium criminum, niſi interuentu proprii Epiſcopi, aut perſonæ ab ipſo Epiſcopo deputandæ.

Non uniantur beneficia alij diœceſi.

9 Beneficia quæcunque etiam ſimplicia, præſtimonio vnius diœceſis non uniantur perpetuò alterius diœceſis beneficio, aut monaſterio, ſeu collegio, vel loco pio, nec etiam augendi cultum diuinum, aut alia quacunque ratione. In hoc declarando decretum ſupra Seſſ. 7. ca. 6. ſuper vnionibus.

De regularibus beneficijs.

10 Regvlaria beneficia profeſsis prouideri conſueta, quando vacare contigerit ex perſona illorum, qui ea obtinẽt in titulum, per mortem, reſignationem aut aliàs, conferantur religioſis illius ordinis, uel iis, qui tenentur ſuſcipere habitum, & uotum emittere, & non aliis.

De non admittendo ad profeſſionem, niſi perpetuo.

11 Nemo prælatus, ſeu ſuperior ordinum admittere poſsit aliquem ad habitum, & profeſsionem, niſi ut in ordine ipſo ad quem transfertur, perpetuò maneat in clauſtro ſub ſuperioris obediẽtia.

Regularis incapax ſæcularium beneficiorum.

Ac taliter translatus, ideſt, de ſæculo ad religionem, etiam ſi canonicus regularis fuerit, ad beneficia ſæcularia etiã curata omnino incapax exiſtat.

De impetratione iuris patronatus.

12 Nemo ius patronatus impetrare, aut obtinere poſsit, niſi de nouo fundauerit eccleſiam, uel capellam, uel iam erectam ſine dote de ſuo dotauerit competẽter. In caſu autẽ fundationis Epiſcopo inſtitutio, & non inferiori reſeruetur.

De præſentando Epiſcopo ordinario.

13 Non liceat patrono præſentare prætextu priuilegii aliquem niſi Epiſcopo ordinario, ad quem ſpectat de iure prouiſio, ſeu inſtitutio, ac inſtitutio forſan aliter facta nulla ſit, & eſſe intelligatur. De hoc iure patronatus infra Seſſ. 25. de refor. cap. 9.

Xv. Sessio, & Xvi. Die 25. Ianuarii, & Die 28. Aprilis 1552.

Decreta de prorogatione Seſsionis, & de ſuſpenſione Concilii.

XVII. Sessio. Prima autem ſub Pio IIII Die 18. Ianuarii 1562.
Decretum de celebrando Concilio.
XVIII. Sessio Die 26. Februar. 1562.
Decretum de librorum delectu, & de omnibus ad Cōcilium fide publica inuitandis.
XIX. & XX. Sessio. Die 14. Maii, & 4. Iunii 1562.
Decretum prorogationis ſeſsionis.
XXI. Sessio. Die 16. Iulii. 1562.
Doctrina de communione ſub utraque ſpecie, & paruulorum, in diuerſis capitibus, & canonibus.
Decretum poſtea de reform. in cap. 11.

De collatione ordinum ſine mercede.

1 Pro collatione ordinum nihil accipiatur, nec pro literis dimiſſoriis, nec pro ſigillo, nec pro alia quacunque de cauſa, etiam ſponte oblatum.
Nec etiam a miniſtris Epiſcoporum.

De notarijs in hoc caſu.

Notarii in his tantum locis, in quibus non uiget laudabilis conſuetudo nihil accipiendi, pro ſingulis literis dimiſſoriis decimam tantum unius auri accipere poſsint: dummodo eis nullum ſalarium ſit conſtitutum pro officio.
Nec Epiſcopo ex notarii commodis aliquod emolumentum directè, vel indirectè perueniat, non obſtantibus, &c.

2 Non ordinentur niſi habentes beneficium, uel cum obligatione patrimonii. Deinceps clericus aliquis ſęcularis quā uis aliàs ſit idoneus, moribus, ſcientia, & ætate ad ſacros ordines non promouebitur, niſi prius legitimè conſtet eum beneficium eccleſiaſticum, quod ſibi ad uictum honeſtè ſufficiat pacifice poſſidere. Id verò beneficium reſignare nō poſsit, niſi facta mentione, quod ad illius beneficii titulum ſit præmotus, neque ea reſignatio admittatur: niſi conſtito, quod aliunde minore commodas poſsit: & aliter facta reſignatio nulla ſit. Patrimonium verò, vel penſionem obtinentes ordinari poſthac non poſsint, niſi illi quos Epiſcopus iudicauerit aſſumendos pro neceſsitate, vel commoditate eccleſiarum ſuarum; eo quoque prius perſpecto patrimonium illud, vel penſionem uere ab eis obtineri taliaq; eſſet, quæ eis ad vitam ſuſtentandam ſatis ſint, atque illa deinceps ſine licentia Epiſcopi alienari, aut extingui, uel remitti nullatenus poſsint; donec beneficium eccleſiaſticū ſufficiens ſint adepti, vel aliunde habeant, vnde viuere poſsint: antiquorum Canonum pęnas ſuper his innouando.

De fructibus in diſtributiones conuertendis.

3 Vbi diſtributiones non ſunt, uel ſunt ita tenues, ut negligantur ueriſimiliter epiſcopi in diſtributiones quotidianas cōuertant tertiam partem fructuum, prouentuum, & obuentionum, tam dignitatum, quàm canonicatuum, & ut latius in ipſo.

De Sacerdote adiungendo.

4 Vbi unus Sacerdos non ſufficit populo numeroſo, Epiſcopi tanquàm, &c. cogunt Rectores ad adiuhgendum tot Sacerdotes, quot ſufficiant ad ſacramenta exhibenda, & cultum diuinum celebrandum.

De erigenda noua parochia.

In eodem capit. ob locorum diſtantiam, ſiue difficultatem Epiſcopi, conſtituere poſſint nouas parochias rectoribus inuitis cum portione fructuum, & ut latius in eo.

De unione per Epiſcopos.

5 Episcopi tanquàm, &c. poſſunt unire eccleſias iuxta formam iuris.

De imperitis Rectoribus, & turpiter uiuentibus, & coadiutore, aut Vicario aſsignando.

6 Quando Rectores ſunt imperiti, Epiſcopi tanquàm, &c. poſsint deputare coadiutores, aut Vicarios, cum parte fructuum, vel aliter prouidere. Facultas uerò ſit puniendi eos, qui turpiter uiuūt monitos, & adhuc incorrigibiles, appellatione remota.

De transferendis beneficijs.

7 Episcopi tanquàm, &c. poſſunt transferre beneficia ſimplicia vetuſtate, uel aliàs collapſa, nec poſsint reparari ex paupertate: Ad matrices, aut alias eccleſias uocatis iis, quorum intereſt.

De

De collapſis parochialibus, et reparandis ex fructibus.

Eodem cap. procurent autem parochiales collapſas reſtaurari, uel ex fructibus, uel in eorum defectum omnibus remediis id fieri per parochianos, ipſos cogendo quacunque appellatione remota. Quòd ſi omnes nimia egeſtate laborent, transferantur cum facultate cõuertendi eas in uſus etiam prophanos, non tamen ſordidos, erecta ibi cruce.

De uiſitandis commendatis monaſterijs, & reparandis ſequeſtratione fructuum.

8 Epiſcopi tanquàm, &c. uiſitent commendata monaſteria, & beneficia curata, & non curata, ſæcularia, & regularia, & cogant reparari, etiam per ſequeſtrationẽ fructuum: & ſi cura imminet animarũ, exerceatur appellatione, &c. non obſtantibus. Et ſi uigeat regularis obſeruantia, Epiſcopi admoneant ſuperiores, ut uiſitent: & ſi non uiſitauerint ita moniti, tunc Epiſcopi tanquàm, &c. uiſitare poſſint, & corrigere.

De quæſtorum eleemoſinarum uſu ſublato.

9 Nomen, & uſus quæſtorum eleemoſinarum propter abuſum penitus aboleatur nec ulterius admittantur ad officium huiuſmodi exercendum. Indulgentias uerò aut alias ſpirituales gratias, quibus non ideo Chriſti fideles decet priuari, decernitur publicandas eſſe per ordinariũ adhibitis duobus de capitulo. Quibus Epiſcopis facultas datur eleemoſinas, atque oblata ſibi charitatis ſubſidia, nulla mercede accepta, fideliter colligendi. vt tandem omnes verè intelligant hos eccleſiæ theſauros non ad quæſtum, ſed ad pietatem exerceri.

XXII. Seſsio. Die 17. Septemb. 1562.

Doctrina de ſacrificio Miſſæ in multis cap. & canonibus.

Decretum poſtea de reformatione.

1 Tractatur de clericorum uita, honeſtate, cultu, doctrina retinenda, & de aliis omnibus rebus. Nec appellatio ad morum correctionem admittenda eſt.

Clerici arma portantes, & uſurarii excommunicentur c.2. de vita, & hon. cle.

De qualitate in cathedralibus.

2 In aſſumendo ad cathedrales, ſi fuerit ſęcularis, ultra qualitatem, ſupra ſeptima Seſsione cap. 1. requiritur, ut fuerit in ſacro ordine ſpacio ſex menſium; & deficiente notitia recenti in curia, ſumatur notitia a Legatis Sedis Apoſtolicæ, nunciis, aut eius ordinario, aut uicinioribus: & ſit in uniuerſitate magiſter, ſiue doctor, aut licẽtiatus in Theologia, aut iure canonico, aut oſtendatur idoneus alios ad docendos teſtimonio publico alicuius Academiæ.

Quòd ſi Regularis fuerit, a ſuperioribus ſuæ religionis ſimilem fidem habeat.

De diſtributionibus quotidianis.

3 Datur facultas Epiſcopis tanquàm, &c. diuidendi ex fructibus tertiam partem in diſtributiones quotidianas amittendas ex abſentia arbitrio Epiſcoporum, & applicandas fabricæ, ſi indiget, aut pio loco. Sed ſi dignitas, ex qua fructus diuiſi ſint, ſit extra ciuitatem, & habeat curam, is, qui incumbere uoluerit, eo tempore præſens habeatur. & hæc locum habeant in eccleſiis, ubi non eſt cõſuetudo de amittendã tertia parte fructuum.

De uocem habentibus in capitulo.

4 Qvi non ſint ſaltim Subdiaconi, non habent uocem in capitulo.

De ſuſcipiendis ordinibus requiſitis.

Si qui uerò obtinent, uel in poſterum obtinebunt dignitates, perſonatus, præbendas, aut portiones, ac alia beneficia, quibus uaria onera annexa ſunt, iuſto impedimento ceſſante, teneãtur infra annum ſuſcipere ordines requiſitos; aliter incurrant pęnam Clem. ut ii, de ætate, & qualitate.

Cogantur exercere per ſe, & de ætate, & tempore prouiſionis.

Eodem cap. cogant Epiſcopi per ſe ipſos exercere, quæ debent: & in poſterũ non fiat prouiſio; niſi iis, qui iã ætatem, & cæteras habilitates habeant; aliter ſit irrita prouiſio.

Diſpenſationes committantur ordinarijs.

5 Dispensationes concedendæ extrà Romanam curiam committuntur tantum ordinariis: & ſi gratioſè concedantur; non ſortiantur effectum, niſi prius ab

Epi-

De ſuperſtitione prohibita; & quòd accedatur ad parochias.

Qvòd ſeruetur tantum uſus eccleſiæ; ſed Epiſcopi remoueant uſum quarundam miſſarum, & certum numerum candellarum.

Et moneant populum, ut frequenter accedat ad parochias ſaltim feſtiuis Dominicis, & maioribus feſtiuis.

Hæc omnia ſummatim, quia Epiſcopi etiam tanquàm &c. non ſolum iſta, ſed prout ipſis uiſum fuerit, monere debēt, corrigere, & populum fidelem compellere, non obſtantibus, &c.

Decretum de poſtulatione calicis.

Qvod eſt priuilegium, ut non celebrantes, & laici poſſunt uti ſacramento calicis. & ſacrum Concilium reſeruauit totum negotium S.D.N. utrum debeat concedi, uel ne, uel nationi, uel regno.

Xxiii. Sessio, Die 16. Iulii. 1563.

Decretum de reformatione in cap. 18.

De reſidentia Epiſcoporum, & Cardinalium.

1 Tractat de reſidentia Epiſcoporum, & Cardinalium: & multas pœnas addit decreto ſupra ſeſſio. 6. cap. 1. & declarat cauſas abſentiæ eſſe ex vrgenti neceſſitate in ſcriptis approbandas à Ro. Pōt. à Metropolitano, aut antiquiori ſuffraganeo. Et quòd ex abſentia oues nullum damnum accipiant. Et tempus abſentiæ in anno ſiue continuum, ſiue interruptum debere eſſe duorum menſiū, aut ad ſummum trium. Et non ſit abſentia: Aduentus Domini; Quadrageſimæ; Natiuitatis; Reſurrectionis Domini; Penthecoſtes; & Corporis Chriſti.

Contrafaciens ultra pœnas in dicta. vi. ſeſſione, & mortalis peccati, non faciat fructus ſuos; ſed priuatus ſit.

De inferioribus.

Eadem eſt pœna quò ad culpam, & amiſſionem fructuum: & in caſu abſentiæ cauſa eſt approbanda ab Epiſcopo in ſcriptis Vicario aſſignato.

Abſentes autem citati, & contumaces, poſſunt etiam priuari ab Epiſcopo quibuſcunq; non obſtantibus. Et quòd hoc decretum unà cum illo in vi. Seſſione publicetur in Conciliis prouincialibus, & ſynodalibus.

De tempore conſecrationis Epiſcoporum.

2 In Eccleſiis Cathedralibus Epiſcopi etiam S. R. E. Card. conſecrentur infra tres menſes; aliter teneantur fructus perceptos reſtituere. Et ſi intrà totidem mēſes poſtea id facere neglexerint, ſint ipſo iure priuati eccleſiis.

De hoc etiam ſupra ſeſſ. 7. cap. 9.

De ordinationibus.

3 Episcopi per ſe ordines conferant. Impediti ſubditos ſuos nō antequàm iam probatos, & examinatos, ad alium Epiſcopum ordinandos dimittant.

De prima Tonſura.

4 Primam tonſuram petentes ſacramentum confirmationis prius ſuſceperint, & de erudimentis Dei edocti ſint, & legere, & ſcribere ſciant, & probabilis coniectura ſit eos non fraude fugiendi iudicii ſęcularis hoc uitę genus elegiſſe; ſed ut Deo fidelem cultum præſtent.

De teſtimonio habendo tam in minoribus, quàm maioribus ordinibus.

5 Promovendi ad minores ordines habeant teſtimonium à magiſtro ſcholæ. Sed qui aſſumendi ſunt ad maiores, per menſem ante ordinationem Epiſcopū adeant; qui aut Parocho, aut cui uidebitur, committat; ut diligenter inquirat à fidedignis de Natalibus, moribus, & uita eorum, qui uolunt promoueri; & trāſmittant ad Epiſcopos literas teſtimoniales.

De ætate ad obtinendum beneficium.

6 Prima tonſura initiatus, aut in minoribus ordinibus conſtitutus non obtineat beneficium ante annum xiiii. & is fori priuilegio non gaudeat; qui beneficium non habeat, aut clericalem habitum, & tonſuram, deſeruiat eccleſiæ, aut in aliqua ſchola, quaſi in uia ad maiores ordines uerſetur.

De Clericis coniugatis.

De Clericis coniugatis ſeruetur. cap. primum de Clericis coniugatis in 6.

7 Obſeruatio Epiſcopi, quando uult ordinare.

De temporibus ordinationum.

8 Ordinationes fiant ſtatutis temporibus,

bus, de quibus c.3. de temporibus ordinatio. Et unuſquiſque ordinetur à ſuo Epiſco. Qui petit ab alio, non promoueatur, niſi ordinatarii teſtimonio commendetur. Qui ſecus fecerint, ordinans ſit ſuſpenſus per annum; ordinatus autem quàm diu ordinatio uidebitur.

9 De ordinando familiari Epiſcopi requiſita.

De Abbatibus in ordinibus conferendis.

10 Abbates non conferant tonſuram, uel minores ordines alicui, qui non ſit ſibi ſubditus. Ac ipſi Abbates, aut alii exempti, aut collegia, uel capitula cathedralium eccleſiarum, non concedant literas dimiſſorias, cum pęna, de qua ſupra ſeſſ.7.cap.10.

Qualitas minorum ordinum; & quando maior poſſit ſuſcipi.

11 Petentes minores ordines latinam linguam intelligant; & dentur per temporum interſtitia; niſi aliud Epiſcopo uidebitur. Et ſeruiant eccleſiæ, cui ſunt adſcripti, niſi adſint ſtudiorum cauſa. Atq; ita nō niſi poſt annum a ſuſceptione poſtremi gradus minoris, ad ſacros promoueantur, niſi neceſſitas, aut eccleſiæ utilitas iudicio Epiſcopi aliud expoſcat.

Subdiaconorum, & Diaconorum qualitas.

12 Subdiaconus ſit annorum xxii. Diaconus xxiii. Presbyteri non ante annum xxv. Et non omnes dictæ ætatis eligantur; ſed digni tantum.

Regulariter ſint dictæ ætatis, & cum diligēti examine Epiſcopi priuilegiis, &c. non obſtantibus.

De Subdiaconorum alia qualitate.

13 Vltra alia Subdiaconi ſciant decere diebus Dominicis, & ſolennibus ſacrā communionem aſſumere. Et ante annum non ordinentur ad Diaconatum, niſi aliud Epiſcopo uidebitur pro eccleſiæ utilitate, aut neceſſitate.

Nec duo ſacri ordines dentur eodem die, etiam regularibus priuilegiis &c.

De requiſitis circa Presbyteros.

14 Non ordinetur Presbyter, niſi poſt annum Diaconatus: niſi aliud uidebitur Epiſcopo, & cauſa eſt bona, utilitas, uel neceſſitas eccleſię.c.6.de æta.& quali.& comprobetur diligenti examine eſſe habilem ad docendum populum, & ſacramenta miniſtranda.

Et curet Epiſcopus, ut ſaltim Dominicis diebus, & ſolemnibus feſtis miſſas celebret.& ſi habet curam, tam frequenter, ut ſuo muneri ſatisfaciat. cum promotis per ſaltum ſi non miniſtrauerint, Epiſcopus ex cauſa legitima poteſt diſpenſare.

Presbyteros non curatos confeſſiones audire prohibetur.

15 Praesbyteri nō audiant confeſſiones, niſi obtineant Parochialem, aut ab Epiſcopo per examen, ſi uidebitur eſſe neceſſarium, aut aliàs idoneus iudicetur.

Vt nullus ordinetur, niſi ex cauſa, & de Peregrinis non admittendis ad diuina officia.

16 Nullus ordinetur in poſterum, qui eccleſiæ, aut pio loco, pro cuius utilitate, aut neceſſitate aſſumitur, adſcribatur, niſi ut ſuis fungatur muneribus: Nec incertis uagetur ſedibus.

Quod ſi locum inconſulto Epiſcopo deſeruerit ſacramētorum exercitium interdicatur.

Nullus præterea clericus peregrinus ſine commendatitiis litteris ab ullo Epiſcopo ad diuina officia celebranda, & ſacramenta adminiſtranda admittatur.

Functiones minorum ordinum reſtituendæ.

17 Fvnctiones quatuor minorum ordinum reſtituantur, & ab Epiſcopo, & prælatis ſtipendia ex aliqua parte reddituū ſimplicium beneficiorum aſſignentur eas exercenti, & puniantur, ſi negligentes ſint. Et iſtis deficientibus, coniugati uitæ probatæ, & qui tonſuram, & habitum clericalem geſtent, ſuffici poſſunt.

18 De Seminario late inter cætera pueri, debent recipi quo ad minimum duodecim ann. & ex legitimo matrimonio nati ſint, ac legere & ſcribere competenter nouerint: & quorum indoles, & uoluntas ſpem afferat eos eccleſiaſticis miniſteriis perpetuò inſeruituros: & pręcipuè pauperum filios debent eligi.

Et quia ad onera ſuſtinenda certi redditus ſunt neceſſarii ultra ea, quæ ad inſtitudos

dos uel alendos pueros ſunt in aliquib. eccleſiis & locis deſtinata quæ eo ipſo huic ſeminario applicata cenſentur Epiſcopus cũ Cõſilio duorum de capitulo. Ex fructibus integris mẽſe Epiſcopalis & capituli & quarumcunque dignitatũ perſonatuum officiorum præbendarum portionum Abbatiarum & prioratuum cuiuſcunque ordinis, & beneficiorum quorumcunque regularium etiam ſi Iuriſpatronatus fuerint: partem aliquam uel portionem detrahent, & eam portionem ſic detractam, necnon beneficia aliquot ſimplicia cuiuſcunque qualitatis, & dignitatis fuerint uel etiã prẹſtimonia huic collegio applicabunt & incorporabunt, quod locum habet etiam ſi beneficia ſint reſeruata uel affecta. Et ad hanc portionem ſoluendam etiam penſionarii ſoluere compelluntur per cenſuras eccleſiaſticas etiam uocato ad hoc ſi uidebitur auxilio brachii ſecularis, ſuccedente uero caſu quo per uniones effectum ſuum ſortientes uel aliter ſeminarium ipſum in totum uel in partem dotatum reperiatur: Tunc portio ex ſingulis beneficiis ut ſupra detracta & incorporata ab Epiſcopo prout res ipſa exegerit, in totum vel prõ parte remittatur. Rationes autem redituum huius Seminarii Epiſcopus an nu merus ſingulis accipiat preſẽtibus duobus à capitulo, & totidem a clero ciuitatis deputatis.

Sessio XXIII. de Matrimonio. Die II. Nouembris 1563.

Doctrina de ſacramento matrimonii cum canonicus.

Poſtea decretum de reformatione matrimonii.

De denuncijs faciendis, uel omittendis.

Tres denunciæ faciendæ ſunt à proprio parocho, quibus denunciationibus factis, ſi nullum legitimum impedimentũ opponatur, ad celebrationem matrimonii in facie eccleſię procedatur, intellecto mutuo conſenſu matrimonii.

Quòd ſi probabilis ſuſpitio fuerit, matrimonium malitioſè impediri poſſe propter tot denunciationes, tunc una tantum fiat, uel ſaltim parocho, & duobus teſtibus præſentibus celebretur matrimonium & deinde tribus continuis diebus feſtiuis inter miſſarum ſolennia publicè denuncietur. Niſi ordinarius iudicauerit, quòd omittantur, ſuo arbitrio.

De nullitate contractus matrimonij.

Qui aliter, quàm præſente parocho, uel alio ſacerdote de ipſius parochi, ſeu ordinarii licentia, & duobus, uel tribus teſtibus, matrimonium contrahere attentabunt, ſunt inhabiles omnimodo ad ſic contrahendum; & huiuſmodi contractus eſſe irritos, & nullos; addita pœna parocho, & teſtibus, arbitrio ordinarii.

De benedictione ſponſorum.

Hortantur coniuges, antequàm contrahant, ſaltim triduo cõfiteri peccata ſua, & accedere ad ſanctisſimam euchariſtiam.

Moderatio cognitionis ſpiritualis.

Statuitur, ut unus compater, & una commater accipiatur, & reſtringitur cognatio ſpiritualis ad quatuor genera perſonarum, inter quas ſit cognatio ſpiritualis.

Prima inter ſuſcipientem de baptiſmo, & ipſum baptizatum.

Secunda inter ſuſcipientem, & patrem, & matrem baptizati.

Tertia inter ſacerdotem, & baptizatum.

Quarta inter ſacerdotem, & patrem, & matrem baptizati.

Poſtremò decernitur, ſi aliter factum fuerit, puniri Parochum ad arbitrium ordinarii.

De confirmatione.

Cognatio ex confirmatione non egreditur perſonas has, uidelicet ipſum confirmantem, & confirmatum, illiusque patrem, & matrem, & tenentem.

De impedimento Iuſtitiæ publicæ honeſtatis.

3 Tollitur impedimentum Iuſtitiæ publicæ honeſtatis ex ſponſalibus quacunque ratione inualidis. Ex ualidis autem ultra primum gradum non excedit.

Reſtringetur impedimentum ex fornicatione.

4 Impedimentum ex fornicatione, quod impedit matrimonium, ac poſtea factũ dirimit,

branda eſt, in qua omnes illi etiam exēpti debent accedere ratione tamen parochialium aut aliarum ſecularium Eccleſiarum, qui illarum curā gerunt, qui cunque ſint.

Quod ſi in his tam Metropolitanus quàm Epiſcopi & alii negligentes fuerint, incurrant pœnas ſancitas ſacris canonibus.

De Viſitatoribus.

3 Continetur materia uiſitationis tam Metropolitani, quàm Epiſcopi qui uiſitant per ſe ipſos aut impediti per Vicarium aut uiſitatorem, quę anno uel biennio propter latitudinem completur.

Cathedrales non uiſitentur a Metropolitano niſi cauſa cognita & approbata à Concilio prouinciali.

De uiſitationibus inferiorum.

Archidiaconi, Decani, & alii qui poſſunt ex conſuetudine uiſitare, uiſitent cum notario de conſenſu Epiſcopi per ſe ipſos tantum, & idem in uiſitatoribus a capitulo eligēdis, prius tamē ab Epiſcopo approbatis.

Sed non impeditur Epiſcopus, vel Vicarius, aut Viſitator etiam uiſitare eaſdem Eccleſias ab inferioribus uiſitatas, imo viſitatores inferiores intra menſem tenentur præſentare Epiſcopo uiſitationes ſuas, non obſtante &c.

Scopus uiſitationum.

Scopus viſitationum eſt inducere ſanam orthodoxamque doctrinam expulſis hęreſibus bonos mores tueri prauos corrigere populum cohortationibus, & admonitionibus ad religionem, pacem, innocentiamq; accendere, & cætera conſtituere, prout locus, tempus, & occaſio poſtulat. Et omnes moneantur, ut accipiant monita uiſitantium.

De procuratione, ſiue expenſa.

Aliud non accipiatur niſi pro uictualibus, quæ Epiſcopo, & ſuis frugaliter, & moderate pro temporis neceſsitate, & non ultra erunt ſumminiſtranda.

De optione circa procurationem.

Sit tamē in optione eorum, qui uiſitātur, ſi maluerint ſoluere, id quod ab ipſis antea ſolui certa pecunia taxata conſuetum fuit, an uero victualia præſtare, ſaluo item iure antiquarum conuentionū. Qui plus exegerit vltra reſtitutionem ſubiaceat, cap. exigit, de cenſibus, in 6.

Patroni non ſe immiſceant de ſacramentis.

Patroni in his, quæ ad ſacramentorum adminiſtrationem ſpectant, non ſe impediant, nec ſe immiſceant bonis ſtabilibus, ſeu fabricarum prouentibus, niſi quatenus ex inſtitutione, ac fundatione eis competit. Sed Epiſcopi hoc faciant, ac curent redditus fabricarum expendi in uſus Eccleſiæ neceſſarios, prout expedire uiſum fuerit.

De prædicatione facienda.

4 Episcopus debet prædicare, aut illi qui aſſumpti fuerint eo impedito ad prædicationis munus.

De prædicatione in parochialibus.

In aliis Eccleſiis parochi prædicent, ſiue eis impeditis per alios deputandos ab Epiſcopo, impenſis eorum, qui id præſtare tenentur, vel ſolent in ciuitate, uel quacunque parte Diœceſis ſaltem omnibus Dominicis, & ſolemnitatibus diebus feſtis, tempore ieiuniorum, Quadrageſimę, & aduentus quotidie, uel ſaltem tribus diebus in hebdomada, ſi ita oportere duxerint. Et Epiſcopus moneat populum, ut debeat adeſſe Parochiæ ad audiendum verbum Dei.

De prohibitis prædicare.

Nullus ſecularis, uel regularis etiam in Eccleſiis eorum ordinum contradicente Epiſcopo prædicare pręſumat.

Vt Pueri doceantur rudimenta fidei.

Iidem Epiſcopi curabunt ſaltem dominicis, & aliis diebus feſtis in ſingulis parochiis pueros diligenter edoceri ab iis ad quos ſpectat rudimenta fidei, & obediētiam erga Deum, & parentes.

De cauſis grauioribus criminalibus contra Epiſcopos.

5 Cauſę criminales grauiores etiam hęreſis contra Epiſcopos, quæ depoſitione, uel priuatione dignæ ſunt, ab ipſo ſummo Pontifice cognoſcantur, & terminentur. Et ſi committendæ ſint, extra Rom. curiam committantur Metropolitanis, aut Epiſcopis eligendis a Beatiſſimo Papa, ſignatura manu propria,

& proceſſus ſtatim tranſmittatur ad ipſum Rom. Pont.

Sed minores cauſæ criminales Epiſcoporum cognoſcantur, & terminentur in prouinciali cõcilio, uel a deputatis per concilium.

De facultate Epiſcoporum in diſpenſatione.

6 Licet Epiſcopis in omnibus irregularitatibus, & ſuſpenſionibus ex delicto occulto prouenientibus excepta ea, quæ oritur ex homicidio uoluntario, & cæteris deductis ad forum contentioſum, & in quibuſcunque caſibus occultis etiam Sedi Apoſtolicæ reſeruatis diſpenſare quoſcunque delinquentes ſibi ſubditos in ſua Diœceſi per ſe, uel per Vicarium in foro conſcientiæ, & gratis abſoluere appoſita pœnitentia ſalutari. Idem in hæreſis crimine in eodem foro conſcientiæ eis Epiſcopis tantum, non Vicario ſit permiſſum.

De explicatione ſacramentorum lingua uulgari.

7 Episcopvs, & Parochi debent explicare uim ſacramentorum, etiam lingua vernacula, ſi opus fuerit iuxta formam in Catecheſi præſcribendam, quod uerti debeat in linguam vulgarem. Et Curati debent explicare populo dictũ Catechiſmum, & in miſſarum ſolemnia ſtudeant diebus feſtis, uel ſolemnibus populum erudire uernacula lingua ſacra eloquia.

De publica pœnitentia & ex cauſa commutanda.

8 Pvblice peccantes publice puniendi ſunt, niſi Epiſcopo uideatur eam pęnam commutare. Et de pęnitentiario eligendo, & illius qualitate.

De uiſitationibus etiam nullius diœceſis.

9 Ordinata circa viſitationem, de quibus ſupra ſeſſ. VI. cap. 4. & ſeſſ. VII. ca. 8. & ſeſſ. XXI. cap. 8. obſeruentur in Eccleſiis, quæ nullius dicuntur eſſe Diœceſis, & uiſitentur ab Epiſcopo proximiori, aut ab electo in prouinciali concilio non obſtantibus &c.

Appellatio prohibita in correctione morum.

10 In omnibus, quæ ad viſitationem, & correctionem morum ſpectant factis ab Epiſcopo, tanquam &c. Appellatio non impediat, aut ſuſpendat, ſeu querela apud Sedem Apoſtolicam interpoſita.

Priuilegia non obſtant ſubiectioni.

11 Privilegiis, & exemptionibus quorumcunque nihil detractum eſſe intelligatur, quominus ii, quibus iam conceſſa ſunt, uel in poſterum concedi contingerit ſubiecti ſint ordinariis, tamquam ſedis Apoſtolicæ delegatis. Et quo ad capellanos Regios ſeruetur c. cum capella, de priuilegiis. Et exceptis iis, qui actu ſeruiunt monaſteriis, aut militiis, & intra eorum ſepta, ac domos reſidét, ac ſub eorum obedientia uiuunt, de qua ordinario conſtare debet, non obſtantibus etiam S. Ioannis Hyeroſolimitani, & aliarum militiarum.

Reſidentes in Rom. curia vigore Eugenianæ conſtitutionis, quæ eſt in extrauagãtibus communibus de priuileg. c. 3. aut famil. Card. priuilegia non proſunt, qui obtineret beneficia eccleſiaſtica, ratione quorum ſubſunt iuridictioni ordinarii, non obſtantibus &c.

De ætate ad curata, & de Archidiaconis.

12 Nemo ad dignitates quibus animarum cura ſubeſt promoueatur, niſi attigerit vigeſimumquintum annum, & habeat alia requiſita in c. cum in cunctis, de electionibus, & c. licet canon, de electionibus, in ſexto.

Archidiaconi qui oculi Epiſcopi dicuntur, ſint in omnib. Eccleſiis, ubi fieri poterit, magiſtri in Theologia, ſeu Doctores, aut licentiati in iure canonico.

De ætate ad cæteras dignitates.

Ad cæteras dignitates ſine cura Clerici idonei, & non minores xx. annorum adſciſcantur.

De fidei profeſſione facienda.

Patroni à die adeptæ poſſeſsionis de beneficiis curam habentibus intra duos menſes de fidei ſuæ orthodoxæ profeſſionem habere debent.

De ordine aut ætate requiſita habendis.

Neminem recipiant ad dignitaté canonicatũ, aut portioné, niſi eũ, qui eo ordine ſacro, aut ſit initiatus, qui requiritur, aut in tali ætate, vt infra tempus, & hoc concilio ſtatuto initiari ualeat.

Cano-

Canonici omnes ſint ſaltem ſubdiaconi & presbiteri, & Doctores, aut licentiati.

In omnibus cathedralibus canonicatus omnes, ac portiones habeant annexum ordinem ſaltem ſubdiaconi, & Epiſcopus cum conſilio capituli deſignet, quiſque eſſe debeat ex ſacris ordinibus: ita tamen vt dimidia ſaltem pars ſint preſbyteri, niſi conſtitutio laudabilis ſit, ut omnes ſint presbyteri: Hortatur ſancta Synodus, quòd ſaltem dimidia pars in cathedralibus, & collegiatis inſignibus canonicatus conferantur magiſtris, uel Doctoribus, aut licentiatis in Theologia, uel iure canonico.

De abſentia Canonicorum & pœna.

Non liceţ obtinentibus canonicatum, præbendam, aut portionem abeſſe ultra tres menſes quolibet anno, niſi ex ſtatuto maior tempus requiratur. Alioquin priuatus ſit dimidia parte fructuum etiã perceptorum primi anni. Secundi autem omnium fructuum, & creſcente cõtumacia contra eum procedatur iuxta conſtitutiones Canonum c. licet, de præbendis.

De diſtributionibus quotidianis.

Distributiones tantum recipient ii, qui ſtatis horis interfuerint iuxta c. conſuetudinem, de clericis non reſidentibus in ſexto. Quod ſancta Synodus innouat.

Omnes per ſe exerceant officia non per ſubſtitutum.

Omnes compellantur obire officia diuina per ſe, non per ſubſtitutum, ac aſsiſtere Epiſcopo celebranti, & alia pontificalia exercenti in choro laudare Deum hymnis, & canticis, & decenti habitu, tam in eccleſia, quàm extra, & ab illicitis ſe abſtinere.

Cætera de nouo proponenda prouideantur à prouinciali concilio, & interea Epiſcopus ſaltem cum duobus de capitulo in his, quæ expedire uidebitur poterit prouidere.

De Cathedralibus redditibus tenuibus.

13 Quando Cathedralis Eccleſiæ tam tenuis redditus ſunt, & anguſtæ, ut non reſpondeant Epiſcopali dignitati concilium prouinciale uocatis, quorum intereſt, examinet, an expediat eas unire uicinis, vel augere nouis prouentibus, & inſtrumenta de præmiſsis mittere ſummo Pont. qui prudentia ſua iudicabit, quid expediat.

De Epiſcopo indigenti.

Et interim Epiſcopo indigenti poterit à Pontifice prouideri de aliquibus beneficiis, dummodo non ſint curata, nec dignitates, ſeu canonicatus, & præbendæ, nec monaſteria, in quibus uiget regularis obſeruantia, vel ſubſunt capitulis generalibus, & cæteris viſitatoribus.

De Parochialibus pauperibus.

In Parochialibus ſi per unionem fieri nõ poſsit, non tamen regularium, Epiſcopus curabit primitiarum, uel decimarũ aſsignatione, aut parochorum ſimbola, & collectas, aut qua commodiori ratione ei uidebitur tantum redigere, quod pro Rectoris, & parochiæ neceſsitati decenter ſufficiat.

In quibus unio parochialium eſt prohibita.

In vnionibus faciendis ex dictis cauſis, ſeu aliis parochiales Eccleſiæ non uniantur monaſteriis quibuſcunque, aut Abbatiis, ſeu dignitatibus ſiue præbendis Eccleſiæ cathedralis, uel collegiatę, ſeu beneficiis ſimplicibus, aut hoſpitalibus.

Vnitæ reuideantur ab ordinariis.

Et quæ vnitæ ſunt reuideantur ab ordinariis, iuxta ordinationem ſub Paulo Tertio.

De valore Epiſcopatuum, & parochialium in penſionibus imponendis.

Cathedralis quæ ſummam ducatorum mille, & Parochialis ducatorum cẽtum, ſecundum uerum valorẽ non excedunt non grauentur penſionibus, ſeu fructũ reſeruatione. In his quoque ciuitatibus ac locis, ubi Parochiales non habẽt certos fines, mandatur Epiſcopis, ut diſtincto populo proprium Parochum aſsignent, aut alio utiliori modo prouideant, prout loci qualitas exegerit.

Et in ciuitatibus, ubi nullæ ſunt parochiales, quam primum curent fieri parochiales non obſtantibus &c.

De pactis illicitis.

Mandatur Epiſcopis, ne obſeruent conditiones

tiones, ſeu deductiones ex fructibus, ſolutiones, prouiſiones, compenſationes illicitas in electione, præſẽtatiõe, nominatione, inſtitutione, cõfirmatione, uel alia prouiſione, ſiue admiſsione ad poſſeſsionem quorumcunq; beneficiorum. Et ut diligenter cognoſcant, de eorum conſtitutionibus, & exceptis laudabilibus reliquas, ut prauas, & ſcandaloſas reiiciant, & aboleant: Pœna contrafacientibus impoſita a diuerſis Pontificibus, contra ſimoniacos innouata non obſtantibus &c. De quibus Epiſcopi tanquam &c. cognoſcere poſſunt de ſurreptione, obreptione, & intentionis defectu.

Prouiſio quando Parochiales ſunt tenues.

15 Qvando Parochiales ſunt tenues, & frequentes, ut non ſufficiant pro decenti gradu ſuſtinendo: poteſt Epiſcopus, uel unire ſimplicia beneficia, non tamen regularium, uel ad pauciorẽ numerum reducere, dummodo tot ſuperſint, quæ diuino cultui, ac dignitati Eccleſiæ ualeant commode reſpondere non obſtãtibus &c.

Nec prædictæ vniones, aut ſuppreſsiones tolli, uel impediri poſſunt ex quacunq; prouiſione etiam uigore reſignationis, aut quibuſuis aliis derogationibus, uel ſuſpenſionibus.

De Oeconomo eligendo uacante ſede morte Epiſcopi.

16 Vacante ſede morte Epiſcopi eligatur œconomus à capitulo, aut ipſo negligẽte a Metropolitano.

Vel vacante Metropolitana Eccleſia ab antiquiori Epiſcopo ſuffraganeo, qui curam gerat prouentuum rerum eccleſiarum, & reddat rationem promoto, non obſtante quacunque liberatione. Et capitulum teneatur rationem reddere de ſcripturis pertinentibus ad Eccleſiã, ſi quę ad capitulum peruenerint.

Vnum beneficium ſingulis conferendum.

17 Mandatvr quibuſcunque perſonis etiam Card. vt in poſterum vnum tantum beneficium conferatur, quod ſi non ſufficit ad uitam, aliud ſimplex ſufficiens conferatur, dummodo vtrumque reſidentiam non requirat. Et hęc non modo pertineant ad cathedrales, ſed etiam ad alia omnia beneficia, tam ſecularia, quam regularia etiam commendata.

De obtinentibus plura beneficia.

Illi uerò qui de præſente plures parochiales, aut unam parochialem, aut aliam cathedralem obtinent, cogantur omnino, una tantum parochiali uel ſola cathedrali retenta, alias dimittere, diſpenſationibus, & unionibus ad uitam quibuſcũque non obſtantibus. Alias ipſo iure tã parochialis quam omnia beneficia quæ obtinent uacare cenſeantur, nec poſtea tuta cõſcientia poſſunt retinere fructus. Optat autem ſancta Synodus a ſum. Põt. reſignantibus prouideri.

De concurſu faciendo in uacatione parochialium.

18 Vacante parochiali eccleſia per obitũ uel reſignationem etiam in curia aut quandocumq; reſeruata deputetur uicarius. Nominet Epiſcopus clericos idoneos coram examinatoribus; & ſit etiam libertas aliis deferẽdi nomina aliorum, & ſi uidebitur Epiſcopo proponat edictum, & omnes nominati examinentur ab examinatoribus tribus ad minus, quorum uotis ſi pares fuerint, aut ſingulares accedere poſsit Epiſcopus uel uicarius quibus magis uidebitur.

Poſtea de examinatoribus, & eorum officio, nam annis ſingulis in diœceſana ſynodo ab Epiſcopo uel uicario ad minus ſex proponantur, qui ſynodo ſatisfaciãt, & ab ea probentur. Adueniente q; uacatione tres ex illis eligat Epiſcopus, qui cum eo examen perficiant, & ſuccedente alia uacatione, aut eoſdem aut alios tres, quos maluerit ex prædictis ſex eligat. Sint uero examinatores magiſtri, ſeu doctores, aut licentiati in Theologia ſeu iure canonico, uel alii clerici, ſeu regulares etiam ex ordine mẽdicantium, aut etiam ſæculares qui ad id magis uidebuntur idonei. Iurentq; &c.

Peracto deinde examine, renuncientur ab eis quotcumq; idonei iudicati fuerint ætate, moribus, doctrina, prudentia, & aliis rebus ad uacãtem eccleſiam gubernandam oportunis. Et ex his Epiſcopus

eum

eum eligat, quem cæteris magis idoneũ iudicauerit.

Quando beneficium eſt iuris patronatus eccl. & laicorum.

Si erit iuris patronatus eccleſiaſtici, ac inſtitutio ad Epiſcopum pertineat, patronus præſentabit digniorem ab examinatoribus iudicatum. Si ad alium inſtitutio pertineat, ſolus Epiſcopus eligat digniorem ex dignis, ut patronus eum pręſentet ei ad quem ſpectat inſtitutio. Si fuerit laicorum non debet aliquis admitti niſi ab examinatoribus idoneus repertus fuerit. In omnibus ſupradictis caſibus non prouideatur de eccleſia niſi uni examinato, & ab examinatoribus approbato. Nulla deuolutio, aut appellatio etiam ad S. ſedem impediat aut ſuſpendat relationem examinatorum quo minus executionem habeat. Aliàs prouiſiones omnes ſubreptitiæ ſint non obſtantibus quibuſcumq;.

De examine omittendo.

Qvando redditus eccleſię ſunt exigui, & nõ ferant operam totius examinis, ſeu diſſidia & tumultus poſſent excitari, poterit ordinarius cum deputatis a concilio hanc formam omittere, cæteris tamen ſeruatis. Et liceat ſynodo prouinciali de alia forma prouidere circa examinationem.

De prohibitis expectatiuis.

19 Expectativae non concedantur, nec cõceſsis hactenus uti liceat; reſeruationes mentales, & indulta etiam cardinalibus non fiant, & hactenus conceſſa, abrogata eſſe cenſeantur.

De cauſis tractandis coram ordinario, & prohibita appellatione.

20 In prima inſtantia cauſæ tractandæ ſunt coram ordinario, & omnimodo ſaltem infra biennium terminentur a die motę litis, alioquin poſt id ſpaciũ liberum ſit, partibus uel alteri illarum iudices ſuperiores competentes adire, qui cauſam in eo ſtatu, quo fuerit, aſſumãt, & quàm primum terminari curent, nec antea aliis cõmittantur, nec auocentur, nec ante diffinitiuam ſententiam appellatio admittitur, niſi uim habeat diffinitiuæ, uel per diffinitiuam grauamen reparari nequeat.

Exceptio de tractandis apud Sedem.

Excipivntvr cauſæ apud ſedem Apoſtolicam tractandę uel urgentibus cauſis auocentur, aut committantur a ſummo Põt. ſpeciali reſcripto ſignaturę ſuę Sanctitatis manu propria ſubſcripto.

Matrimoniales cauſæ, & criminales iudicẽtur ab Epiſcopo non decanis, aut archidiaconis aut inferioribus, nec etiam uiſitando.

De paupertate litigantis in cauſa matrimoniali.

Et in quacunq; inſtantia lis matrimonialis pendeat, ſi probata fuerit paupertas, nõ cogatur illa pars litigare, nec in ſecunda, nec tertia inſtantia extra prouinciã, niſi pars altera alimenta & expenſas litis uelit ſubminiſtrare. Legati non impediant ordinarios uti ſua iuriſdictione, nec procedant contra clericos niſi prius requiſito Epiſcopo, & ipſo negligente.

De appellatione in caſu permiſſo et actis tranſmit.

In appellationibus a iure permiſsis datur forma de tranſmittendis actis admonito Epiſcopo, ſi uelit ſignificare aliquid pro cauſæ iuſtificatione.

Xxv. Sessio. De Regul. Die IIII. Decemb. 1563.

Decretum de purgatorio.

Sequitur de inuocatione, ueneratione & reliquiis ſanctorum, & ſacris imaginib.

Decretum de reformatione.

1 De regularibus & monialibus generalia ut non habeant propria.

2 Nemini liceat tam uirorum, quàm mulierum habere bona propria, ſed adminiſtratio pertineat ad officiales eorum, uſus autem mobilium permittatur modicè, contrafaciens priuatus ſit uoce actiua & paſsiua, & iuxta regulas puniatur.

Poſſint habere bona in communi, exceptis Capucinis & Minoribus de obſeruantia.

3 Conceditvr omnibus regularibus & mendicantibus etiam quibus erat prohibitum aut non habentibus priuilegium poſsidendi bona immobilia, & illa poſſidere poſsint, exceptis domibus Sancti Franciſci capucinorum & minorum de obſeruantia.

Conſtituantur tot ſolùm quot poſsint ſuſtentari.

Sed is tantùm numerus conſtituatur, qui poſsit ſuſtentari ex fructibus uel conſuetis eleemoſinis.

Regularis non ſubiaceat alicui ſine licentia.

4 Aliqvis regularis non ſubiaceat alicuius prælati obſequio uel principis, uel uniuerſitatis prætextu etiam prædicationis, aut aliùs operis pii ſine licentia ſuperioris. Nec liceat recedere a conuẽtibus etiam prætextu accedendi ad ſuperiores qui ſiue mandato ſuperioris inuẽtus fuerit habitare extra conuentum ab ordinariis puniatur tamquam deſertor ſui ordinis. Illi autem qui mittuntur ſtudiorũ cauſa ad uniuerſitates in conuentibus tãtum habitent, alioquin ab ordinariis contra eos procedatur.

De monialibus & clauſura ſeruanda.

5 De clauſura abundè innouando conſtitutionem Bonif. VIII. in cap. periculoſo, de ſtatu reg. in VI. Vt clauſura ſeruari debeat ſeu reſtituatur appellatione poſt poſita & inuocato auxilio brachii ſæcularis, ſi opus fuerit, quod ut præbeatur hortatur S. ſynodus principes chriſtianos, & iniungit ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrenda. Nemini liceat ſanctimonialium exire, niſi ex cauſa legitima danda in caſu neceſſario in ſcriptis. Ingredi autem intra ſepta monaſterii nemini liceat cuiuſcunque generis aut conditionis, ſexus, uel ætatis fuerit ſine epiſcopi uel ſuperioris licentia in ſcriptis danda tantùm in caſibus neceſſariis, ſub excommunicationis pœna ipſo facto incurrenda, nec alius ullo modo poſsit etiam uigore facultatis, & indulti hactenus conceſsi.

De monialibus extra mœnia.

Item curent epiſcopi reducere moniales, quæ ſunt extra mœnia intra mœnia inuocato auxilio brachii ſæcularis, & impedientes uel non obedientes compellantur per cenſuras eccleſiaſticas.

Electio ſuperiorum fiat uotis ſecretis.

6 Electio ſuperiorum fiat uotis ſecretis, nec uoces & ſuffragia abſentium poſsint ſuppleri per præſentes abbates, priores, aut alios quoſcunque titulares.

De ætate abbatiſſæ eligendæ.

7 Abbatissa & prioriſſa eligatur non minus annis quadraginta, & poſsit eligi ex alio monaſterio eiuſdem ordinis in defectu. Aut ex eodem ſi incõmodum fuerit xxx. annorum, dummodo uixerit in profeſsione quinquennio. Epiſcopus non ingrediatur clauſtra pro uotis recipiendis, ſed audiat uota ſingularum ad feneſtrellam.

De monaſteriis non ſubiectis.

8 Monasteria non ſubiecta ſuperioribus, nec epiſcopo, nec uiſitatoribus, debeãt infra annum redigere ſe ſe in congregationem iuxta capitulum in ſingulis, de ſtatu monacorum.

De ſubiectis monaſteriis.

9 Monasteria ſubiecta S. ſedi gubernẽtur ab epiſcopo tanquam &c. Quæ uerò regulantur a deputatis a capitulis generalibus, uel ab aliis regularibus ſub eorum cura & cuſtodia relinquantur.

De confeſsione monialium.

10 De confeſsione monialium ſingulo mẽſe: & ſanctiſsima Euchariſtia ſumenda. & præter confeſſorem ordinarium bis, aut ter in anno ab epiſcopo aut ſuperiore alius offeratur, qui omnium confeſsiones debeat audire. Sanctiſsimum Chriſti corpus non conſeruetur in choro, ſed in publica eccleſia, priuilegio quorumcunque non obſtante &c.

Exercentes curam in ſæcularibus ſubſint Epiſcopo.

11 Qvando imminet cura animarũ in monaſteriis tam uirorum quam mulierum illæ perſonæ tam ſæculares, quàm regulares exercentes ſubſint epiſcopo.

Regulares publicent interdicta in eorum eccleſiis.

12 Censvrae, & interdicta nedum a ſede apoſtolica, ſed etiam ab ordinariis promulgata mandante epiſcopo a regularibus in eorum eccleſiis publicentur: atq; ſeruentur. Dies feſti ordinati ab epiſcopo ſeruentur & in exemptis regularibus.

De præcedentia.

13 Componat epiſcopus controuerſias de præcedentia amota appellatione, & quibuſcunque non obſtantibus.

De accedendo ad proceſsiones.

Exempti omnes tam ſæculares, quam regulares,

lares & quicunque monaci compellantur accedere ad publicas proceſsiones his tãtum exceptis, qui in ſtrictiori clauſura perpetuò uiuunt.

De regularibus delinquentibus.

14 Regalares degentes intra clauſtra, ſed extra delinquentes ſæuere puniantur a ſuo ſuperiore epiſcopo inſtante, & ab ipſo intra tempus præfixum, ac certiorẽ faciat epiſcopum de punitione, ſin minus ille ſuperior priuetur officio a ſuo ſuperiore, ac delinquens ab epiſcopo puniri poſsit.

Profeſsione fiat expleto anno XVI.

15 In quacunque religione tam uirorum, quam mulierum profeſsio non fiat niſi expleto anno decimoſexto, & poſt annum probationis poſt ſuſceptũ habitum profeſsio antea facta nulla ſit, nec inducat obligationem regulæ aut ad alios effectus quoſcunque.

Renunciatio ante profeſsionem non ualeat.

16 Renvnciatio aut obligatio ante profeſſionem etiam cum iuramento, & in fauorem piæ cauſæ facta non ualeat niſi cum licẽtia epiſcopi aut uicarii, & infra duos menſes proximos ante profeſsionem, & ſecuta profeſsione quacunque renunciã etiam expreſſa non obſtante. Nouitii admittantur ad profeſsionem, aut à monaſterio eiiciantur. exceptis clericis ſocietatis Iesv.

Ex renuncia ante profeſsionem ius monaſterio non acquiratur.

Non acquiratur ius monaſterio in bonis datis ante profeſsionem præterquã uictus & ueſtitus, ne prætextu dationis a parentibus, aut aliis diſcedere nequeant, immo præcipitur ſub pœna anathematis ne hoc ullo modo fiat, & abeuntibus oĩa ſua reſtituantur, & epiſcopus compellat ſi opus fuerit per cenſuras eccleſiaſticas.

Virgines profitentes ſint in libertate.

17 Virgines profitentes ſint in libertate, & decernitur quòd nulli detur habitus ſi non ſit maior annis XII. nec poſt profeſſionem emittat niſi epiſcopus aut uicarius cognouerit diligenter liberam uirginis uoluntatem.

De conditionibus Virginis.

Et habeat conditiones a monaſterio requiſitas, & monaſterium idoneũ fuerit.

Notitia detur epiſcopo de profeſsione facienda.

De qua profeſsione facienda ne epiſcopus ignoret, præfecta monaſterio eũ epiſcopum certiorem faciat ante menſem, aliter ab officio ſuſpenſa ſit.

Pœna cogentibus ingredi religionem & impedientibus.

18 Omnes cuiuſcunque qualitatis uel conditionis etiam dignitate fungẽtes excõmunicantur, qui coegerint uirginem, uiduam, uel aliam mulierem inuitam ad ingrediendum monaſterium, uel ſuſcipiendum habitum, uel emittendam profeſsionẽ, exceptis caſibus in iure expreſſis. Eadem pœna illorum, qui conſilium auxilium uel fauorem dederint aut eidẽ actui præſentiam, uel conſenſum, uel authoritatem interpoſuerint pro tali coacto ingreſſu. Et ſimilis pœna illorum, qui prohibuerint præfatas ingredi habitum aſſumere, & profeſsionem omittere, & hoc ſeruetur tam in ſubiectis epiſcopo, quam aliis. Excipiuntur conuertitæ, in quibus conſtitutiones earum ſeruentur.

De tempore allegandi uim, metumve, & de cauſa coram ſuperiore & ordinario.

19 Regvlaris prætendens ſe per uim, metum ue ingreſſum eſſe religionem, aut ante ætatem debitam profeſſum fuiſſe, aut quid ſimile, uolensq; habitum dimittere quacunque de cauſa, aut cum habitu diſcedere ſine licentia ſuperiorum non audiatur, niſi intra quinquennium tantum a die profeſsionis, & tali caſu niſi adduxerit cauſas coram ſuperiore & ordinario, ſi dimiſerit habitum ante non admittatur, ſed cogatur redire ad monaſteriũ, & puniatur tanquam apoſtata, nec iuuetur priuilegio religionis. Nemo etiam trãsferatur ad latiorem religionem, nec detur licentia occulte ferendi habitum.

Viſitatores debent recipi in ſubiectis monaſterijs etiam commendatis.

20 Tractatvr de uiſitatione abbatum in ſubiectis monaſteriis etiam commendatis, & quòd uiſitatores debeant recipi, & de

de hac materia.

Abbatijs & monaſterijs commendatis præficiantur perſonæ profeſſæ.

21 MONASTERIIS, abbatiis, prioratibus, præpoſituris, quas ſuos regulares & concurſus habent præficiantur perſonas regulares & profeſſæ. Sed in poſterum uacaturæ non niſi regularibus conferantur.

De filiabus illorum capitum.

QVO uerò ad illa monaſteria, quæ filiæ illorum capitum nuncupantur, illi qui in cõmendam habent, teneantur profeſsionẽ ſolennem profiteri religionum illorum ordinum infra ſex menſes, aut iis cedere, aliàs uacare cenſeantur, & quòd in prouiſionibus qualitas ſingulorum nominatim exprimatur, aliter ſubreptitię cenſeantur, & nulla poſſeſsione etiam triennali adiuuentur.

De regularibus dicta omnibus locis religioſis obſeruentur.

22 DICTA de regularibus & monialibus ſupra obſeruentur in omnibus cœnobiis & monaſteriis, collegiis, ac domibus quorumcunque monacorum & regularium, nec non ſanctimonialium uirginum, ac uiduarum etiam, ſi illæ uiuant ſub gubernio militiarum, etiam hyeroſolimitanæ, & quocunque nomine appellentur ſub quacunque regula, uel gubernatione cuiuſcunque ordinis, aut canonicorum non obſtantibus priuilegiis ſub quacunque uerborum forma compoſitis, ac mare magnum appellatis. Et qui uiuunt ſub arctiori regula excepta facultate habendi ſtabilia ab eorum inſtituto non amoueantur.

Omnia executioni mandentur ab epiſcopis aut concilio prouinciali.

ET omnia ſupradicta executioni mandentur ab epiſcopis, & ſi quid executioni mandatum non ſit, concilia prouincialia negligentiã epiſcoporum ſuppleant. Regularium uerò capitula prouincialia & generalia prouideant, & in defectum capitulorum generalium capitula prouincialia per deputationem aliquorum eiuſdem ordinis.

Hortatio erga principes.

HORTANTVR reges, principes, reſp. & magiſtratus, & præcipitur in uirtute S. obediẽtiæ, ut epiſcopis, abbatibus, & generalibus, & cæteris prælatis uelint in contentis in executione ſupradictæ reformationis ſuum auxilium, & authoritatem interponere, quoties fuerint requiſiti ad laudem Dei omnipotentis.

Decretum de reformatione.

1 DE modeſta ſuppellectili & menſa epiſcoporum, & de frugali uictu.

Conſanguinei non augendi ex redditibus niſi pauperes.

ET omnino interdicitur ne ex redditibus eccleſię conſanguineos, familiares ve augere ſtudeant, ſed ſi pauperes ſint ut pauperibus diſtribuant, & deponant affectum erga fratres, nepotes, & conſanguineos. Et quæ dicta de epiſcopo ſunt extendantur ad omnes beneficia eccleſiaſtica obtinentes etiam S.R.E. Card.

De recipiendis decretis concilij ab omnibus.

2 PATRIARCHAE, primates, archiepiſcopi, & epiſcopi in proxima ſinodo, ac in poſterum promouẽdi in prima ſynodo debent recipere decreta concilii, & ſi quis renuerit, epiſcopi comprouinciales denuncient ſummo Pont. & interim abſtineant ſe ab eiuſdem communione. Idẽ obſeruent omnes habentes & habituri beneficia eccleſiaſtica, aliàs puniantur.

De ſtudijs uniuerſitatum.

STVDIA uniuerſitatum dicta decreta recipiant, & magiſtri & doctores doceant ea, quæ ſunt catholicę fidei. Vniuerſitates immediate ſum. Pont. protectioni ſubiectas ſua beatitudo per delegatos curabit uiſitare & reformare.

De obſeruandis in excommunicatione.

3 EXCOMMVNICATIONES illas pro deperditis rebus a nemine concedantur niſi ab epiſcopo & ex re non uulgari, & cauſa diligenter ac magna maturitate per epiſcopum examinetur. In cauſis iudicialibus mandatur iudicibus eccleſiaſticis, ut pro reali uel pſonali excõicatione abſtineant ſe tam in procedendo, quã diffiniendo a cenſuris eccleſiaſticis, ſeu interdicto. Sed liceat procedere & diffinire per pœnas pecuniarias piis locis applicandas, per captionem pignorum, ac perſo-

perſonarum, ſeu priuationem beneficiorum, aut alio remedio quocunque, quibus remediis ceſſantibus tunc excommunicatione uti poteſt. In cauſis criminalibus erit ab excommunicatione abſtinendum, ſed realis ſeu perſonalis executio fieri poterit ut ſupra, cui executioni ſi facilis locus non ſit, uti poterit hoc ſpirituali gladio, ſi poſtulat delicti qualitas & præcedente bina monitione etiam per edictum publicum. Nefas ſit ſæculari magiſtratui prohibere excommunicationẽ, aut mandare quòd reuocetur prætextu non ſeruati concilii. Et excommunicatus ſi poſt legitimas monitiones non reſipuerit non ſolum non recipiatur ad communionem fidelium, ac familiaritatem, ſed ſi obdurato animo per annum inſorduerit etiam contra eũ procedi poſsit tanquam ſuſpectum de hæreſi.

De eleemoſinis relictis ob miſſarum celebrationem.

4 Qvia celebrandarum miſſarum aliquando numerus ex uariis defunctorum uoluntatibus non poteſt impleri ſingulis diebus, uel eleemoſinæ tenues ſunt, epiſcopus & abbas & generales ordinum facultatem habeant ſtatuere circa hoc quid magis ad Dei honorem uiderint expedire, ita tamen ut eorum defunctorum ſemper commemoratio fiat pro ſua rum animarum ſalute, qui ea legata ad pios uſus reliquerunt.

Quando aliquæ qualitates requiruntur ſeu certa onera ſunt iniuncta beneficijs.

5 Qvando aliquæ qualitates requiſitæ, ſeu certa onera iniũcta beneficiis ſunt, in collatione, aut prouiſione eis non derogetur. Idem in præbendis theologalibus, magiſtralibus, doctoralibus, presbyteralibus, diaconalibus, & ſubdiaconalibus ea, quæ conſtituta ſunt obſeruentur, & aliter facta prouiſio ſubreptitia cenſeatur.

De ordine procedendi contra canonicos extra uiſitationem.

6 Qvia ſupra ſeſſ.vi.de refor.cap.IIII. ſtatutum eſt, epiſcopum poſſe uiſitare illos de eccleſia cathedrali, nunc datur ordo quando proceditur extra uiſitationem, nam eligũtur duo de capitulo, de quorũ conſilio, & aſſenſu epiſcopus aut uicarius procedere teneatur, & ut latius ibi. In caſibus tractandis ab epiſcopo & capitulo, ipſo epiſcopo abſente tractantur a capitulo non admiſſo uicario. Illi uerò qui non ſunt canonici ſoli epiſcopo ſubiiciãtur nõ obſtantibus quibuſcunq; &c. Sed ea, quæ dicta ſunt de duobus de capitulo eligendis locum non habent in iis eccleſiis in quibus epiſcopi & uicarii habent maiorem poteſtatem & iuriſdictionem ex cõſtitutionibus priuilegiis, ſeu quocunque alio iure, quibus derogatum non ſit.

De acceſſibus, & regreſſibus.

7 Accessvs & regreſſus in poſterum non concedantur, & hactenus conceſsi non ſuſpendantur, & extendantur, aut transferantur, & locum habeat in quibuſcunque etiam cardinalibus. Idem obſeruetur poſthac in coadiutoriis cum futura ſucceſsione, ut non permittantur. Quòd ſi urgens neceſsitas poſtulet prælato dari coadiutorem, non aliàs detur cum futura ſucceſsione, quàm cauſa cognita a Ro. Pontifice, & qualitates concurrere certum ſit, quæ a iure & hac ſancta ſynodo in prælatis & epiſcopis requiruntur, alias ſurreptitiæ cenſeantur.

8 De hoſpitalibus de quibus abundè tractatur de quibus etiam ſupra ſeſſ.vii.de reform.c.xv.

9 De iure patronatus abundè.

Quando ſit ius patronatus.

Ivs patronatus ſit ex fundatione, uel dotatione, ſiue ex multiplicatis præſentationibus per antiquiſsimum temporis curſum, qui hominum memoriam excedat, aliasue ſecundùm iuris diſpoſitionem.

Seruanda in iure patronatus uniuerſitatis.

In communitatibus, uel uniuerſitatibus, quia eſt ſuſpicio uſurpationis, plenior probatio requiratur, nec immemorabilis temporis probatio ſuffragetur, niſi ſint præſtationes continuæ non minori ſpacio annorum quinquaginta, quæ omnes effectum ſortitæ ſint, reliqua patronatus iura in totum prorſus abrogata, & irrita intelligantur.

De

De facultate epiſcopi in inſtitutione poſt præſentationem.

LICEAT epiſcopo præſentatos repellere, ſi idonei non ſint, ſi inſtitutio ad inferiores pertineat, ab ipſo tantùm examinentur, ut ſupra ſeſſ. 24. de refor. cap. 18. ubi tractatur de iure patronatus.

Pœna patronorum ſe ingerentium in fructibus eccleſiæ.

PATRONI nullatenus nullave cauſa ſe ingerant in fructibus beneficiorum, ſed dimittant rectoribus quacunque conſuetudine non obſtante. Nec præſumant vendere, uel aliàs transferre, alias ſubiaceāt pœnis excommunicationis & interdicti, & iure patronatus priuati exiſtent. De qua pœna priuationis habetur etiam ſuperius ſeſſ. XXII. cap. XI.

De beneficiis liberis unitis eccleſiæ iuris patronatus.

VNIONES factæ de beneficiis liberis per uiā acceſſus ad eccleſias iuris patronatus ſi nondum effectum ſortitæ ſint, uel deinceps etiam authoritate apoſtolica conceſſæ fuerint, per ſurreptionem obtentæ intelligantur non obſtantibus &c.

Quæ uerò a quadraginta annis citra factæ ſunt, & plenum effectum & plenam incorporationem ſunt conſecutæ, & nihilominus ab ordinariis tanquam &c. reuideantur & examinentur, & declarentur irritæ obtentæ per ſurreptionem.

De iudicibus a ſynodo eligendis.

10 IVDICES in ſynodo eligendi ſunt, quibus in partibus committantur cauſæ, & habeant qualitates capituli ſtatutum, de reſcrip. in VI. uidelicet ſint in dignitate aut perſonatum obtinentes, ſeu cathedralium eccleſiarū canonici, ita ut quęq; diœceſis habeat quatuor ſaltem, aut ēt plures probatas perſonas ac ut ſupra qualificatas, quibus cauſæ a quolibet legato, uel nuncio, atq; etiam a ſede Apoſtolica committantur. Et ſi ex deſignatis aliquis moriatur, alter eligatur ab epiſcopo cum conſilio capituli uſque ad futuram ſynodum, & epiſcopi ſtatim tranſmittant dictam deſignationem ad Rom. curiam. Et delegationes aliis factæ ſubreptitiæ cenſeantur.

Ordinarii & alii quicunq; iudices ſtudeant breuitati in cauſis expediendis, & occurrant artibus litigatorum, ſeu in litis conteſtatione, ſeu alia parte iudicii.

De locatione anticipata ſolutione.

11 LOCATIONES factæ anticipatis ſolutionibus in præiudicium ſucceſſorum annullantur quocunque indultu, & priuilegio non obſtante, nec iſtæ locationes in Ro. curia confirmentur.

Prohibita locatio iuriſdictionis eccleſiaſticæ.

NON liceat locare iuriſdictiones eccleſiaſticas, & factæ in Rom. cur. ſurreptitiæ cenſeantur.

De locationibus rerum eccleſiæ.

LOCATIONES rerum eccleſiarum in Ro. cur. a triginta annis citra ad longum tempus ſeu uigintinouem annis, ſeu bis uigintinouem etiam authoritate apoſtolica cōfirmatas decernitur eſſe irritas. Et Synodus prouincialis uel deputandi ab ea iudicabunt in damnum eccleſiæ factas fuiſſe.

12 *Decimæ debent ſolui & detinentes excommunicati ſint.*

Hortatio pro ſubuentione epiſcoporum & parochorum indigentium, ut non grauentur large ſubuenire ad laudem Dei.

De quarta funeralium.

13 QVARTA funeralium, quæ perſoluebatur iam annis quadraginta cathedrali ſeu parochiali, & poſtea fuerit aliis conceſſa poſthac integro iure perſoluatur, ut prius, non obſtantibus conceſſionibus etiam maremagnū, & aliis quibuſcunq;.

De pœna clerici concubinarij.

14 DE clericis concubinariis, ne concubinas, aut alias mulieres, de quibus poſsit haberi ſuſpicio, in domo, uel extra detinere, aut cum eis ullam conſuetudinem habere uideant, & de pœna prima, & ſecunda, & de ſuſpenſione adminiſtrationis beneficiorum ab epiſcopo tanquam &c. ac aliis pœnis, & ultimo excommunicationis, nec appellatio executionem ſuſpendat, & cognitio ad ſolum epiſcopum pertineat, non archidiaconum, aut decanum ſine ſtrepitu & figura iudicii. Clerici non beneficiati ab epiſcopo puniantur pœna carceris, aut ſuſpenſione ab ordine

ab ordine & inhabilitate ad obtinenda beneficia epiſcopi, quod abſit ſi à tali crimine non ſe abſtinuerint, & admoniti a Synodo prouinciali non ſe emendauerint etiam ad Rom. Pont. deferantur, qui in eos animaduertat etiam ad priuationem, ſi opus fuerit.

De filiis presbyterorum & impedimentis eorum.

15 INCIPIT ut paternæ &c. Non licet filiis clericorum, qui non ex legitimo matrimonio nati ſint habere beneficium eccleſiaſticum etiã diſsimile in ea eccleſia, vbi patres habent, aut habuerint, nec pēſiones habere ſuper fructibus beneficiorum, quæ patres habent, aut habuerunt. Et ſi de præſenti pater & filius habent, cogatur filius reſignare, aut permutare in alia eccleſia in termino trium menſium, aliter ipſo iure priuatus exiſtat. Et reciprocæ reſignationes factæ poſthac cenſeantur factæ in fraudem.

Curata beneficia non conuertantur in ſimplicia.

16 BENEFICIA ſæcularia curam animarum habentia non conuertantur in ſimplicia etiam deputato vicario perpetuo, & congrua portione fructuum. Quod ſi factum ſit, & ſine congrua portione, tunc ea quamprimum, aut ad minus intra annum arbitrio ordinarii aſsignetur. De quo ſupra ſeſſ. VII. de reformat. cap. VII. Quòd ſi commode fieri non poſsit; cum primum per ceſſum vel deceſſum vicarii uel rectoris vacauerit, beneficium curam recipiat animarum, & nomen vicariæ ceſſet.

Epiſcopi indigno non cedant loco.

17 EPISCOPI obliti ſuæ dignitatis non debent nimis indigne loco cedere: & perſonaliter inſeruire regibus & principibus, innouando canones ac apoſtolicas ſanctiones ad dignitatem epiſcopalem, & grauitatem pertinentia.

Diſpenſari aliquando poteſt, ſed maturitate & gratis.

18 SCIANT vniuerſi ſacratiſsimos canones exacte ab omnibus obſeruandos eſſe, quòd ſi vrgens iuſtaq; ratio, & maior aliquando vtilitas poſtulauerit cum aliquibus diſpenſandum eſſe, id præſtandum erit cauſa cognita & ſumma maturitate atque gratis a quibuſcunque ad quos diſpenſatio pertinebit.

De ſublato uſu duellorum, & pœna multorum.

19 VSVS duellorum ſublatus ſit, & pœna excommunicationis principibus cōcedentibus locum, & priuatio locorum, qui pugnam commiſerint, ac patrini incurrant pœnam excommunicationis, proſcriptionis bonorum & perpetuæ infamiæ: & puniri debent vt homicidæ, & denegatur ſepultura, conſilium dantes, aut ſuadentes & ſpectatores tenentur vinculo excommunicationis & perpetuæ maledictionis, non obſtantibus &c.

Admonitio erga principes officiorum ſuorum.

20 ADMONENTVR principes, vt memores ſint officii ſui, & generaliter quid fieri debeat erga Eccleſias & perſonas eccleſiaſticas latiſsime continetur. Et S. ſynodus innouat ſacros canones, omnia generalia concilia, ac alias apoſtolicas ſanctiones in fauorem eccleſiaſticarum perſonarum: libertates eccleſiaſticas, & contra eius violatores editas.

DISTINCTIONIS TERTIAE FINIS.

DE

ſunt ſolum ius ſcriptum, vtile eſt ſcire ob ſeruantiam baptizandi paruulos eſſe ex traditionibus Apſtolicis, de quo per Petrum Caniſium in ſumma doctrinę Chriſtianæ.cap.111.& de præceptis eccl.c.v.

80 Sed actuale peccatum in adultis ſicut non committitur ſine conſenſu, ita non relaxetur ſine conſenſu in baptiſmo.d. c.maiores.§.verum.de baptiſmo.

81 In adultis amentibus & dormientibus: quia non remittitur peccatum originale ſiue actuali: quoniam dominus, qui totum hominem ſanum fecit, opus imperfectionis non nouit, non indiſtinctè baptizātur. Sed diſtinguitur, ſi priuſquā amentiam incurrerent, aut dormirent, in contradictione perſiſterent: quia præſumitur eos in contradictione perdurare hoc caſu, quamuis fuerint immerſi, characterem non ſuſcipiūt ſacramenti. Secus ſi prius catechumini extitiſſent, & habuiſſent propoſitum baptizandi: quia tales in neceſsitatis articulo conſueuit eccleſiā baptizare.d.c.maiores.§.ſed adhuc.& §.item quæritur. ver.dormientes.

82 In coacto & inuito diſtinguitur: quia character imprimitur in illo, qui tentoribus & ſuppliciis attractus, ne detrimentum incurrat, ſuſcipit ſacramentum baptiſmi. Ille verò, qui nunquam conſentit, ſed penitus contradicit, nec rem, nec characterem ſuſcipit ſacramenti.d.c.maiores.§.itē quæritur. ver.præterea quod, & ver.ille verò.

83 Quòd ſi in mentis poteſtate nunquam fuerint, eos in fidem eccleſiæ non ſecus ac pueros baptizandos eſſe, eccleſiæ auctoritas, & conſuetudo declarat: vt in catechiſmo ſecunda parte de baptiſmo, rubrica, baptizandi quomodo affecti eſſe debeant.

84 Iudæus cum inter Iudæos tantum exiſteret, in mortis articulo conſtitutus in aquam ſe ipſum immerſit dicendo, Ego me baptizo, In nomine patris, & filii & ſpiritus ſancti: Debet iterum baptizari: quia debet eſſe diſtinctio inter baptizatum & baptizantem: quamuis ſi talis cōtinuo deceſſiſſet, ad patriam protinus euolaſſet, propter ſacramenti fidem, nō propter fidei ſacramentum.c. debitum. 4.de baptiſmo.

85 Vltimo baptizati a Latinis non debent a Grecis rebaptizari, quod prohibetur excommunicationis pœna, & depoſitione ab omni officio, & beneficio.c. ſi. de baptiſmo. INN. PP.

86 Et aliqui hæretici formā eccleſiæ in baptizando ſeruant, ſed dum ab eis baptizantur, qui in hæreſi eis communicant, ſacramentū quidem baptiſmi accipiunt, virtutem verò non cōſequuntur, quam ſine fide nullus conſequi poteſt: vnde de Domino dicitur: quòd in patria ſua nō poterat facere ſignum propter incredulitatem eorum.c.Paulianiſtę.§.alii formam.1.q.1.

87 Et ideo ab eccleſia non rebaptizantur, qui in nomine Trinitatis baptizati ſūt: quia cum reuerſi fuerint, accipiunt virtutem Spiritus ſancti.c. quamuis vnum.de conſue.diſt.4. Nam valere incipit ad ſalutem: cum illa fictio veraci confeſsione receſſerit, quæ corde in malitia, vel ſacrilegio, perſeuerante, peccatorum ablutionem non ſinebat fieri.c.tunc valere.ead. 4.diſtinc. Et baptizati ab hęreticis in nomine Trinitatis, ſi veniunt ad catholicā fidem, recipiuntur quidem vt baptizati ne ſanctæ Trinitatis inuocatio, vel confeſsio annulletur: ſed docentur integrè, & inſtruuntur quòd ſanctę Trinitatis myſterium in eccleſia teneant. c. ſi qui.ead. 4.diſtinctione. AVG. Idem Idem.

88 Baptizati a Iudęo in nomine Trinitatis, vel tantùm in nomine Chriſti, ſicut in actibus Apoſtolorum legitur, rebaptizari non debent.c.a quodam Iudęo. ea. 4.diſtinct. NIC. PP.

89 Si ad matris corpus id, quod in ea concipitur, pertinet, ita vt eius pars deputetur, non baptizaretur infans, cuius mater baptizata eſt aliquo urgente mortis periculo: cum eum geſtaret in vtero.c.ſi ad matris.ead.4.diſt. Ratio eſt: quia, qui in maternis ſunt vteris, ideo cum matre baptizari non poſſunt: quia qui natus adhuc ſecundum Adam non eſt, ſecundum Chriſtum regenerari non poteſt. c. qui in maternis. ead.4.diſt. AVG. ISID.

E DE

DE CONFIRMATIONE.

In Catechiſmo, Secunda parte de hoc ſacramento.

90 At conſuetudo non poteſt operari, vt ſimplex ſacerdos fidelibus exhibeat ſacramentum confirmationis, quod chryſmando renatos ſoli debent epiſcopi per manus impoſitionem conferre, ac prohibetur præſtiteris, ne talia ſua temeritate præſumant, quæ licet non ſint a fidelibus contemnenda, tutius tamen eſt ac ſine periculo ex neceſsitate (quæ legem non habet) omittere, quàm ut ab his, quibus ea cóferre non licet ex temeritate (quæ lege damnatur) non ſine graui periculo inaniter conferantur, cum vmbra quædam oſtendatur in opere: veritas autem non ſubeat in effectu, de con ſuetudine.c.4.

DE EVCHARISTIA.

91 Nihil in ſacrificiis maius eſſe poteſt, quàm corpus & ſanguis Chriſti, nec vlla oblatio hac potior eſt: ſed omnes hæc præcellit, quæ pura conſcientia Domino offerenda eſt, & pura mente ſumenda, atque ab hominibus veneranda. Et ſicut potior eſt cæteris, ita potius excoli & venerari debet.c.nihil in ſacrificiis.de conſec. diſt.2. Alex. pp.V.A P.ET.

92 In ſacramentorum oblationibus, quę inter miſſarum ſolennia domino offeruntur, panis & vinum aqua permiſtum in ſacrificium offerantur: non enim debet in calice domini, aut vinum ſolum, aut aqua ſola offerri: quia vtrunq; ex latere eius in paſsione ſua profluxiſſe legitur. c.1.ead.diſt.2. Idem.

93 Item vna eſt fidelium vniuerſalis eccleſia, extra quam nullus omnino ſoluatur. In qua ipſe idem ſacerdos eſt ſacrificiũ Ieſus Chriſtus, cuius corpus & ſanguis in ſacramento altaris ſub ſpeciebus panis & vini veraciter cótinentur tranſubſtantiatis pane in corpus, & vino in ſanguinem, poteſtate diuina: vt ad perficiẽdũ myſterium vnitatis, accipiamus ipſi de ſuo, quod accepit ipſe de noſtro.

94 Et hoc vtiq; ſacramentum non poteſt conficere niſi ſacerdos, qui rite fuerit ordinatus ſecundum claues eccleſiæ, quas ipſe conceſsit Apoſtolis, eorumq; ſucceſſoribus Ieſus Chriſtus, de ſum. trin. & fi. cath.c.1.§. vna verò.

De parte huius ſacramenti in miſſa dicentur aliqua poſtea in ritibus ſua rubricą.

DE POENITENTIA.

95 Perfecta pœnitentia cogit peccatorẽ omnia libenter ſufferre: in corde.n.contritio, in ore confeſsio, in opere tota humilitas: hæc eſt fructuoſa pœnitentia.c. perfecta, de pœnit.diſt.1. Ioan. os au reum.

96 Multiplex miſericordia Dei ita lapſibus humanis ſubuenit: vt non ſolum per baptiſmi gratiam, ſed per pœnitentiæ medicinam ſpes vitæ reparetur æternæ, vt qui dona regenerationis uiolaſſent proprio ſe iudicio condemnantes ad remiſſionem criminum peruenirent: ſic diuinæ uoluntatis prę́ſidiis ordinatis, vt indulgentiam Dei niſi ſupplicationibus nequeant obtinere. Mediator.n.Dei & hominum, homo dominus Ieſus Chriſtus hanc præpoſitis eccleſiæ tradidit poteſtatem, vt confitentibus pœnitentiæ ſatisfactionem darent, & eadem ſalubri ſatisfactione purgatos ad communionẽ ſacramentorum per ianuam reconciliationis admitterent.c.multiplex.ead.diſt. Leo pp.

97 Iuſta de cauſa reſeruantur caſus tam a Pont. quàm ab Epiſcopo. De reſeruatis Papæ in extrauag. 3. de pęnit. in communibus Epiſcoporum in tractatu Nicolai Ploue, de ſacramentis parte 4.c.5.&6.

98 De pœnitentiæ, tam pro illis, qui curã animarum exercent, quàm illorum, qui ſcrutantur conſcientias ſuas, abunde in Catechiſmo Secunda parte de pœnitẽt. ſacramento. Sed & hæc materia ampla habetur infra Septima parte.

DE EXTREMA VNCTIONE.

99 De hac abunde maxime pro curatis in Catechiſmo Secũda parte, rubrica de hoc ſacramento.

100 Sciendum eſt, duas eſſe ſpecies vnctionis

nis,exteriorem, quæ materialis eſt & viſibilis;& interiorem, quæ ſpiritualis eſt & inuiſibilis. Exteriori uiſibiliter inungitur corpus,interiori inuiſibiliter inungitur cor. De prima Iacobus Apoſtolus ait. Infirmatur quis in vobis, inducat presbyteros eccleſiæ, & orent ſuper eos ungentes eum oleo in nomine domini, & oratio fidei ſaluabit infirmum. De ſecunda Ioannes Apoſtolus ait: Vos vnctionem,quam accepiſtis ab eo,maneat in uobis,& nõ neceſſe habetis:vt aliquis doceat uos, ſed ſicut vnctio eius docet vos de omnibus. Vnctio viſibilis & exterior ſignum eſt interioris & inuiſibilis vnctionis. Vnctio verò inuiſibilis & interior non ſolum eſt ſignũ, ſed ẽt ſacramẽtum: quia ſi digni ſumitur, uel agit, uel auget abſque dubio, quod deſignat.

101 Ad exhibendum autem exteriorem & uiſibilem unctionẽ, benedicitur oleum, quod dicitur catechuminorum, vel infirmorum, & conficitur chriſma, quod ex oleo fit & balſamo myſtica ratione. Per oleum enim nitor conſcientiæ deſignatur, iuxta quod legitur. Prudentes virgines acceperunt oleum in uaſis ſuis cum lampadibus. Per balſamum odor famæ exprimitur, propter quod dicitur, ſicut balſamum aromatizans odorem dedi, de ſacra unctiõe.c.vnic.§.ſcire uolumus.

102 Notandum tamen eſt, oleum ſanctificatum intelligi, non ſolum conſecratũ ſed etiam admixtum conſecrato, de conſecr.eccl.uel altaris.c.quod in dubiis.

DE ORDINIS SACRAMENTO.

103 Hoc eſt ſacramentum,per quod, velut hoſtium, neceſſariò intrant legitimi diſpenſatores miniſteriorũ, & eloquiorum Dei, miniſtri Chriſti & eccleſiæ Epiſcopi, presbyteri, diaconi, & quotquot demum in eccleſiaſticis muniis obeundis ritè & cum authoritate uerſantur:ut in catechiſmo Petri Caniſii,rubr. de hoc ſacramento.

104 Nicolaus Ploue tract.de ſacram.6.parte.c.1.nu.4.ponit quæſtionem de epiſcopatu,an ſit ordo:& dicit diuerſitatem eſſe inter Theologos & Canoniſtas,& dubitatio poteſt ſummi ex c. corepiſcopi, 68.diſt.ubi dicitur, non amplius quàm duos ordines inter diſcipulos domini fuiſſe. Sed nunc ſuperfluam eſſe oſtenditur ex catechiſmo, parte ſecunda, de ordinis ſacram. vbi ponuntur ſolum ſeptem ordines, & circa ſeptimum, qui eſt presbyteratus, demonſtratur eſſe diuerſos gradus ipſius, & dignitates non diuerſos ordines:Nam ſunt ſimpliciter ſacerdotes, Epiſcopi, archiepiſcopi, patriarchæ & Sum. Pont.

Cætera de hoc ſacramento abunde in eodem catechiſmo, & dicta ſecunda parte. At reliqua ad hanc materiam pertinentia habentur infra ſecunda parte.

DE MATRIMONII SACRAM.

105 In coniugio duo ſunt conſenſus aĩorũ, & cõmiſtio corporum,quorũ alterum ſignificat charitatem,quę conſiſtit in Deũ

106 & iuſtam animam, ad quod pertinet illud,quod dicit Apoſtolus. Qui adheret

107 Deo vnus ſpiritus eſt cum eo: reliquũ verò deſignet conformitatẽ,quæ cõſiſtit in carne inter Chriſtum & eccleſiam, ad quod pertinet illud, quod Euãgeliſta teſtatur: Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis. Profecto coniugiũ illud, quod nõ eſt commiſtione corporum cõſumatum, non pertinet ad illud coniugium deſignandum, quod inter Chriſtũ & eccleſiam per incarnationis myſteriũ eſt coniũctum,iuxta quod Paulus exponens illud, quod dixerat protoplaſtus: Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro de carne mea:& propter hoc relinquet homo patrem & matrem,& adherebit uxori ſuæ,& erunt duo in carne una: ſtatim ſubiungit, hoc aũt dico magnum ſacramentum in Chriſto & eccleſia, de bigamis.c.debitum.in prin.

108 Doctrina de matrimonii ſacramẽto habetur in concilio Tridentino ſeſſ. 24. & in catechiſmo ſecunda parte, rubrica de matrimonii ſacramento.

109 Tota verò materia matrimonii habetur infra parte v.

DISTINCTIO. IIII. FINIS.

DE RITIBVS ECCLESIASTICIS.

DISTINCTIO V.

IN BAPTISMO.

110 QVIA CHRISTVS fecit nos in ſanguine ſuo Deo noſtro regnum,& ſacerdotes,pro pter quod Apoſtolus ait: vos eſtis genus electum,re gale ſacerdotium, idcirco in nouo teſta mento, non ſolum reges & ſacerdotes vnguntur,ſed etiam omnes chriſtiani bis
111 ante baptiſmum, ſcilicet oleo benedi dicto, primum in pectore,deinde inter ſcapulas, & bis poſt baptiſmum, ſcilicet chriſmate ſancto, primū in vertice, de mum in fronte. In pectore enim bapti zandus iniungitur: vt per ſancti ſpiritus donum abiiciat errorem & ignorantiā, & ſuſcipiat fidem rectam: quia iuſtus ex fide uiuit. Inter ſcapulas, vt per ſpiri tus ſancti gratiam excutiat negligentiā & torporem, & bonam operationē exer ceat: quia fides ſine operibus mortua eſt: vt per fidei ſacramentum ſit mun ditia cogitationū in pectore,& per ope ris exercitium ſit fortitudo laborum. In ſcapulis quatenus fides per dilectionem ſecundum Apoſtolum operetur. In ver tice verò baptizatus iniungitur, vt ſit pa ratus omnipotenti de fide reddere ratio nem: quia per caput intelligitur mens, iuxta quod legitur. Oculi ſapientis in capite eius,cuius ſuperior pars eſt ratio, & inferior eſt ſenſualitas,vnde bene per verticem, quæ eſt ſuperior pars capitis, intelligitur ratio, quæ eſt ſuperior pars mentis.In fronte vngitur baptizatus: vt libere confiteatur, quod credit;quia cor de creditur ad iuſtitiam,ore uerò fit cō feſsio ad ſalutem. Ante uerò baptiſmū ungitur oleo benedicto, poſt baptiſmū chriſmate ſancto: quia chriſma ſoli cō petit chriſtiano a Chriſto verò chriſtia-
112 ni dicuntur, tanquā uncti deriuētur ab uncto: ut omnes concurrant in odorem illius unguenti, cuius nomine oleum eſt effuſum.c.unico.§.quia verò:de ſacra un ctione.

113 Notandum tamen eſt, baptiſmum de bere concedi in fontibus eccleſiarum, non in priuatis domibus, præterquam in filiis regum, uel principum,aut ſi talis neceſsitas emerſerit, propterquam ne queat infans ad eccleſiam deferri.clem. vnica,de baptiſmo.

IN CONFIRMATIONE.

114 Per frontis chriſmationem manus im poſitio deſignatur, quæ alio nomine di citur confirmatio:quia per eam ſpiritus ſanctus ad augumentum datur & robur, quemadmodum actuum Apoſtolorum lectio manifeſtet. Nam Apoſtoli Petrus & Ioannes imponebant manus ſuper ba ptizatos,& accipiebant ſpiritum ſanctū, cuius aduentum per vnctionis myſteriū deſignatur: quia columba, in qua ſpiri tus ſanctus ſuper Chriſtum in baptiſmo deſcendit, ad ueſperum in catachiſmo reuertens ramum retulit uirentis oliuæ, cuius utiq; ſacramentum Dauid Prophe ta prænoſcens,exhilarandum faciem in oleo prædicauit. c.unico. §.per frontis. de ſacra vnctione.

DE MISSA.

115 IACOBVS frater domini ſecundum car nem, cui primum credita eſt Hieroſoly mitana eccleſia, & Baſilius Cæſarienſis epiſcopus, cuius claritas per totum orbē refulſit in ſcripturis addiderunt nobis Miſſæ celebrationem.de conſecr. diſt. 1. c.Iacobus. *Ex ſexta Synodo generali.*

116 Ex

116 Ex concilio Valentino Euãgelium legitur in miſſa de quo in 3.diſt. Et Marculpus Abbas Horcaſen.cõſtituit, quòd lumen ſemper arderet in eccleſia, dum miſſa celebrant, hoc ſub Gregorio primo anno domini DCIIII.

DE CALICE.

Ex cõc. Remen. 117 ITEM calix dominí cũ patena, ſi non ex auro omnino tamen ex argento fiat, ſi quis autem tam pauper eſt, ſaltem vel ſtaneum calicem habeat, de ære, aut auricalco non fiat calix; quia ob vini uirtutem æruginem facit, pariterq; vomitũ
118 prouocat. nullus autem in ligneo, aut vitreo calice præſumat miſſam cantare. de conſec. diſt.1.c.vt calix.

DE CORPORALI.

EVS. PP. 119 STATVIMVS dixit Euſebius papa, vt ſacrificium altaris non ſerico panno, aut in tincto quiſq; celebrare miſſam præſumat: ſed in puro lineo, uel linteo ab epiſcopo conſecrato, terreno ſcilicet linto pro creato, atque contexto, ſicut corpus domini noſtri Ieſu Chriſti in ſindone linea munda ſepultum fuit, de conſecrat. diſt.1.c.conſulto.

DE MVLTIS IN MISSA ADDITIS.

120 IN Decretis Celeſtini primi PP. legitur ipſum pſalmos, antiphonas, introitus, gradus, offertoria, communiones, & orationes inſeruiſſe in miſſa, & fuit anno domini CCCCXXXII. prout legitur in conciliorum, tomo primo.

Et ex cõcilio Valẽſi cap.v. in miſſa dicitur, kyrieleiſon, & Sanctus, Sanctus, Sãctus, fuit dictũ cõcilium anno domini CCCCXLIIII. de quo in cõciliorũ, tomo primo.

Et ex decretis Gelaſii PP. legitur, ipſum canonem & præfationes miſſæ, proſas & hymnos canticis miſcuiſſe, vt in conciliorum, tomo primo.

TEL. PP. 121 Nocte ſancta natiuitatis domini Saluatoris presbyteri miſſas celebrent, & hymnum Angelicum in illis ſolenniter decantent; quoniam & eadem nocte ab Angelo paſtoribus eſt nunciatus, & ſubito facta eſt cum Angelo multitudo militiæ cęleſtis laudantium Deum, & dicencium. Gloria in excelſis Deo & in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Reliquis verò temporibus miſſarum celebrationes ante horam diei tertiam minimè ſunt celebrandæ: quia & eadem hora & Dominus crucifixus eſt, & ſuper Apoſtolos ſpiritus ſanctus legitur deſcendiſſe. c.nocte ſancta.de conſec. diſt.1. Et idem ordinatum fuit in concilio Aureliatenſi 3.celebrato anno domini CCCCXLIIII.

122 Nullus tamẽ presbyter miſſas celebrare præſumat, niſi in conſecratis ab epiſcopo locis.c.nullus presbyter. ead. diſt. Sacramenta altaris non niſi a ieiunis hominibus celebrentur.c.ſacramenta.ead. diſt.1.& idem diſponitur in c.nihil contra.§.nullus poſt cibum. VII.q.1. *Ex decr. Horſmidæ PP. Ex cõc. Tol. 7.*

Dicitur autẽ in d.c. ſacramenta die vno anniuerſario, quo cœna Domini celebratur, homines nõ ieiunos poſſe celebrare miſſã. SED Gloſſa dicit derogatum eſſe huic diſpoſitioni per alia iura, & per cõtrariam conſuetudinem.

123 Sufficit ſacerdoti unam miſſam in die una celebrare; quia Chriſtus ſemel paſſus eſt, & totum mundum redemit: Non modica res eſt unam miſſam facere, & valde fœlix eſt, qui unam dignè celebrare poteſt, de conſecrat. diſtinct. prima. c.ſufficit. AL. PP.

124 Epiſcopus Deo ſacrificans teſtes ſecũ habeat in ſolennioribus quippe diebus, aut ſeptem, aut quinque, aut tres diaconos, qui oculi eius dicuntur, & ſubdiaconos, atque reliquos miniſtros ſecum habeat, qui ſacris induti ueſtibus in frõte, & a tergo, & presbyteri è regione dextera, leuaq; contrito corde & humiliato ſpiritu ac prono ſtent uultu cuſtodiẽtes eum a maleuolis, & conſenſum præbentes ſacrificio. Peracta autem conſecratione omnes communicent, qui noluerint eccleſiaſticis carere liminibus.c.epiſcopus, de conſecr.diſt.1. LVC. PP.

125 Ac etiam ſtatutum eſt: vt nullus presbyterorum SOTH. PP.

terorum miſſarum ſolēnia celebrari præſumet, niſi duobus præſentibus, ſibiq; reſpondentibus, & ipſe tertius habeatur: quia cum pluraliter ab eo dicitur, Dominus vobis cum: & illud in ſecretis Orate pro me fratres, aptiſsimè conuenit, vt ipſius reſpondeant ſalutationi. c. hoc quoque eadem, de conſecr. diſt. 1. & idē diſponitur in concilio Maguntino, de quo ſupra in 2. diſt.

Ex cō cil. Vrbico. 126 In altari tamen, in quo epiſcopus miſſam cantauit, presbyter eadem die aliā celebrare non præſumat. c. fi. de conſec. diſtin. 2.

Ex cō ci. Agath. 127 Miſſas die Dominico ſæcularibus totas audire ſpeciali ordine præceptum eſt, ita vt ante benedictionē ſacerdotis egredi populus non præſumat, quòd ſi fecerint ab epiſcopo publicè confundantur. c. miſſas. de conſecr. diſt. 1.

128 Sed quamuis in feſto natiuitatis Domini tres miſſæ dicantur, attamen non obligatur aliquis audire vltra vnam miſſam, niſi ex uoto, aut pœnitentia, ut tenet Martinus Nauarrus in Manuali confeſſorum. cap. 21. nu. 7. in fi.

Ex cō cil. Cartha. 4 129 Qui die ſolenni, prætermiſſo eccleſiæ conuentu ad ſpectacula uadit, excommunicetur. de conſec. diſt. 1. c. qui die.

Nic. PP. 130 Nullus tamen miſſam audiat presbyteri, quem ſcit concubinam indubitanter habere, aut ſubintroductam mulierem, diſt. 32. c. nullus miſſam. Nec eſt contraria *Alx. PP. II.* auctoritas Hieronimi & Auguſtini & cæterorum, qui demonſtrat Chriſti ſacramenta, nec in bono, nec in malo homine fugienda eſſe; quia habent quippe proprias virtutes & dignitates, ſed prohibetur miſſam audiri, ac alia ſacramenta ſuſcipi; quia dum huiuſmodi ſacerdotes ſe a populo contemptos viderint rubore verecundiæ facilius ad pœnitentiā prouocantur, diſt. 32. c. præter hoc. §. uerum principia. & §. ad hæc. & §. prohibentur.

Anaſta. Epi. 131 Apoſtolica authoritate mandatum eſt, dum ſancta euangelia in eccleſia leguntur, vt ſacerdotes, & cæteri omnes non ſedētes, ſed uenerabiliter curui, & in cōſpectu Euangelii ſtantes Dominica verba intentè audiant, & fideliter adorent. c. Apoſtolica. de conſecr. diſt. 1. Et idem ſtatuitur in concilio Valentino, de quo ſupra dictum fuit. diſt. 3.

132 Ad miſſarum ſolennia ſemper aliquid *Greg. VII.* eſt offerendum quod Deus per Moyſen dixit, non apparebis in conſpectu meo uacuus, ad ipſum .n. prius eſt confugiendum, qui noſtræ curare poſsit animę paſſiones. Verum homines præpoſtero ordine, ante ſibi ab hominibus accerſiunt, vbi autem humana ſubſidia defecerint, tunc opinantur domini poſtulandum fauoris gratiam. c. omnis chriſtianus, de conſec. diſt. 1.

133 Quando ſtamus ad orationem, incum *Cyp. PP.* bere & uigilare ad preces toto corde debemus, & ideo ſacerdos ante orationem præfatione præmiſſa parat fratrum mentes, dicendo Svrsvm corda, vt dum reſpondet plebs, Habemus ad dominum, admoneatur, nihil ſe aliud, quàm dominum cogitare debere: claudatur contra aduerſarium pectus, & ſoli Deo pateat, nec ad ſe hoſtem Dei tempore orationis uenire patiatur. c. quod autem. ea. di.

134 Cum ingreſſus fuerit epiſcopus, aut *Mach. PP.* presbyter ad miſſarum ſolennia celebrāda, niſi paſsio aliqua interueniat nullo modo audeat data oratione recedere, vt ab aliquo presbytero ſuppleantur, ſed qui initium ponit, ſuppleat vſque ad finem. Qui præſumpſerit aliter agere, a ſacro corpore & ſanguine domini N. Ieſu Chriſti ſit ſuſpenſus. c. nullus epiſcopus vltimus. §. cum uerò. de conſecr. di. 1.

135 Item conuenit, ut cum a ſacerdotibus *Ex cō cil. Tole. 7.* miſſarum tempore ſacra myſteria conſecrantur, ſi ægritudinis accidat cuiuslibet euentus, quo cęptum nequeat conſecrationis explere myſterium, ſit liberū epiſcopo, uel presbytero alteri conſecrationem exequi cępti officii. Cum .n. ſimus omnes unum in Chriſto, nihil contrarium perſonarum diuerſitas format, ubi efficaciam proſperitatis unius fidei repræſentat. c. nihil contra. §. cenſuimus. 7. q. 1. Et in concilio Toletano. 11. ſtatu- *Ex cō cil. Tole. XI* tum eſt, ut ubi temporis & loci, ſiue cleri copia ſuffragatur, habeat quiſque ſacri-

ficans

ficans Deo poſt ſe uicini ſolaminis adiutorem,& ſi aliquo caſu ille, qui impleturus officia accedit, turbatus fuerit, uel ad terram eliſus, a tergo ſemper habeat, qui eius uicem exequatur intrepidus: ſi autem hoc ſacrificanti frequenter acciderit, tunc omnino ab oblatione prohibeatur. c. illud diuini. 7. q. 1

136 Et ſi presbyter morbo caduco frequenter tangitur ab oblatione & celebratione miſſarum omnibus modis prohibetur: ſi uerò cõualuerit Dei miſericordia; quia infirmitas eſt in cauſa non culpa, ſacrificare non prohibetur. c. in literis. 7. q. 2.

Alex. II. PP.

137 In ritu ſeruando in celebratione miſſæ inſerto in miſſali nouo, rubrica de defectibus in myniſterio ipſo occurrentib. diſponitur, quòd ſi ſacerdos ante conſecrationem grauiter infirmetur, aut in ſincopem inciderit, aut moriatur, præter mittatur miſſa. Si poſt conſecrationem corporis tantùm ante conſecrationem ſanguinis, vel utroq; conſecrato, id accidit miſſa per alium ſacerdotem expleatur ab eo loco. Ac alia multa notabilia de hoc ibi habentur.

De miſſa etiam habentur notabilia in tractatu Nicolai Plouii, de ſacrificio miſſæ, & cuius expoſitione.

DE HYMNIS, QVI LEGVNTVR IN ECCLESIA.

138 De hymnis canendis habemus exemplum, & Saluatoris, & Apoſtolorum. vnde non ſunt reſpuendi nonnulli hymni, qui humano ſtudio in laudem Dei atq; Apoſtolorum, & Martyrum triumphos compoſiti eſſe noſcuntur, ſicut hi, quos beatiſsimi doctores Hilarius, atque Ambroſius condiderunt. Nam ſi iſti reprobarẽtur pro eo, quòd de ſcripturis ſacrorum Canonũ, uel apoſtolica traditione non exiſtunt, hymni compoſiti ab hominibus reſpuerentur, videlicet Gloria patri, & filio & ſpirituiſancto: & ea, quæ ſe quuntur poſt Gloria in excelſis Deo. Itẽ componuntur miſſæ, ſiue preces, vel orationes, ſeu commendationes, ſiue manus impoſitiones, ex quibus ſi nulla decantantur in eccleſia, uacant omnia officia eccleſiaſtica. Admonet hoc fieri atq; hortatur Timotheum Apoſtolus dicens. Obſecro igitur primum omnium fieri, obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus, pro omnibus, qui in ſublimitate ſunt. Sicut ergo orationes, ita hymnos omnes in laudem Dei compoſitos nullus vlterius improbet. c. de hymnis. de conſecr. diſ. 1.

Ex cõcil. Tolet. 4.

139 In concilio Toletano III I. ſub Honorio primo Papa fuit inſtitutum Hymnũ Trium puerorum publicè decantari, in quo vniuerſa cęli & terræ creatura Deũ collaudat, ad quẽ eccleſia catholica per totum orbem diffuſa celebrat.

140 Hi duo hymni ab Angelis in nouo teſtamento inueniuntur decantari, videlicet Alleluia, & Gloria in excelſis. Sed iſtos pariter in ſeptuageſima intermittimus: quia peccato hominis ueteris a cõuentu Angelicæ iubilationis excluſi in huius miſeræ vitæ ſuper flumina Babylonis ſedemus, & flemus, dum recordamur illius Sion, in qua Deum decet hymnus.

Leo PP. IX.

141 Quod autem nouem hebdomadibus Alleluia intermittimus, non incongruè nouem ordines Angelorum accipimus, quorum decimus ordo per ſuperbiã corruens angelicum numerum minuit. At reparationi illorum conſulens omnipotens Deus creator primum hominem de limo terræ formauit, qui ſui generis multiplicatione damna cœleſtis patrię reſarciret, atque Angelorum gaudia ſuppleret; & Angelicus chorus non modicum lætatus eſt, ac ex lapſu ipſius hominis fuerat pertubatus, donec in Chriſto reſurgens reſurrexit prolapſus ille protoplaſtus, & ſpe meliori Angelicus chorus gauiſus in nouum Alleluia conſurrexit totus, & in eo perſtat deuotus, quem & nos pro modulo noſtro imitantes a ſeptuageſima, quando lapſus protoplaſti in eccleſia recitatur, Alleluia nouẽ hebdomadas intermittimus, ſcilicet vſq; in Paſcha, vbi Chriſtus reſurgens a mortuis triſtitiã noſtram in gaudium vertit,

& Alle-

& Alleluia nobis reddit.c.hi duo ſolum modo.de conſecr. diſt.1.

142 Et hinc eſt,quòd in laudibus Dominicæ tempore paſchali poſt tres pſalmos decies dicitur Alleluia.

Nic. pp. 143 Sed Gloria in excelſis dicitur in cœna domini ab epiſcopis: Item licitum eſt eis Pallio Apoſtolico vti eadem die,qui bus eſt ab Apoſtolica ſede permiſſum.c. porrò gloria. ead.diſt.

DE PRAEFATIONIBVS.

Gel. pp. 144 Tempore Gelaſii PP. qui fuit electus Pont.poſt annũ cccclxxxii.erant nouẽ præfationes in ſacro catalogo tantummodo recipiendæ, ideſt una in albis paſchalibus, alia die Aſcẽſionis Domini: tertia die Pentecoſtes, quarta die natali Domini, quinta de apparitione Domini,ſexta de Apoſtolis, ſeptima de ſancta Trinitate,octaua de Cruce, nona de ieiunio tantummodo in quadrageſima di cenda.c.inuenimus.de conſec.diſt.1.

In miſſali nouo multæ aliç pręfationes adſunt. Prima eſt in benedictione cerei in ſabbato ſancta. Secunda in benedictione fontis eadem die.Tertia in miſſa ſabbati ſancti. Quarta in feſto Epiphaniæ. Quinta in Dominicis Quadrageſimæ. Sexta in Dominica paſsionis & palmarum,in feria quinta in Cęna Domini,& in duplicibus & ſemiduplicibus eodem tempore occurrentibus,& in ſolennitatibus ſanctæ Crucis, qua de cauſa poſſet eſſe octaua ſupra enumerata.Septima in feſtis ſanctæ Mariæ virginis. Octaua in duplicibus & ſemiduplicibus & Dominicis,ubi propria non habetur.Nona in ferialibus a Dominica paſsionis vſque ad feriam quintam in cęna Domini: & in votiuis ſanctæ Crucis. Decima in ferialibus ab octaua Paſchæ vſque ad aſcẽſionem. Vndecima in miſsis uotiuis de ſpiritu ſancto. Duodecima in miſsis uotiuis de Apoſtolis. Tertiadecima communiter per annum in ſimplicibus feſtis,& ferialibus diebus.

DE SANCTO CHRISMATE.

Fab. pp. 145 Vlterius ſingulis annis quinta feria vltimæ hebdomadæ quadrageſimæ nouũ chriſma confici debet, & vetus in ſanctis eccleſiis cremandum eſt, & Fabianus papa eſſe nt iſta a ſanctis Apoſtolis, & ſucceſſoribus eorum accepta fuiſſe.c. literis veſtris.de conſecr. diſt. 3.

146 Et in faſciculo temporum dicitur eum fuiſſe Pont.anno domini ccxliii.& electũ quia columba candida ſuper caput eius deſcendit dicens, Romæ epiſcopus ordinaberis.

DE AQVA BENEDICTA.

Alex. pp. 147 Aquam ſale conſperſam in populis benedicimus,ut ea cuncti aſperſi ſanctificẽtur,& purificentur, quod omnibus ſacerdotibus faciendum eſſe, mandatum eſt. Nam ſi cinis uitulæ aſperſus populum ſanctificabat atq; mundabat:multo magis aqua ſale aſperſa, diuiniſq; precibus ſacrata populum ſanctificat,atque mundat.Et ſi ſale aſperſo per Heliſeum Prophetam ſterilitas aquæ ſanata eſt, quanto magis diuinis precibus ſacratus ſal ſterilitatem rerũ humanarum auferet, & coinquinatos ſanctificat & purgat: & cætera bona multiplicat,& inſidias diaboli auertit, & à phantaſmatis verſutiis homines defendit.c. aquam ſale.de conſecr.diſt.3.

Cyp. pp. 148 Agri iubentur aſpergi, vel perfundi: quia gratiam Dominicam conſequuntur, cum ſacra ſcriptura per Ezechielẽ prophetam loquatur,& dicat; aſpergam ſuper vos aquam mundam & mundabimini ab omnibus immunditiis ueſtris. Item in numeris, qui tetigerit cadauer hominis, propter hoc erit immundus ſeptem diebus: ſed aſpergam de hac aqua die iii.& vii.,& ſic mundabitur. Itẽ qui aqua expiationis non eſt aſperſus,immũdus erit, & manebit ſpurcitia eius ſuper eum.Item locutus eſt dominus ad Moyſen dicẽs, Accipe leuitas de medio filiorum Iſrael & purificabis eos,& ita facies purificationẽ eorum,videlicet circũſperges eos aqua purificatiõis, & iterũ aqua purificationis purificatio eſt.c.nec quẽq; vſq; ad §. vnde apparet,de conſec.diſt.4.

DE

DE FESTO PASCHATIS.

149 Noſſe uos uolumus, quòd Paſcha domini tantum die Dominico annuis temporibus ſit celebrandum: iſtis.n. temporibus Hermes doctor fidei & ſcripturæ effulſit inter nos. Et licet nos idem Paſcha prædicto die celebraremus: quia tamen inde quidam dubitabant, & corroborandas animas eorum eidem Hermeti Angelus domini apparuit in habitu paſtoris, & præcepit ei vt Paſcha Domini die Dominico, ab omnibus celebraretur. Vnde dixit Pius papa nonus a Petro, & nos Apoſtolica authoritate inſtituimus, omnes eadem ſeruare debere; quia & nos ſeruamus: nec debetis a capite quoquo modo diſcedere. c. noſſe uos. de conſec. diſt. 3. *Pivs pp.ix. a Pe.*

Et Victor Papa XIII. a Petro ſtatuit, ne mẽbra a capite diſcrepent, vt omnes celebrent feſtiuitatem Paſchæ a XIIII. die lunæ primi menſis, ideſt Martii vſque ad XXI. diem eiuſdem menſis. cap. celebritatem. ea. diſt. 3. *Vict. pp.*

Et in concilio Arelatenſi primo ſtatutum eſt, vt Paſchæ feſtum vno die & tempore per omnem orbem ob ſeruetur. c. de obſeruatione. ead. diſtinct.

Et idem ſtatutum eſt in Concilio Antiocheno canone primo, vt in conciliorum Tomo primo.

150 De hac obſeruatione habetur in hiſtoria Eccleſiaſtica lib. v. cap. XXII. & ſeq. vbi refertur, fuiſſe magnã controuerſiã propter authoritatẽ Policarpi, qui tunc erat in humanis, & fuerat diſcipulus beatiſsimi Ioãnis Apoſtoli & Euãgeliſtę, & ipſe uolebat obſeruationem antiquo more.

Item de Paſcha habetur in hiſtoria Eccleſiaſtica Nicephori Caliſti, Tomo quarto, cap. 36.

De hac XIIII. die lunæ & die Dominico Paſchæ habetur in Martyrologio emendato ab Alexandro de Peregrinis, ubi tranſcribit ex lib. Bedæ de ratione temporũ, cap. 58. & cap. 60.

Aug. 151 Semel Chriſtus mortuus eſt iuſtus pro iniuſtis, & reſurgens a mortuis iam non moritur; tamen ne obliuiſcamini quod ſemel factum eſt, & in memoriã ſit omni anno quoties Paſcha celebratur, non toties Chriſtus occiditur, ſed anniuerſaria recordatio repreſentat, quod olim factũ eſt, & ſic facit nos moueri tanquã videamus præſentem dominum in cruce. c. ſemel Chriſtus. de conſec. diſt. 2.

DE HORIS CANONICIS.

152 Omnibus diebus poſt matutinum, & ueſperas oratio Dominica a ſacerdote proferatur. c. id quod. de conſecr. diſt. 5. *Ex cõcil. Tole. xi.*

Et in Breuiario nouo ſtatutum eſt, ut dicatur oratio Dominica poſt ſingulas horas, ſi terminatur hora: nam ſi ſequitur alia hora: quia oratio Dominica & ſalutatio Angelica dicitur ante ſingulas horas hoc ſufficit, vt in regula generali, de oratione Dominica habetur.

Et omnes prouinciales eundem in pſallendo modum teneant, quem ſedem Metropolitanam habere cognouerint; nam iuſtum eſt, vt inde unuſquiſque ſumat regulas, unde honoris conſecrationem acceperit. c. de iis. diſt. 12.

De pſalmis & lectionib. & nocturnis iuxta breuiarium nouum habetur idem ordo in c. in die reſurrectionis. de conſec. di. 5. *Greg. vii.*

Ac de lectionibus in c. ſancta Romana. Ex S. cæterum ſecundum. diſt. 15. Sed in concilio Valenſi canone VII. ſtatutum eſt de Gloria patri & filio, & ſpiritui ſãcto dicẽda in pſalmis, ut ſit æqualitas in Trinitate, ut in conciliorum Tomo primo. *Gel. pp.*

DE ROGATIONIBVS.

153 Ante aſcenſionem Domini tribus diebus rogationes, ideſt letanię celebrẽtur, & ſerui & ancillæ ab opere relaxentur, quo magis plebs uniuerſa cõueniat, quo triduo abſtineant, & etiam quadrageſimalibus cibis utantur. c. rogationes. de conſec. diſt. 3. *Ex cõcil. Aurelian.*

Quæ rogationes ſiue letaniæ fuerunt inſtitutæ a Mamerio epiſcopo Vienenſi ſub Hilario primo papa, anno domini CCCCLXIIII. ac iterum a S. Gregorio primo, anno domini DCIIII. ac etiam ex

Aure-

Aurelianenſi concilio, de quo in conciliorum Tomo primo.

DE QVINQVAGESIMA.

Tel. pp. 154 Septem hebdomadibus a carne & deliciis ante Paſcha clerici abſtineant.c.ſtatuimus.diſt.4.Nã quadrageſima ſex hebdomadas habet, & ſeptima fuit addita, & hoc tempus uocatum eſt quinquageſima.c.quadrageſima.ea.4.diſt. *Amb.*

Gre. pp. 155 Sed de ipſa die Dominica quid dicendum ſitdiuus Auguſtinus hæſitauit: cum omnes laici & ſæculares illa die plus ſolito cæteris diebus accuratius cibum carnium appetant,& niſi quadam noua auiditate uſque ad medias noctes ſe ingurgitent,non aliter ſe huius ſacri temporis obſeruationem ſuſcipere putant, quod utique nõ rationi, ſed uoluptati aſcribẽdũ eſt:unde nec á tali cõſuetudine auerti poſſunt: & ideo cum uenia ſuo ingenio relinquẽdi ſunt,ne forte peiores exiſtant, ſi à tali conſuetudine prohibeantur; ut enim ait Salomon, qui multum emungit,elicit ſanguinem.c.deniq;.di.4. Sed par eſt,ut nos,qui his diebus a carnibus animalium abſtinemus,ab omnibus quoque,quæ ſementinam trahunt originem carnis,ieiunemus a lacte uidelicet, caſeo & ouis. Cæterum piſcium eſus ita chriſtianis relinquitur, ut hoc eis infirmitatis ſolatium non luxuriæ pariat incendium. Et denique qui a carne abſtinent, nequaquã ſumptuoſiora marinarum beluarum conuiuia præparent. Vinum quoque ita bibere permittitur, ut ebrietatem omnino fugiamus, alioquin reſtat:ut omnia,quæ corporibus libent, ſimiliter faciamus.d.c.deniq;.§.par autẽ. diſt.4.

156 Auctor dicit hæc & ſi legibus conſtituta ſunt: tamen quia communi uſu approbata non ſunt,tranſgreſſores ſe reos non arguunt.d.c.deniq;.§.hæc etſi.

DE QVADRAGESIMA.

Gre. pp. 157 Qvadragesima ſumma obſeruatione eſt obſeruanda: ut ieiunium in ea(præter.dies Dominicos, qui de abſtinentia ſubtracti ſunt) niſi quem infirmitas impedierit, nullatenus ſoluatur: quia ipſi

158 dies decimæ ſunt anni. A prima ergo Dominica quadrageſimæ vſque in Paſcha Domini ſex hebdomadæ computãtur, quarum uidelicet quadraginta dies & duo ſunt, ex quibus dum ſex Dominici dies abſtinentiæ ſubtrahuntur, non plus in abſtinẽtia quàm triginta ſex dies remanent, uerbi gratia ſi per trecentos ſexagintaquinque dies annos uoluitur, deinde per triginta ſex dies affligimur, quaſi anni decimas Deo damus. Sed ut ſacer numerus quadraginta dierũ adimpleatur, quem Saluator noſter ſacro ſuo ieiunio cõſecrauerat,quatuor dies prioris hebdomadæ ad ſupplementum quadraginta dierum tolluntur, ideſt quarta feria, quæ caput ieiunii ſubnotatur, & quinta feria ſequens,& ſexta feria & ſabbatum: niſi enim iſtos dies quatuor ſuperioribus triginta ſex adiunxerimus quadraginta dies in abſtinentia non haberemus. Iubemur autem & ab omnipotenti Deo omnium bonorum noſtrorum decimas dare.c.quadrageſima. de conſecra.diſt.5.

159 In canonibus Apoſtolorum cap.68.de quadrageſima diſponitur. Si quis epiſcopus aut presbyter, aut diaconus, aut lector,aut cantor ſacram quadrageſimę, paſchæ,aut quartam feriam,aut paraſceuem non ieiunauerit deponitor,præterquàm ſi imbecillitate impediatur corporis.Sin laicus ſit communione priuator.

160 Vnde poſtea in Toletano Cõcilio viii. canone nono diſponitur. Quiſqui ſine ineuitabili neceſsitate, atque fragilitate,& euidenti languore,ſeu etiam impoſſibilitate ætatis, diebus quadrageſimæ eſum carnium præſumpſerit attentare, non ſolum reus erit reſurrectionis Dominicæ, uerum etiam alienus ab eiuſdẽ diei ſancta cõmunione, & hoc illi cõmutetur ad pœnam,ut ipſius anni tempore ab omni eſu carnium abſtineat gulam, quia ſacris diebus abſtinẽtiæ oblitus eſt diſciplinam. Illi uerò, quos aut ætas incuruat, aut languor extenuat,aut neceſſitas

ſitas arctat, non ante prohibita uiolare præſumat, quàm à ſacerdote permiſſum percipiat. Et hoc cõcilium, ut ſupra notatum fuit in diſtinc. 3. fuit poſt annum DCXLIIII.

161 Sed de illis, qui in quadrageſima, uel in aliis ieiuniis ſolennibus infirmantur, & petunt ſibi eſum carnium indulgeri reſponſum eſt ab Innoc. III. quòd cum nõ ſubiaceat legi neceſsitas, deſiderium infirmorum cum urgens neceſsitas exigit ſupportari poteſt & debet: ut maius periculum in eis euitetur. c. ſecundo. §. præterea. de obſeruatio. ieiuniorum.

Ex cõcil. Lyſ. Aug. 162 Fideles quadrageſimarum diebus non deſint ab eccleſiis, nec habitent in cubiculorum latibulis ac montium, qui in ſuſpicionibus perſeuerant. Sed exẽplum & præceptum ſacerdotum cuſtodiant, & ad alienas uillas agendorum conuentuum cauſa non conueniant. c. ne quis ieiunet. de conſec. diſt. 3.

163 Paſcham Natalem Domini, & quadrageſimam ciues in uilla non celebrent. c. nulli ciuium. ead. diſt.

DE QVALITATE IEIVNII.

Hiero. 164 Non ſolum hebdomadas, & ieiunia duplicata, ſed ſingulos dies abſque ciborum luxuria tranſigamus. c. non dico. de conſec. diſt. 5.

Idem. Sint quotidiana ieiunia, & refectio ſatietatem fugiens: nihil enim prodeſt biduo, uel triduo uacuum portare uentrem, ſi poſt pariter deſtruatur. c. ſint tibi. de conſec. diſt. 5.

Idem. Item ſint ieiunia continua, moderataq;, ideſt quotidie eſurire, & quotidie prandere Apoſtolus inquit, noli adhuc aquã bibere, ſed modico utere uino propter infirmitates tuas. Ieiunium curat uulnera delinquentis, ideſt peccata, curatosq; ſãctificat. c. ſint tibi ieiunia. ead. diſt. 5.

DE VITIO GVLAE.

Gre. pp. 165 Qvinqve modis nos uitium gulæ tentat, aliquando namq; indigentiæ tempora præuenit, aliquando tempora nõ præuenit, ſed cibos lautiores quærit, aliquã do quæ ſumenda ſunt procurari accuratius expetit, aliquando autem & qualitas ciborum & tempus congruit, ſed in ipſa quantitate ſumendi menſuram refectionis excedit: nonnunquam & abiectius eſt, quod deſiderat, & tamẽ in ipſo æſtu immenſi deſiderii deterius peccat. c. quinque modis. de conſec. diſt. 5.

166 Nihil prodeſt homini ieiunare & orare, & alia religionis bona agere, niſi mẽs ab iniquitate & ab obtrectationibus cohibeatur. c. nihil enim. ead. 5. diſt. Pivs pp.

Ieiunium autem magnum & generale eſt abſtinere ſe ab iniquitatibus, & ab illicitis uoluptatib. ſęculi, quod eſt perfectum ieiunium in hoc ſæculo. Et quaſi quadrageſimam abſtinentiæ celebramus, cum bene uiuimus. c. ieiunium. de conſecra. diſt. 5. Aug.

167 Sed quia hæc abſtinentia ſine mercede non erit, expectamus illam beatam ſpem, & reuelationẽ gloriæ magni Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti, vnde cum labore celebramus quadrageſimã ante Paſcha, cum lætitia uerò tanquã accepta mercede quinquageſima poſt paſcha. Nam huic tanquàm ſalutari labori boni operis, qui pertinet ad quadragenarium numerum additur quietis & fœlicitatis denarius; ut quinquagenarius fiat: & hoc ſignificauit ipſe Dominus multo apertius, quando poſt reſurrectionem quadraginta diebus conuerſatus eſt in terra cum diſcipulis ſuis. Quadrageſimo autem die cum aſcendiſſet in cęlum peractis decem diebus miſit mercedem ſpiritus ſancti. d. c. ieiunium. §. ſed quia. Idem.

IEIVNIVNANDVM CVM MODERAMINE SIT.

168 Homo tamen rationabliter dignitatẽ amittit, qui uel ieiunium charitati, aut vigilias præfert ſenſus integritati, vt propter innocentiam immoderatã, atq; indiſcretam pſalmorum, uel officiorum decantationem, aut amentiæ, aut triſtitiæ notam incurrat? nunquid uerborũ multitudine flecti Deus poteſt? Non. n. Hiero.

uerbis

uerbis tantum, ſed corde orandus eſt
169 Deus. Quapropter melior eſt quinque pſalmorum decantatio cum cordis puritate, ac ſerenitate, ac ſpirituali hilaritate, quàm totius pſalterii modulatio cum anxietate cordis atque triſtitia. Cum igitur pro cunctis animabus pſalmus, uel miſſa dicitur: nihil minus quàm ſi pro uno quolibet ipſorum diceretur accipitur.

170 Audiant itaq;, qui ea, quæ neceſſaria ſunt corpori ſubtrahunt illud, quod per prophetam Dominus loquitur. Ego Dominus odio habens rapinam holocauſtorum. De rapina uero holocauſtum offert, qui temporalium bonorum, ſiue ciborum nimis ęgeſtate, uel manducandi, uel ſomni penuria corpus ſuum immoderatè affligit: uideat itaq; quid Apoſtolus dicat, carnis curam ne feceritis in cõcupiſcentiis &c. c. nõ mediocriter. de cõſecr. diſt. 5.

171 Nihil ſic iucundum eſt, ſicut cibus bene digeſtus, aut bene decoctus; nihil ſic ſalutem, nihil ſic ſenſuum acumen operatur, nihil ſic ægritudinem fugat: ſicut moderata refectio: ſufficientia quippe cum nutrimẽto, & ſoſpitatem ſimul procreat, & uoluptatem. Abundantia uerò morbum facit & moleſtias ingerit, & ęgritudines generat: quod .n. fames facit hoc etiam ciborum plenitudo: magis autem & multo peiora. Fames quippe in paucis diebus aufert hominem, & liberat eum de hac uita pœnali. Exceſſus uerò ciborum conſumit & computreſcere facit corpus humanum, & carnem macerat ægritudine diuturna, & tunc eum morti crudeli conſumit. c. nihil. n. de conſecr. diſt. 5. *Io. os Aureũ.*

172 Et legitimus quoſdam morbo articulari, & podagræ humoribus laborantes, ad ſimplicem menſam, & pauperes cibos redactos conualuiſſe: caruerant .n. ſolicitudine diſpenſandæ domus & epularum largitate, quæ & corpus frangunt, & animum. Irridet Oratius appetitum ciborum, qui conſumpti relinquunt pœnitentiam. c. legimus. de conſecratio. diſtinct. 5. *Hiero.*

DE ABSTINENTIA IN SABBATO.

173 QVIA dies ſabbati apud ſanctos patres noſtros in abſtinentia celebris eſt habitus, nos eorundem authoritatem ſequẽtes ſalubriter admonemus, vt quicunq; ſe chriſtianæ religionis participem eſſe deſiderat, ab eſu carnium eadem die (niſi maiori feſtiuitate interueniente, uel infirmitate impediente) abſtineat. c. quia dies. de conſecr. diſt. 5. *Gre. VII.*

Et in Concilio Conſtantinopol. VI. generali canone 89. diſponitur ita.

174 Qui dies ſalutaris paſsionis in ieiunio, & oratione, & compunctione cordis peragunt, oportet circa horam mediæ noctis magni ſabbati ieiunos eſſe; cum Euãgeliſta Mattheus & Lucas, ille per dictionem. Veſpere autẽ ſabbati, hic uerò per profundum diluculum tarditatẽ noctis nobis præſcribant.

175 Et qui nec uoto, nec regulari obſeruãtia ſunt adſtricti in ſexta feria ſi feſtum natiuitatis Domini ipſo die uenire contigerit, carnibus propter feſti excellentiam ueſci poſſunt ſecundùm conſuetudinem eccleſiæ generalem, nec tamen hi reprehendendi ſunt, qui ob deuotionẽ uoluerint abſtinere, dicit Honorius III. in c. ſi. de obſeruat. ieiuniorum.

176 Sabbato uerò ieiunandum eſſe ratio euidentiſsima demonſtrat; quia conſtat Apoſtolos, biduo ante paſcha & in mœrore fuiſſe, & propter metum Iudęorũ ſe occultaſſe, quod utique non dubium eſt in tantum eos ieiunaſſe biduo memorato, ut traditio eccleſiæ habeat iſto biduo ſacramenta penitus non celebrari, quæ forma etiam tenenda eſt per ſingulas hebdomadas propter id, quòd commemoratio illius diei ſemper eſt celebranda, quòd ſi putant ſemel atq; uno ſabbato ieiunandum: ergo & Dominica & ſexta feria ſemel in paſcha, erit vtiq; celebranda. c. ſabbatho. de conſec. diſt. 3. *Inn. PP.*

177 Qui die ſabbati aliquid operari prohibent, ſunt prædicatores antichriſti, qui ueniẽs diem ſabbati faciet ab omni opere cuſtodiri. Et peruerſi ſunt homines, *Gre. PP.*

qui

qui prædicant, vt die Dominico nullus debeat lauari; quia ſi pro luxuria & pro voluptate quis lauari appetit, prohibitũ eſt etiam reliquo tempore: ſi autem pro neceſsitate corporis, nec die Dominico prohibetur. c. peruenit. de conſec. diſt. 3.

DE DIE DOMINICA.

Ex Grã genſi cõcil. 178 Si quis tanquàm hoc continentię cõuenire iudicans die Dominico ieiunauerit in eiuſdem diei contemptum, anathema ſit. c. ſi quis tanquàm 30. diſt.

Vnde ſi feſtum occurrit in ſecunda feria habens uigiliam, ieiunatur in ſabbato præcedenti, ut eſt obſeruatio eccleſiæ, & reſcripſit Innoc. III. in c. ſecundo. in prin. de obſeruatione ieiuniorum.

Imo in Concilio Cæſarauguſtan. ſtatutum fuit ne quis die Dominico timoris cauſa ieiunet.

DE QVATVOR TEMPORIBVS ANNI.

Vrb. pp. 179 Statvimvs, vt ieiunia quatuor temporibus hoc ordine celebrentur. Primum in initio quadrageſimæ; ſecundum in hebdomada Pentecoſtes: tertium in Septembri: quatuor in Decembri more ſolito. c. ſtatuimus. 76. diſt.

Leo pp. Et huius obſeruantiæ utilitas in eccleſiaſticis præcipuè eſt conſtituta ieiuniis, quæ ex doctrina ſancti Spiritus, ita per totius anni circulum diſtributa ſunt; vt lex abſtinentiæ omnibus ſit adſcripta temporibus: ſi quidem ieiuniũ Vernum in Quadrageſima, eſtiuum in Pentecoſte, Autumnale in menſe ſeptimo: Hyemale in decimo celebramus. Intelligentes diuinis nihil uacuum eſſe pręceptis, & uerbo Dei ad eruditionem noſtram omnia elementa ſeruire, dum per ipſius mundi cardines quaſi per quatuor Euangelia inceſſabili tuba dicimus, quod & prædicamus, & agimus. c. huius. 76. diſt.

DE IEIVNIIS IVDAEORVM ANTIQVIS.

Hiero. 180 Ieivnivm quarti, & ieiuniũ quinti, & ieiuniũ ſeptimi, & ieiunium decimi domui Iudę & Ieruſalem in dies feſtos uertetur & gaudium. Hoc loco multi noſtrorum multa dixerunt, & inter ſe diſſonantia. Cogimur itaq; ad hebræos recurrere, ſcientiæ ueritatem de fonte magis, quàm de riuulis querere. Ieiunium quarti menſis, qui apud latinos vocatur Iulius, die VII. & X. eiuſdem menſis illud arbitrantur, quando Moyſes de monte Sina tabulas legis abiecerit, atque compegerit: cum inueniſſet Iudęos conflaſſe vitulum, & iuxta Ieremiã muri primum rupti ſunt ciuitatis. In quinto uerò menſe, qui apud nos appellatur Auguſtus, cum propter exploratores terræ ſanctæ ſeditio orta eſſet in populo, iuſſi ſunt mõtem non aſcendere, ſed per XL. annos lõgis a terra ſancta circuire diſpendiis, vt (exceptis duobus Caleph & Ioſue) oẽs in ſolitudine caderent. In hoc menſe & a Nabuchodonoſor, & multa poſt ſæcula a Tito & Veſpetiano templum Hieroſolymis incenſum eſt, atq; deſtructum: capta urbs Bethel, ad quam multa milia confugerant Iudæorum: aratum templum in ignominiam gentis oppreſſæ a Tito Annio Ruffo. In ſeptimo uerò menſe, qui apud nos appellatur October, occiſus eſt Godolias, & Iudæ tribus & Hieruſalem reliquiæ diſcipatæ ſunt. Menſe decimo, qui apud nos Ianuarius dicitur, eo quòd ianua ſit anni, atq; principium Ezechiel in captiuitate poſitus audiuit, & cunctus populus captiuorum quinto menſe templum eſſe ſubuerſum, quod pleniſsime in eodem propheta cognoſcimus. Hoc igitur eſt omne, quod dicitur; dies plãctus & ieiuniorum, quos hactenus habuiſtis in luctum, ſciatis vobis: quia cogitaui, vt benefaciam Hieruſalem & domui Iuda in lętitiam & gaudium, & ſolennitates eſſe vertendas ita dumtaxat, ſi veritatem diligatis & pacẽ. Iuxta anagogen, ideſt moralem intellectum nos tunc ieiunamus, quando ſponſus aufertur a nobis, & non meremur eius habere præſentiam. Cum reuerſus fuerit ad nos dominus, & cogitauerit, vt benefaciat nobis omnis triſtitia vertetur

tetur in gaudium, & fames priſtina ſermonis Dei præſentia doctrinarum eius, & celeſtis panis ſaturitate compenſabitur.c.ieiunium quarti.76.diſt.

DE QVINQVAGESIMA POST PASCHA.

Amb. 181 A die Dominico reſurrectionis vſque ad diem Pentecoſtem non indicuntur obſeruanda ieiunia; quia per hos quinquaginta dies nobis eſt iugis & cõtinuata feſtiuitas, ita vt hoc omni tempore, neque ad obſeruãdum indicamus ieiunia, neque ad exorandum dominum genibus ſuccidamus: quia omnes iſti dies ueluti Dominici reputantur: in Dominica enim reſurgens Saluator reuerſus eſt ad homines, & tota quinquageſima cum hominibus commoratus eſt. Item hunc numerum quinquageſimum lęti celebramus, & poſt Domini paſsionem remiſſo culpæ totius debito, chirographoq; euacuato, ab omni nexu liberi ſuſcipimus aduenientem in nos gratiam Spiritus ſãcti. Et in die Pẽtecoſtes vacant ieiunia, laus dicitur Deo, & oratio & alleluia cãtatur.c.ſcire debet.diſt. 76.

Iſido. 182 Si tamen in hoc tempore quis monachorum, uel clericorum ieiunare cupit, non ſunt prohibendi: quia & Antonius & Paulus & cæteri patres antiqui etiam his diebus in heremo leguntur abſtinuiſſe, neque ſoluiſſe abſtinentiam, niſi tantum die Dominico.c.poſt paſcha. 76.di.

DE VIGILIIS QVAE IEIVNANTVR, VEL NON IEIVNANTVR.

183 In die ſabbati vigilia Pentecoſtes ieiunandum eſt, vt dicit gloſſa in c. ſcire debet, in verbo obſeruãtiæ.76.diſt.& aſſerit ita ſe habere generalem eccleſiæ conſuetudinem.

184 Vigilia tamen Aſcenſionis non ieiunatur, nec etiam vigilia Epiphaniæ, vt in rub.3.in miſſali nouo.

185 Reliquæ vigiliæ quæ ieiunantur anno tãtur in miſſali & breuiario, & ſunt tredecim.

Prima eſt ante natiuitatem Domini N. Ieſu Chriſti.

Secunda ante feſtum Sancti Matthiæ Apoſtoli menſe Februario.

Tertia vigilia Natiuitatis S. Ioannis Battiſtæ menſe Iunio.

Quarta vigilia SS. Petri & Pauli Apoſtolorum, eodem menſe Iunio.

Quinta S. Iacobi Apoſtoli menſe Iulio.

Sexta vigilia S. Laurentii martiris, menſe Auguſto.

Septima vigilia Aſſumptionis beatę Marię virginis eodem menſe Auguſti.

Octaua vigilia S. Bartholamei Apoſtoli eadem menſe Auguſti.

Nona vigilia S. Matthei Apoſtoli, menſe Septembris.

Decima vigilia SS. Simonis & Iudæ Apoſtolorum, menſe Octobris.

Vndecima omnium Sanctorum die ultimo Octobris.

Duodecima vigilia S. Andreæ Apoſtoli, menſe Nouembris.

Tertia decima vigilia S. Thomæ Apoſtoli, menſe Decembris.

DE DIEBVS FESTIS.

186 Omnes dies Dominici a veſpera in veſperam cum omni ueneratione debent obſeruari, ita ut mercatum non fiat, neque litigia, neq; aliquis ad mortem, vel ad pœnam iudicetur, nec ſacramenta niſi pro pace, uel alia neceſsitate præſtentur.c.primo.de feriis.

187 Item iudicialis ſtrepitus conquieſcere debet diebus feriatis in honorem Dei, videlicet Natalis Domini. S. Stephani, Ioannis Euangeliſtæ, Innocẽtium. S. Silueſtri, Circũciſionis, Epiphaniæ.vii. diebus Dominicæ paſsionis, Reſurrectionis cum vii. ſequentibus, Aſcenſionis, Pentecoſtes cum tribus, qui ſequuntur, Natiuitatis Ioannis Baptiſtæ, feſtiuitatũ omnium Virginis glorioſæ. Duodecim Apoſtolorum, beati Laurentii, dedicationis beati Michaelis, ſolennitatis omnium Sanctorum, cæteriſq; ſolennitatibus, quas ſinguli Epiſcopi in ſuis diœceſibus cum clero & populo duxerint ueneran-

nerandas: quibus ſolennibus feriis, niſi neceſsitas vrgeat, uel pietas ſuadeat, vſqueadeo conuenit ab huiuſmodi abſtinere; vt conſentientibus etiam partibus iudicium exerceri non poſsit, quamuis feriis fauore hominum introductis poſsit renunciari. c. fin. de feriis.

188 Et in Decreto, de conſecratione diſt. 3. c. primo, enumerantur feſtiuitates. c. fi. de feriis, & adduntur tres dies rogationum, & dedicatio cuiuslibet oratorii & S. Martini.

Ex cō ci. Lugdun.

189 Licet ſcriptum ſit de ueſpera in veſperam celebrabitis ſabbata veſtra feſtorū, tamen principium, & finis iuxta eorum qualitatem & diuerſarum regionum cōſuetudinem debet attēdi, & ſicut magnitudo dierum exigit, prius incipere & tardius retardare. c. 2. in prin. de feriis.

190 Diebus Dominicis, & aliis præcipuis feſtiuitatibus, ſiue inter paſcha & Pentecoſtem genuumflexio nequaquam debet fieri: niſi aliquis ex deuotione id velit facere in ſecreto. In conſecrationibus autem epiſcoporum & clericorum ordinationibus, conſecrans & conſecratus tantum genua flectere poſſunt ſecundum quòd conſecrationis modus exquirit. c. 2. §. diebus autem. de feriis.

191 Decretum eſt ē ab Euſebio PP. quòd ſeruetur ab omnibus feſtiuitas, inuentionis Crucis Domini, quinto nonas Maii. inuenta tempore dicti Euſebii, qui fuit electus Pont. anno domini cccxix.

Evs. pp.

DE FESTO SACRATISSIMI CORPORIS CHRISTI.

192 Festvm Sacratiſsimi Corporis Chriſti celebrari debet feria quinta poſt octauā Pentecoſtes, & inſtitutum fuit ab Vrbano Quarto, qui fuit Pont. anno domini MCCLXI. & approbatum in Cōcilio Vienenſi ſub Clemente V. Et iis, qui in feſto, uel intra octauā officio interueniūt, indulgentiæ conceduntur, videlicet qui matutinali officio feſti eiuſdem in eccleſia, in qua idem celebrabitur, interfuerint, centum. Qui verò miſſæ totidem, qui autem in primis ipſius feſti ueſperis interfuerint ſimiliter centum. Qui vero in ſecundis totidem. Illis verò, qui primæ, tertiæ, ſextæ, nonæ, & complectorii officiis interfuerint pro qualibet horarū ipſarum quadraginta. Illis autem, qui per octauas illius feſti matutinalibus, veſpertinis, miſſæ ac prędictarum horarum officiis interfuerint, cēntum dies ſingulis octauarum ipſarum diebus omnipotentis Dei miſericordia ac beatorū Apoſtolorum eius Petri & Pauli authoritate confiſus Pontifex de iniunctis ſibi pœnitentiis relaxauit. clemen. unica. de reliquiis & vener. ſanct.

FESTA DVPLICIA ALIQVORVM SANCTORVM.

193 Festa XII. Apoſtolorum, quatuor Euāgeliſtarum, quatuor Doctorum, videlicet beati Gregorii, qui meritis inclytus ſedis Apoſtolicæ curam geſsit, beatorū Auguſtini & Ambroſii venerandorum Antiſtitum, ac beati Hieronymi confeſſoris magni ſuo officio duplici debēt ſolenniter celebrari. c. vnico, de reliquiis & ven. ſan. lib. VI.

194 Licet tam veteris quàm noui teſtamenti pagina ſeptimum diem ad humanam quietem ſpecialiter deputauerit, & tam eum, quàm alios dies maieſtati altiſsimę deputatos, nec non natalitia Sanctorum martyrum eccleſia decreuerit obſeruanda, & in his ab omni opere ſeruili ceſſandum. Attamen indulgetur Parochianis, vt liceat diebus Dominicis & aliis feſtis (præterq̃ in maioribus anni ſolennitatibus) Si alecia terræ ſe inclinauerint eorum captioni ingruente neceſsitate intēdere, ita quòd poſt factam capturam eccleſiis circumpoſitis, & Chriſti pauperibus faciant portionem. c. tertio. de feriis.

DE PRAECEPTIS ECCLESIAE.

195 Svnt vlterius obſeruanda præcepta eccleſiæ quæ ſunt quinque. Primum ſtatutos eccleſiæ feſtos dies celebrato. Secundum ſacrum miſſæ officium diebus feſtis

reuerenter audito. Tertium ieiunia certis diebus, temporibusq; indicta obſeruato. Quartũ peccata tua ſacerdoti proprio ſingulis annis confitetor. Quintum ſacroſanctam Euchariſtiam ad minimũ ſemel in anno circa feſtum Paſchæ ſumito; vt in Petro Caniſio, ſumma Doctrinæ chriſtianæ.cap.3.principali, de præceptis verò Eccleſiæ, cap.XIIII.

196 De diebus feſtis in Catechiſmo.3.parte,in præcepto 3.multa digna ſunt.

DE AVTHORITATE ET VSV PALLII.

197 Forma traditionis pallii hæc eſt.TRADIMVS TIBI PALLIVM, VT EO INTRA ECCLESIAM TVAM VTARIS: & intelligitur, videlicet intra quamlibet eccleſiam prouinciæ commiſſæ Archiepiſcopo.Si verò ei ſacris induſto veſtibus exire eam contigerit, tunc ſuo pallio minimè vti debet. c.1.& VI.de auth.& vſu pallii.

198 Non videtur eſſe conueniens, Archiepiſcopum pallium ſuum alicui commodare, cum pallium perſonam non tranſeat,ſed quiſque cum eo debeat ſepeliri.c.2.eodem.

Non debet quis ſe archiepiſcopum nominare,priuſquam pallium ſuum ſuſcipiat, in quo pontificalis officii plenitudo cũ Archiepiſcopalis nominis appellatione confertur.c.3.de auth.& vſu pallii.

Romanus Pont.ſolus in miſſarum ſolenniis pallio ſemper utitur: quoniã aſſumptus eſt in plenitudinem eccleſiaſticæ poteſtatis,quæ per pallium ſignificatur. Alii uerò non ſemper,neque vbiq;,ſed in eccleſia ſua,in qua iuriſdictionem eccleſiaſticam acceperunt, certis debent vti diebus:quoniam uocati ſunt in partem ſolicitudinis,non in plenitudinem poteſtatis.cap.4.de auth.& vſu pallii.

199 Conſuetudo in Hiſpania tunc generalis,qua Archiepiſcopi extra ſuas prouincias pallio indifferenter utebantur, potius dicenda eſt corruptela: tamen ſpeciali fauore indultum fuit Archiepiſcopo Compoſtellano ab Innoc. III. vt ſi neceſsitate aliqua præpeditus ad eccleſiã ſibi ſubiectã accedere forte nequiuerit pro conſecrandis ſuffraganeis ſuis, uel clericis ordinandis, & ad eccleſiam alienam propter hoc contigerit eum declinare,dummodo is,ad quem eccleſia pertinet,id permittat; utendi pallio in iam dictis caſibus, liberam habeat facultatẽ. c.5.de auth.& uſu pallii.

200 Archiepiſcopus tam in ſua, quã in aliena diœceſi poteſt ſine pallio & cendalis celebrare. Ac in ſua diœceſi non debet ſemper celebrare cum pallio ſed diebus illis dũtaxat, qui in eccleſiæ ſuæ priuilegiis ſunt expreſsi.c.fi.eod.tit.

201 Palli traditio per obiectum criminis uel defectus facienda iis, qui ad Metropolitanarum eccleſiarum,ſeu aliarum regimen aſſumuntur retardari non debet, niſi obiiciens præuio iuramẽto de obiectis promptam fidem faciet. Promptam verò fidem intelligimus in hoc caſu, ſi intra bimeſtris temporis ſpatium numerandum à die collationis in aurea proba uerint legitimè,quod opponunt:quod ſi non fecerint, eorum obiectibus nequaquam obſtãtibus ad ipſius traditionem pallii procedatur. Per traditionem autem huiuſmodi uia accuſationis,denunciationis,uel inquiſitionis nullum præiudicium generetur extrauaganti vnicæ, hoc titulo in communibus.

202 Epiſcopo delinitur caput & manus ab epiſcopo adſiſtentibus aliis duobus epiſcopis ſecundum morem eccleſiaſticũ. c.1.in prin.de ſacra unctione.

DE VNCTIONE REGVM.

IN veteri teſtamento non ſolum vngebatur ſacerdos,ſed etiam Rex & propheta. Sed vbi IESVS Nazarenus, quem vnxit Deus Spiritu ſancto, qui ſecũdum Apoſtolum eſt caput eccleſiæ,quæ eſt corpus ipſius, principis vnctio à capite ad brachium eſt translata, ut princeps ex tunc nõ ungatur in capite,ſed in brachio,ſiue in humero,uel in armo, in quibus principatus cõgruè deſignatur iuxta illud, factus eſt principatus ſuper humerum eius.c.1. §.vnde in ueteri.de ſacra unctione.

DE

DE VNCTIONE PONTIFICIS.

In capite uerò Pontificis eſt delinitio, uel
delibutio conſeruata: quia perſonam ca
pitis in pontificali officio repreſentat.
Refert autem inter Pontificis & princi-
pis unctionem: quia caput Pontificis
chriſmate conſecratur, brachium uerò
principis oleo delinitur: ut oſtendatur
quanta ſit differentia inter authoritatẽ
Pontificis & principis poteſtatem. d.§.
unde in ueteri, uerſ. in capite.

DE BACVLO PASTORALI.

203 Licet Romanus Pont. non utatur ba-
culo paſtorali, tum propter hiſtoriam, tũ
propter myſticam rationem, omnes ta-
men epiſcopi poterunt eo uti. d.c. unico.
§. ungitur, in fi.

DE CONSECRATIONE ALTARIS TEMPLI ET CALICIS VNCTIONE.

204 Vngitvr præterea ſecundum eccleſia
ſticum morem, cum conſecratur altare,
cum dedicatur templum, cum benedici-
tur calix non ſolum ex mandato legis di
uinæ: uerum etiam exemplo beati Sil-
ueſtri, qui cum conſecrabat altare, illud
chriſmate perungebat. d.c. unico. §. ungi
tur, in prin. de ſacra unctione.

DE SEPVLTVRIS ET DEFVNCTIS.

205 Sepeliuntur mortui in atrio, aut in
Ex cõcil. Varenſi. porticu, aut in exhedris eccleſiæ: intra
eccleſias uerò, aut prope altare, ubi cor-
pus & ſanguis Domini conficitur non
ſepelliantur. c. præcipiendum. §. prohibẽ
Ex cõcil. Magunt. 206 dum xiii. q. ii. Sed Epiſcopo, Abbati,
aut dignis presbyteri, uel fidelibus laicis
conceditur. c. nullus mortuus. ead. q.
207 Ac à ſacris locis non iuuãtur poſt mor
Gre. pp. tem, quibus peccata non ſunt dimiſſa.
Nam ſi peccata grauia non deprimunt,
tunc prodeſt mortuis in eccleſia ſepultu
ra; quia eorum proximi quoties ad eadẽ
ſacra loca ueniunt, ſuorumq; ſepulturã
aſpiciunt, recordantur, & pro eis Domi-
no preces fundũt. c. cum grauia. xiii. q. ii.
208 Non debemus exiſtimare ad mortuos *Aug.*
aliquid peruenire, niſi quod eis ſiue alta
ris, ſiue orationum, ſiue eleemoſinarum
ſacrificiis ſolenniter applicamus. Nec
proſunt omnibus, ſed iis tantum, quibus
prodeſſet, ſi uiuerent. Ac propter incer-
titudinẽ oportet omnia ſupradicta pro
omnibus facere, vt nullus prætermitta-
tur, ad quos hæc beneficia poſſunt perue
nire. Sed diligentius facit hoc quiſq; pro
neceſſariis ſuis: quia nemo carnem ſuã
unquam odio habuit, vnde oportet, vt
quam poteſt pro carne proximi defuncti
curam gerat. c. non extimemus. cum ſeq.
xiii. q. ii.
209 Animæ defunctorũ ſoluuntur quatuor Gre.
modis: aut oblationibus ſacerdotum: aut pp.
precibus ſanctorum: aut charorum ami-
corum eleemoſinis: aut ieiunio cognato
210 rum. Curatio verò funeris, pompæ exe
quiorum magis ſunt ſolatia uiuorum,
quàm ſubſidia mortuorum. c. animæ.
xiii. q. ii.
211 Nec pro noſtra, nec aliorum morte tri *Cypr.*
ſtari debemus: quia Deus nos reuocat
de hoc ſæculo liberatos, cum ſciamus
non amitti, ſed præmitti recedentes. c.
quàm præpoſterum. xiii. q. ii.
Et in Cõcilio Toletano iii. ſub Pelagio ii.
ſtatutum eſt non dolendum de mortuis
ab his, qui ſpem reſurrectionis habent.
Non tamen prohibemur pietatis affectu & *Ioan.*
humanitatis intuitu mortuos lugere, ſi- *Chriſ.*
cut legimus ſanctos aliquos aliorum exe
quiis pias lachrimas impendiſſe. c. ubicũ
que. ver. pietatis. xiii. q. ii.
212 Mortui autem non ſciunt ea, quæ à vi- Anaſ
uis geruntur. Nam Eſaias cap. lxiii. per ta. pp.
ſona populi ait Abraham pater noster
nescit. c. qui diuina. §. de mortuis. xiii.
q. ii.
Poſſunt tamen audire ab eis, qui hinc ad *Aug.*
eos moriendo pergunt, non tamen om-
nia, ſed quæ ſinuntur etiam illos memi-
niſſe, & quæ illos quibus hæc dicantur,
oportet audire. Poſſunt & ab Angelis,
quibus quæ hic aguntur, præſto ſunt, au-
dire aliquid mortui, quod nunc quemq;

illorum audire debere iudicat, cui cũcta ſubiecta ſunt.c.fatendum.XIII.q.II.

213 Multi quoque credunt aliquos ex mortuis uenire ad uiuos. Sicut è contrario, Paulum ex uiuis in paradiſum raptum eſſe diuina ſcriptura teſtatur. d. c. fatendum.§.multi quoque.XIII.q.II. *Idem Aug.*

214 Quicunque dicit Adam primum hominem mortalem factum, ita vt ſiue peccaret, ſiue non peccaret, moreretur in corpore, hoc eſt de corpore exiret, non peccati merito, ſed neceſsitate naturæ, anathema ſit.c.placuit igitur. de conſec. diſt.4. *Ex cõ. ci. Meleuit.*

215 Et in Concilio Arauſicano circa tempora Leonis PP. primi. cap. I. decretum eſt. Si quis per offenſam præuaricationis Adæ non totum, id eſt ſecundum corpus & animam in deterius dicit hominem commutatum, ſed animę libertate illæſa durante, corpus tantummodo corruptioni credit obnoxium, aduerſatur ſcripturæ dicenti. Anima quæ peccauerit ipſa morietur. Et neſcitis quoniam, cui exhibetis uos ſeruos ad obediendum, ſerui eſtis eius cui obediſtis.

216 Pro ſepultura nihil muneris exigendũ eſt, ſed ſi ſponte parentes uel hæredes pro luminaribus offerunt, accipi non vetatur. Et idem ſi proximi, vel amici defuncti propter nomen & redemptionẽ animæ defuncti dare aliquid velint. cap. quęſta eſt. cum tribus ſeq. I3.q.2. *Gre. pp.*

Item terra cæmeteriata pro ſepultura fodiẽda vendi non debet. c. abolendæ. de ſepultur.

217 Et mulier nepta liberè poteſt ſibi eligere ſepulturam. c. de uxore. de ſepul.

Et in ſepeliendis minoribus filiis ſeruetur conſuetudo. d.c. de vxore. §. vtrum. Ac cõueniens eſt filios in patrum, vxores in maritorum ſepulcro collocare. c. ebron. cum ſeq. I3.q.2. *Hiero.*

218 Quando locorum & temporum facultas tulerit, ſepulturæ celebrari debent in maiori eccleſia, ubi ſedes eſt epiſcopi, ſin autem difficile ſit, ubi ſunt religioſi: ſed ſi hoc ineptum viſum fuerit, vbi uiuus perſoluebat decimas, ibi ſepeliatur & mortuus. c. ubicunq; temporum. I3. q.2. *Ex Tribur. cõc.*

QVIBVS DENEGETVR SEPVLTVRA.

219 At quibus non communicamus uiuis, nec defunctis communicare debemus. c. ſacris. de ſepult. vt puta paganus & Iudæus. c. eccleſiam bis. de conſec. diſt. I. & hæreticus. c. 8. de hæreticis. & vſurarius. c. ſecundo. de vſuris, in 6. Nec quiſquam oblationem eorum accipiat, pœna reſtitutionis, & ſuſpenſionis arbitio epiſcopi. c. 3. de uſuris. Et multi alii, de quibus in c. parçciano. de ſepul. Et maximè excommunicati; quia nec etiam exempti debent eos admittere ad ſepulturam, immo debent inde eiicere, & ſi neglexerint, epiſcopus ſupplebit. c. 5. de priuileg. Et blaſphemi. c. ſecundo. §. quolibet. in fine de maledicis.

Et qui pro manifeſtis exceſsibus eſt condemnatus. c. placuit. 23. q. 5. Et ſimiliter qui uoluntariè ferro, uel ueneno, uel ſuſpendio, uel quolibet modo ſibi mortem inferunt: Nam de his nulla in oblatione facienda eſt mentio, & eccleſiaſtica debent carere ſepultura. d. c. placuit. & ibi gloſſa in uerbo ad ſepulturam. *Ex cõc. Brachar.*

220 Et ſi horum corpora in cæmeterio tumulari contigerit, & diſcerni poſſit, exhumari debent & procul ab eccleſiaſtica ſepultura iactari. c. ſacris. de ſepul.

221 Et qui humauerint eorum corpora ſacris locis, aut interdicti tempore excommunicati ſunt nec poſſunt abſolui, niſi arbitrio epiſcopi ſatisfecerint clem. prima. de ſepul.

222 Sed hæc omnia intelliguntur, ſi impœnitentes deceſſerint: nam ſi in extremis abſoluti fuerint, debent ſepultura. d.c. parçciano. de ſepul. Et hæredes, ad quos bona peruenerint, ut pro ipſis ſatisfaciãt eccleſiaſtica cenſura compellendi ſunt. d.c. parçciano, qui eſt finalis. de ſepul.

223 Nam qui in patibulo ſuſpẽduntur pro ſuis ſcelerib. ſi de omnibus peccatis ſuis puram confeſsionem egerint, & dignè pœnitentibus in fine communio ſecundum præcepta canonum danda eſt, non denegabitur ſepultura iſtis, qui pro peccatis ſuis pęnam extremam perſoluunt: ſcriptum *Ex Magunti. concil.*

ſcriptum eſt enim,non iudicat Deus bis in id ipſum.c.quæſitum eſt.13.q.2.& cle. 1.de pœnitentiis.

224 Et incendiarius eccleſiæ in morte pœnitens & abſolutus ſepelitur in cœmeterio & hæredes compelluntur ad ſatisfa ctionē iuxta facultates.c.5.de raptorib.

225 Sed qui dum in ſcelere comprehēduntur,uulnerati fuerint,& poſtea ſacerdoti confeſsi deceſſerint,communio non denegatur, quāuis aliud ſit, ſi dum ſe ipſos defendūt,fuerint interfecti.c.2.de furtis.

226 Is autem, quem caſus improuiſus opprimit, ſi nihil aliud obſiſtat, eccleſiaſtica ſepultura non arcebitur.c.ex parte.de ſepulturis.

227 Vulnerato in torniamentis cōceditur pœnitētia:ſed ſi mortuus ibi fuerit,carebit eccleſiaſtica ſepultura,ſi acceſsit animo pugnandi. c. primo.de torneamētis. Sed ſi acceſsit alia cauſa, uidelicet perci piendi credita ſua, & ibi fortuito caſu obierit,corpus traditur ſepulturæ.c.2.de torneamentis.

DISTINCTIO. V. FINIS.

DE SEDE APOSTOLICA.

DISTINCTIO VI.

228 GENERALIA concilia,uel quorum tempore celebra ſunt,uel quorum authori tate cæteris præmineant, ſupra monſtratū eſt. Nūc ſequitur uidere authoritatem aggregandorum conciliorum penes primam ſedem eſſe.c.1.17.diſt.

Vnde Synodus epiſcoporum abſque ſedis Romanæ authoritate non poteſt regulariter fieri.c.Synodum. ea.17.diſt.

Mar. PP. Nec ullum ratum eſt,aut erit vnquam concilium, quod eius non fuerit fulcitum authoritate.c.regula ueſtra.ea. 17.diſt.

Pal. PP. Et ſi in qualibet prouincia ortę fuerint quęſtiones, & prouinciæ Epiſcopi diſcrepare cęperint,& non conueniant; tunc ad maiorem ſedem referuntur. Nam maiores,& difficiles quæſtiones,vt S. Synodus ſtatuit, & beata conſuetudo exigit, ad ſanctam ſemper referuntur ſedem.c. multis,ead.17.diſtinc.

Nic. PP. Et ideo conſequens eſt;ut quod ab huius ſedis rectoribus plena authoritate ſancitur,nullius conſuetudinis vigore remoueatur à ſequentibus proprias voluntates, ſed firmiter,atque inconcuſsè teneatur.c.conſequens eſt, x1.diſt.

Ivl. PP. 229 Nam ſatis indignum eſt, quēquam vel Pontificum, uel ordinum ſequentium, hanc regulam refutare; quam beati Petri ſedem & ſequi viderit,& docere. Multum.n.conuenit, ut totum corpus eccleſiæ in hac ſibi obſeruatione concordet, quæ inde authoritatem habet,vbi Dominus totius eccleſiæ poſuit principatum. c.nolite errare.x1.diſt.

230 Item ab omnibus obſeruari debet id', quod à principe Apoſtolorū Petro Ro. Eccleſiæ traditum eſt; præſertim cum ſit manifeſtum in omnem Italiam, Galliā, Hiſpaniam, Aphricam,& Siciliam,inſulasq; interiacentes,nullum inſtituiſſe eccleſias, niſi eos, quos venerabilis Apoſtolus Petrus, & ſucceſſor eius Sacerdotes conſtituerunt. Nec legitur per alium Apoſtolorum docuiſſe.c.ſi.ead.x1. diſt. Inn. PP.

Quare debet cognoſci eum eſſe repulſum, quem Sedes Apoſtolica repellit.c.miratus.93.diſt. Gra. PP. Nam qui cathedram Petri, ſupra quam fundata eſt Eccleſia,deſerit, ſe in Eccleſia Dei eſſe non confidat. c. qui cathedram,ea.93.diſt. Cypr.

231 Vnde D. Hieronymus ad Damaſum PP.ſcribit dicēs; Hæc eſt fides PP. beatiſſime,quā in catholica didicimus Eccleſia; quamq; ſemper tenuimus; in qua ſi minus peritè,aut parum cautè, forte aliquid Hiero.

quid poſitum eſt, emendari cupimus à te,qui Petri ſedem,& fidem tenes.Si autem hæc noſtra confeſsio Apoſtolatus tui iudicio comprobatur; quicunq; me culpare uoluerit; ſe imperitum, uel maleuolum,uel etiam non catholicum, ſed hæreticum comprobabit.

232 Item ſancta Ro. Eccleſia, quæ ſemper immaculata permanſit, Domino prouidente,& beato Apoſtolo Petro opem ferente,in futuro ſæculo manebit ſine ulla hæreticorum inſultatione, atque firma, & immobilis omni tempore perſiſtet. c. hæc eſt fides.24.q.1.

Cypr. 233 Vnde alienus eſt prophanus,hoſtis eſt, & habere non poteſt Deum patrem; qui uniuerſalis Eccleſiæ non tenet vnitatē: Nam quomodo poſſunt duo, vel tres in nomine Chriſti colligi, quos conſtat à Chriſto,& eius Euāgeliō ſeparari.c.alienus.24.q.1.

Gre. pp. 234 Ex ſola enim Eccleſia catholica veritas conſpicitur;& niſi quis fidei ſoliditatem tenuerit, diuinam præſentiam non agnoſcit. Et hæc ſola catholica eſt,per quam ſacrificium Dominus accipiat libenter; & ſola,quæ pro erroribus intercedat fiducialiter: & ſola eſt, quæ intrà ſe poſitos valida charitatis compage cuſtodit,vnde & aqua diluuii arcam quidē ad ſublimiora ſuſtulit; omnes autem, quos extrà arcā inuenit,extinxit. c.quia ex ſola.24.q.1.

Amb. 235 Item non eſt vera fides, ſi cum Romana Eccleſia non conuenit;& quāuis quis pro fide fuerit in exilio, ſi eſt in ſcimate, non putatur eſſe in fide;quia non ſufficit tenere fidem erga Deum: ſi erga Dei Eccleſiam non tenetur; cum propter Eccleſiam Chriſtus paſſus ſit, & corpus Chriſti ſit Eccleſia, & non exhibetur fides Chriſto ab his, à quibus euacuatur paſſio eius.c.aduocauit.24.q.1.

236 Et ideo cum Orientis Eccleſia tunicā Domini indiſciſſam, & deſuper cōtextā minutatim per fruſtra diſcerperet, D. Hieronymus cathedram Petri, & fidem Apoſtolico ore laudatam, cenſuit conſulendam. Nam in Occidente Sol iuſtitiæ oritur, in Oriente autem Lucifer ille, qui ceciderat, ſupra ſydera poſuit tronum ſuum (intelligens prælatos hæreticos) prælati autem Romanæ Eccleſiæ 237 ſunt lux mundi,ſal terrę,vaſa aurea,& argentea: In Oriente verò teſtea vaſa; virga ferrea;& æterno operiuntur incēdio.

Et dicit D. Hieronymus quāquam tui me terreat magnitudo, tamen inuitat humilitas;ſatiſcat inuidia Romani culminis, recedat ambitio,cum ſucceſſore piſcatoris,& diſcipuli Chriſti loquor. *Hiero.*

Ego (inquit D.Hieronymus) nullum præmium, niſi Chriſtum, ſequens beatitudini tuæ, ideſt cathedræ ſancti Petri communionē conſortior,& quicunque extrà domum Petri agnum comedit, prophanus eſt.c.quoniam uetus. 24. q.1.

238 Vnde nulli fas ſit, vel diuinas conſtitutiones, vel Apoſtolicæ ſedis decreta temerare, & PP. circa hoc non debet eſſe negligens;quia memorię tenendum eſt, qualiter comminetur Deus negligentibus ſacerdotibus. Hil. pp.

239 Si quidem maiori reatu delinquit,qui potiori honore fruitur,& ſublimitas peccantium grauiora facit vitia peccantiū. c.nulli fas ſit.25.q.1.

Et in ſpiritumſanctum blaſphemant, qui contra ſacros canones non neceſsitate compulſi, ſed libenter aliquid, aut proteruè agunt, aut loqui præſumunt,aut facere uolentibus conſentiunt. c. violatores.25.q.1. Dam. pp.

Vnde ſi quis pulſatus fuerit in aliqua aduerſitate libenter ad ſacratam, & Apoſtolicam ſedem appellat, & ad eam quaſi ad caput ſuffragiū habet. c. ſi quis veſtrum. 2.q.6. Sixt. pp.

Et omnis oppreſſus liberè appellat: ſi autē difficiles cauſæ,aut maiora negotia orta fuerint,ad maiorem ſedem referuantur. c.omnis oppreſſus.2.q.6. Gre. pp.

Item ad Romanam eccleſiam ab omnibus, maximè tamen ab oppreſsis;eſt appellādum,& concurrendum,quaſi ad matrē, c.ad Romanam.2.q.6. Zeph. pp.

Econtrà autem conſtitutione ſynodi, quā vniuerſalis eccleſię approbauit aſſenſus, Romanā ſedem præ cęteris exequi oportebit.c.confidimus.35.q.1. Gel. pp.

Nam

Grego. Nam iuſtitiæ, & rationis ordo ſuadet, vt qui à ſucceſſoribus ſua mandata ſeruari deſiderant, deceſſoris ſui proculdubio voluntatem, & ſtatuta cuſtodiant. c. iuſtitiæ. 25. q. 1.

Leo PP. IIII. Non tamen S.R.E. quia impartitur ius, & authoritatem ſacris canonibus, eis alligatur, ſed habet ius cōdendi canones, vtpote, quæ caput eſt, & cardo omnium eccleſiarum, à cuius regula nemini diſſentire licet. Nam ſicut Chriſtus ſe dominum legis oſtendit, contra legis literam leproſum tactu mundando, ſic & ſummæ ſedis Pontifices canonibus reuerentiam exhibent, & eis ſe humiliādo ipſos cuſtodiunt, vt aliis obſeruandos exhibeant; nonnunquam verò ſeu iubendo, ſeu diffiniendo, ſeu decernendo, ſeu aliter agendo, ſe decretorum dominos, & conditores eſſe oſtendunt. Sacri quidem canones ita aliquid conſtituunt, vt ſuæ interpretationis authoritatem S.R.E. reſeruent. Nam ualet ſuis priuilegiis quos libet munire, & extrà generalia decreta quædam ſpeciali beneficio indulgere, conſiderata tamen rationis æquitate. c. ſi. 25. q. 1.

Et qui ſcit aliis eſſe præpoſitum, non moleſtè ferat aliquem ſibi eſſe prælatum: ipſa namq; eccleſia, quæ prima eſt, ita reliquis eccleſiis uices ſuas credidit largiendas, vt in partem ſint vocatæ ſolicitudinis, non in plenitudinem poteſtatis. c. qui ſe ſcit. 2. q. 6.

De hac ſede Apoſtolica multa digna habētur in tractatu de concilio ſupra adducto Illuſtriſsimi & Reuerēdiſsimi D. Card. Poli, & inter cætera, ſedem Apoſtolicā, & ſedem Romani Pontificis eandem eſſe, in q. 57. & ſeq. in fi. & eodem nomine continenti cathedram Petri, quę fuit Romana, non Antiochena, vel Hieroſolymitana; quia iſtæ fuerunt cathedrę legis, & quòd Chriſtus eo miraculo videlicet, vado Romam iterum crucifigi, declarauit ſuā uoluntatem de ſede Petri Romæ, & promiſsionem factam Petro, videlicet, ex hoc eris homines capiēs, illuſtriori modo adimpletam fuiſſe in ſucceſſoribus Petri, & maximè in beato Syluestro tempore Conſtantini Magni, in q. 59. & ſeq. multis.

Sed q. 66. circa finem ita dicit, Domini vero voluntatem fuiſſe, vt Petri ſucceſſoribus ii honores heſterni tribuerētur, qui ſibi in terris debebantur, magis declarabimus, poſtquam aliqua prophetarum oracula recenſuerimus, quæ de futura Chriſti, & eccleſiæ gloria inter gentes multis ante ſęculis ſcripta ſunt, quàm Roma iugum Chriſti ſuſcepiſſet: & eadem quo pacto in ipſa Ro. eccleſia, & in eius Epiſcopis tandem perfecta fuerint, oſtēderimus.

Oraculum autē eſt Eſaiæ prophetę, de quo tractat q. 67. & 69. in quibus materia vtiliſsima habetur ad tollendos errores noſtri temporis.

Et ideo vtilitatis cauſa trāſcribentur; quia fortaſſe non omnes eum librum habēt.

Tenor quæſtionum eſt, & primo LVII.

Plvrima quidem paſsim in prophetarum ſcriptis inueniuntur, quæ gloriam Chriſti, & eccleſiæ inter gentes futuram prædicant. Nos verò ea tantum, quæ apud prophetam Eſaiam leguntur, proferemus, qui clarius cæteris & diffuſius, non ſolum quę ad gloriam Chriſti in terris pertinent, deſcribit, ſed etiam quæ ad afflictiones, quę ſemper pręponit, & quę ſe mutuò ſemper conſequuntur, inuicē coniungit. Hæc autem quamuis ad Chriſtum ipſum vnicum caput, & ad vniuerſam eccleſiam, quæ eſt corpus eius, pertineant; tamen ſi illuſtrius, & eminentius in Romana Eccleſia, quàm in aliis cum ea, quæ ad afflictiones, tum verò quæ ad gloriam pertinent, impleta eſſe conſtet; eadem profectò illam in vniuerſa eccleſia capitis vicarii rationem, & authoritatem obtinere perſpicacius declarant. Huius verò generis ſunt, quæ de gentiū primum, & Regum conuerſione, & obedientia futura ex eodem propheta paulo ante recitauimus, cum dicit. Ecce tenebræ operient gentes, & caligo populos: ſuper te autem orietur Dominus, &

gloria

gloria eius in te videbitur,& ambulabũt gentes in lumine tuo, & reges in ſplendore ortus tui. Hæc autem quis legens ſi oculos, ſimul & aures ad ea conuertat, quæ vel in Romana Eccleſia uiderit, uel de illius actis ſcripta legerit, aut acceperit, non ſtatim agnoſcat in illa perfecta eſſe ad uerbum omnia, quę hic Eſaias; tot autem ſæculis futura prædixit, quæ in nulla aliâ eccleſia conſpici poſſunt, ne in ipſa quidem Hieroſolymitana, de qua nominatim loqui propheta videtur, nec verò non uera ſunt omnia, ſi ad Hieroſolymitanam eccleſiam referantur, verum non ad illam, cuius lapides, & ſtructuras Chriſtus videns fleuit, cum diceret. Veniet tempus, cum non relinquent in te lapidem ſuper lapidem &c. nec verò ẽt ad illam, quam Moyſes cathedram poſtea Hieroſolymis poſitam gubernabat, ſed eam, quæ viuis ex lapidibus ſtructa creuit in templum Domini, quæ à Spiritu ſancto eſt gubernata. Nam quæ Hieroſolymis ædificata fuit Chriſti ſpiritu eccleſia, hęc Romam per Petrum, & Paulum Apoſtolos eſt translata. Hi enim principes Hieroſolymitanæ eccleſiæ Romam cathedram ſuam transferentes, eò ſimul omnem gloriam Hieroſolymitanę eccleſiæ promiſſam trãſtulerunt; quibus rectè illud prophetę accommodare poteſt. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filii; conſtitues eos principes ſuper omnẽ terram. Filii enim Hieroſolymitanæ eccleſię principes ſuper omnem terram conſtituti ſunt, cum relicta paterna vrbe, & paternis traditionibus, ac ritibus, quæ in Chriſto finem habuerunt, per Chriſti uirtutem Romanos ipſos rerum dominos iugo fidei ad Chriſti gloriam ſubiecerunt. Hanc verò illi glorioſam uictoriam non ſtatim ſunt conſecuti; ſed multo ante paſsi; & per aliquot ſæcula omni genere calamitatum, & contumeliarum ab ipſius principibus affecta: ſic enim ad hanc gloriã inter gentes peruenit Romana eccleſia, vt Chriſtus ad ſuam; qui multa primum paſſus, aſcendit in gloriam patris, ita eccleſię Romanę rectores cum plus malorũm habuiſſent cæteris omnibus eccleſiarum rectoribus, quo proprius aberant ab ipſis afflictionum fontibus, Romanis ſcilicet Imperatoribus, quorum edictis omni genere calamitatum eccleſiæ præmebantur; tandem ad Chriſti gloriam in terris peruenerũt, ut in omnibus oſtẽderet eos fuiſſe ueros filii ſui vicarios: Sic enim per trecentos ferè annos continuos à Petri morte uſque ad Conſtantinum Imperatorem ab ipſis Imperatoribus ſunt uexati, ut tot annorum ſpacio, cum nunquam deeſſent, qui Petri cathedra perpetua ſerie ſuccedentes regerẽt, uix tres numerari poſsint, qui ſua morte interierint, ſed omnes ab Imperatoribus ſint interfecti. Nec tamen interim ſine uictoria fuerunt. Verum in mediis afflictionibus multos populos, in hisq; multo Romanos uicerunt; ſic ut in ipſa urbe Roma cathedram etiam ſuam ponerent: ſed obſcura adhuc gentibus uictoriæ gloria, & apud maiorem ciuium partem ignobilis, & contempta hæc cathedra fuit; quam Deus tandem ad honorem filii ſui primum victoria Syluestri de Conſtantino, deinde poſterioribus ſæculis ſic ornauit, atque illuſtrauit, ut quæ uetus Hieruſalem de iis, quæ ad gloriam, & diuitias mundi pertinerẽt, à prophetis promiſſa expectabat, & conſecutura quidem erat, ſi in obedientia, & fide permanſiſſet. Ad hãc enim refert Eſaias omnia ſua uaticinia, quæ magnifica illa promiſſa continebant. Hæc omnia ad Romanam eccleſiam eius filiam in fide fundatam matrem propter infidelitatẽ exhæreditata apertè conſtat eſſe translata, eidemq; donata. Hæc uerò nunc ipſa Eſaiæ uerba, quæ recitabimus, magis explicabunt, & confirmabunt; ſi res uerbis comparentur, & ad rerum normam, quas omnes gentes in Romana eccleſia multis ſæculis uiderunt, ipſa uerba examinentur.

Poſtea proſequitur, quo pacto ea, quæ eccleſiæ, & populo Iſrael ſub nomine Hieruſalem promiſſa olim fuerunt, in eccleſia Romana tandem gentibus ſint perſoluta, dicens in q.69. Hoc ſanè, quod nomine

mine fœderis appellatur apud prophetã, cum dicit in perſona Dei. Hoc fœdus meum cum eis, dicit Dominus, ſpiritus meus, qui eſt in te, & uerba mea, quæ po ſui in ore tuo: Hic enim ſpiritus eſt fundamẽtum omnium promiſſorum, eſt verò ſpiritus fidei, quem dicit Apoſtolus communem ſibi fuiſſe cum antiquis patribus, cum ait, Habentes autem eundẽ ſpiritum fidei credimus, propter quod & loquimur. Loquitur autem uerbum, quod poſuit Deus in ore eius, quod nõ eſt uerbum literæ, quale fuit veteris Hieruſalem; ſed verbũ ſpiritus, quod inquit idem propheta, non recedet de ore tuo, & de ore ſeminis tui à modo vſq; in ſempiternũ. Eſt verò idem verbũ, pro quo Chriſtus eccleſiæ ſuæ vicarium paſtorẽ alloquẽs dicit ſe oraſſe, ne deficeret. Hoc ergo primum eſt in promiſsis, quod præcipuè perſolutum eſſe in Romana eccleſia, lumen, quod per ipſam cæteræ eccleſiæ conſecutæ ſunt, atque illius perſeueratio in fide ſatis declarat. Sequuntur enim ſtatim in propheta poſt hoc promiſſum verba Dei ad Hieruſalem: ſurge, illuminare; quia venit lumen tuum, & gloria Domini ſuper te orta eſt; quia ecce tenebræ operient terram, & caligo populos. Super te autem orietur Dominus, & gloria eius in te videbitur. Deinde, quia cum hoc ſpiritu fidei eſt coniunctus ſpiritus dilectionis, qui eſt maximè prolificus, ſtatim adiungitur in promiſsis: Leua in circuitu oculos tuos, & vide; omnes iſti congregati ſunt, venerunt tibi, filii tui de longe venerunt, & filiæ tuæ de latere ſurgent; tunc videbis, & afflues, & mirabitur, & dilatabitur cor tuum, quando conuerſa ad te fuerit multitudo maris, fortitudo gentium venerit tibi. Hoc ergo promiſſum numeroſæ prolis coniunctum eſt cũ priori, poſt quod quaſi vltimo loco ſequitur. Adducam filios tuos de longe; argentum eorum, & aurum eorum cum eis nomini domini Dei tui, & sãcto Iſrael; quia glorificauit te. Hic verò ſi quæramus, quem propheta alloquatur, quam eſſe eccleſiam appellet, cum dicit. Leua in circuitu oculos tuos, & uide: omnes iſti congregati ſunt; venerunt tibi &c. Hic res ipſa euentus rerum ſic pro Romana eccleſia reſpondebit, vt non alia interpretatione opus ſit: omnes enim qui, vel ad ſucceſſum rerum in Romana eccleſia reſpicere velint, ſtatim hæc omnia ei cumulatè præſtita videbunt, ac perſoluta: Ecce enim nulla maiorem ſpiritum fidei habuit, nec firmius in fide perſtitit; nulla plores filios per verbum genuit, aluit, cõfirmauit, nullã rurſus maiores opes, maiores honores adepta eſt, nec enim ulla vnquam eccleſia ad hunc honoris gradum aſcendit, vt ad ea dici poſſent, quod ſequitur in promiſsis apud prophetam, gens, & regnum, quæ non ſeruierit tibi, peribit. Quàm verè autem hoc dicatur de eccleſia Romana, conſenſus regnorum, & gentium ad eius obedientiam ſalutis ſuæ cauſa certatim olim accedentium ſatis oſtendit, quòd verò eodem loco additur, & venient ad te curui filii eorum, qui te humiliauerunt, & adorabunt ueſtigia pedum tuorum, quam multis ante ſæculis in eccleſia hoc vidimus; quod & nunc videmus, nempè filios regum, & imperatorum, quorum maiores olim omnibus modis eam vexarunt curuos, & venerabundos ad oſculum pedũ Romanorum Pontificum Petri ſucceſſorum accedere. Quo pacto autem hæc eadem eccleſia & mamillis ſit lactata, & lacte gentium nutrita, quę ſequuntur in verbis prophetæ, diuitiæ, & opes in ipsã voluntaria oblatione principum, & populorum congeſta ſatis declarant. Hæc verò nunc ſatis ſint dicta, vt cum oraculis prophetarum, tum verò teſtimonio euentus rerum concludamus, eccleſiam Romanam uoluntate Dei principem, & matrem eccleſiam eſſe conſtitutam, in qua in conſpectu omnium gentium gloria filii eius in terris cõſpiceretur, & quę eundem locum in nato populo ex omni genere hominum cögregato teneret, quem tenuit Hieroſolyma in vetero, qui ex vna tantum natione conſtabat; ideſt, ut caput omnium aliarum eccleſiarum exiſteret, ipſiq; Hieſolymitanæ ciuitati

in hæreditate promiſſorum ſuccederet, & eandem appellationem haberet, quã olim ea tibi ſoli uindicauit, quam ſignificat Eſaias, cum dicit, Et uocabitte ciuitatem domini Sion S^te^ Iſrael.

Pro ſtabilitate huius ſedis uidendum, quod dicitur in faſciculo temporum, ſub Pelagio quinto anno domini DXCIIII. uidelicet, nota, quòd ſæpe fit mentio de diuerſis regnis, & prouinciis, quòd crebro cõuerſæ ſunt ad fidem; quia non ſemper iri eis permanſit fides propter diuerſas cauſas, ſic dicitur de Anglia, Francia, Perſia, & Iudæa, ſed in hoc ſingulariter Roma priuilegiata fuit; quia ibi nunquam defecit fides Petri.

De Romani Pontificis priuilegiis habetur in c. Cõſtantinus 96. diſt. quod quamuis inſcribatur palea, & dicatur, quòd non legitur in ſcholis, nõ eſt omittenda eius deſcriptio: tantò magis quia quamuis in hiſtoria Eccleſiaſtica non ſit mentio de baptiſmo Conſtantini: attamen Illuſtriſsimus & Reuerendiſsimus D. Card. Polus in ſuo opere de baptiſmo Conſtãtini validiſsimis fundamentis oſtendit à beato Silueſtro baptizatum fuiſſe.

Conſtantinus Imp. coronam & omnem regiam dignitatem in urbe Romana, & in Italia, & in partibus occidẽtalibus Apoſtolico conceſsit. Nam in epiſtola beati Silueſtri, quam beatus Gelaſius, in Cõcilio 70. epiſcoporum a catholicis legi commemorat & pro antiquo uſu multas hoc imitari dicit eccleſias, ita legitur.

Conſtantinus Imperator quarta die ſui baptiſmi priuilegiũ Romanæ eccleſiæ Pontifici contulit: ut in toto orbe Romano Pontifices uel ſacerdotes ita hũc caput habeant, ſicut iudices regem, in eo priuilegio, ita inter cætera legitur. Vtile iudicamus una cum omnibus ſatrapis noſtris, & uniuerſo ſenatu optimatibus & cuncto populo imperio Romanæ eccleſiæ ſubiacenti: ut ſicut beatus Petrus in terris uicarius filius Dei uidetur eſſe conſtitutus: ita & Pontifices ipſius principis Apoſtolorum in terris principatus poteſtatem amplius quàm terrenę imperialis noſtræ ſerenitatis manſuetudo habere uidetur: conceſſam à nobis noſtroq́; imperio obtineant, eligentes nobis ipſũ principem Apoſtolorum, uel eius uicarios firmos apud Deum eſſe patronos, & ſicut noſtra eſt terrena imperialis potentia, ita eius ſanctam Romanam eccleſiã decreuimus ueneranter honorare, & amplius quã noſtrum imperium terrenũq́; thronum ſedem ſacratiſsimam beati Petri glorioſę exaltari, tribuẽtes ei poteſtatem, & gloriam & dignitatem, atque uigorem & honorificentiam imperialem; atque decernentes ſancimus, ut principatum teneat tam ſuper quatuor ſedes, Alexandrinam, Antiochenam, Hieroſolymitanam, Cõſtantinopolitanã, quàm etiam ſuper omnes in uniuerſo orbe terrarum eccleſias Dei. Et Pontifex qui per tempora ipſius ſanctæ Romanæ eccleſiæ extiterit, celſior & princeps cunctis ſacerdotibus, & totius mũdi exiſtat, & eius iudicio quæ ad cultum Dei, uel fidem chriſtianorum uel ſtabilitatem procurãda fuerint, diſponantur, & infra.

Eccleſiis beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli pro continuatione luminariorum poſſeſsionum prædia contulimus, & rebus diuerſis eas ditauimus, & per noſtrã imperialem iuſsionem ſacram tã in oriẽtem quàm in occidẽtem, uel etiam à ſeptentrionali & meridiana plaga, uidelicet in Iudæa, Græcia, Aſia, Thracia, Aphrica, & Italia, uel diuerſis inſulis noſtra largitate ei conceſsimus: ea prorſus rationem, ut per manus beatiſsimi Petri noſtri Silueſtri ſummi Pontificis ſucceſſorumq́; eius omnia diſponantur, & infra. Beato Silueſtro, & omnibus ſucceſſoribus eidem præſenti tradidimus palatium imperii noſtri Lateranenſe, deinde diadema uidelicet coronam capitis noſtri ſimulq́; phrigium necnon, & ſuper humerale, uidelicet lorum, quod imperiale circundare aſſolet collum, uerum etiam chlamydem purpuream, atque tunicam coccineam, & omnia imperialia indumenta ſeu etiam dignitatem imperialium præſidentium ęquitum: conferentes ei etiã imperialia ſceptra, ſimulq́; cuncta ſigna, atque banna, & diuerſa ornamenta

namenta imperialia, & omnem proceſſionem imperialis culminis, & generalē poteſtatis noſtræ iuris etiam diuerſi ordinis reuerendiſsimis clericis ſanctæ Romanæ eccleſiæ ſeruientibus illud culmē ſingularis potentiæ & præcellentię habere ſancimus, cuius ampliſsimus noſter ſenatus videtur gloria adornari.i. patricios & conſules effici: necnon & cæteris dignitatibus imperialibus eos promulgamus decorari, & ſicut imperialibus extat decorata militia: ita clerum ſanctæ Romanæ eccleſię adornari decreuimus, & quemadmodum imperialis potentia diuerſis officiis cubiculariorum nempe, & oſtiariorum, atque omnium concubitorum ordinatur, ita & ſanctam Romanam eccleſiā decorari volumus, & vt ampliſsimè pontificalem decus pręfulgeat decreuimus, & vt clerici eiuſdē Romanę eccleſię mappulis & linteaminibus .i. candidiſsimo colore decoratos æquo ęquitent, & ſicut noſter ſenatus calciamentis vtitur cum vlonibus. i. candido linteamine illuſtrentur, & ita cœleſtia ſicut terrena ad laudem Dei decorētur. Pręomnibus autem licentiam tribuimus beato Syluestro & ſucceſſorib. eius ex noſtro indicto, vt quem placatus proprio conſilio clericari voluerit, & in religioſorum numero clericorum connumerare: nullus ex omnibus præſumat ſuperbę agere. Decreuimus itaq; & hoc: vt ipſe & ſucceſſores eius diademate videlicet corona quàm ex capite noſtro illi cōceſsimus: ex auro puriſsimo & geminis precioſis vti debeat pro honore beati Petri, ipſe vero beatiſsimus Papa ſuper coronam clericatus quàm gerit ad gloriam beatiſsimi Petri ipſa ex auro non eſt paſſus vti corona; phrigium vero candido nitore ſplendidum reſurrectionem dominicam deſignans eius ſacratiſſimo vertici manibus noſtris impoſuimus, & tenentes frenum ęqui ipſius pro reuerentia beati Petri ſtratoris officium illi exhibuimus, ſtatuentes eodē phrygio omnes eius ſucceſſores ſingulariter vti in proceſsionibus ad imitationē imperii noſtri, vnde vt pontificalis apex nō vileſcat: ſed magis quàm terreni imperii dignitatis gloria & potentia decoretur: ecce tam palatium noſtrum, quàm Romanam vrbem & omnes Italiæ, ſiue occidentalium regionum prouincias loca ciuitates beatiſsimo Pontifici, & uniuerſali Papæ Syluestro concedimus, atq; relinquimus, & ab eo, & a ſucceſſoribus eius per pragmaticum cōſtitutum decreuimus diſponenda atque iuri ſanctæ Romanæ eccleſiæ concedimus permanenda, vnde congruum proſpeximus noſtrū imperium & regni poteſtatem orientalibus transferri regionibus, & in Bizantię prouinciæ optimo loco nomini noſtro ciuitatem ædificari, & noſtrum illic imperium conſtitui, quoniam ubi principatus ſacerdotum & chriſtianæ religionis caput ab Imperatore cęleſti conſtitutum eſt, iuſtum non eſt, ut illic Imperator terrenus habeat poteſtatē hęc omnia verò quæ per hanc imperialem ſacram & imperialia diualia decreta ſtatuimus & confirmauimus, uſque in finem mundi illibata & inconcuſſa permanere decreuimus, unde corā Deo uiuo qui nos regnare præcepit, & coram terribili eius iudicio obteſtamur omnes noſtros ſucceſſores Imperatores, uel cunctos optimates ſatrapas, etiam ampliſsimum ſenatum & uniuerſum populum in toto orbe terrarum nunc, & in poſterum nulli eorum quoquo modo licere, aut cōfringere uel in quoquam conuelli. Si quis autem quod non credimus in hoc temerator, aut cōtēptor extiterit ęternis cōdemnationibus ſubiaceat innodatus, & ſanctos Dei principes Apoſtolorum Petri & Pauli ſibi in præſenti & in futura uita ſentiat contrarios, atque in inferno inferiori concrematus cum diabolo & omnibus deficiat impiis: huius uero imperialis decreti paginam propriis manibus roborantes ſuper uenerandum corpus beati Petri poſuimus. Data Romæ tertio kalen. April. à Conſtantino Auguſto quarto conſule, & Gallicano quarto concilio.

CONFESSIO CONSTANTINI IMPERATORIS.

IN nomine ſãctæ & indiuiduæ Trinitatis, Patris ſcilicet, & Filii, & Spiritus ſãcti, Imperator Cæſar Flauius Conſtantinus, in Chriſto Ieſu, uno ex eadem ſancta Trinitate, ſaluatore domino Deo noſtro, fidelis, manſuetus, maximus, beneficus, Alamanicus, Goticos, Sarmaticus, Germanicus, Britannicus, Hunnicus, pius, fęlix, uictor, ac triumphator ſemper Auguſtus, ſanctiſsimo ac beatiſsimo patri patrum Sylueſtro urbs Romæ Epiſcopo, atq; omnibus eius ſucceſſoribus, qui in ſede beati Petri uſque in finem ſeculi ſeſſuri ſunt Pontificibus, necnon & omnibus Reuerend. & Deo amabilibus catholicis Epiſcopis eidem ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ, per hanc noſtram Imperialem conſtitutionẽ ſubiectis, in uniuerſo orbe terrarum, nunc & in poſterũ cunctis retrò temporibus cõſtitutis, Gratia pax, charitas, gaudium, longanimitas, miſericordia à Deo patre omnipotẽte, & Ieſu Chriſto filio eius, & Spiritu sãcto cum omnibus uobis. Ea quæ ſaluator & redemptor Dominus noſter Ieſus Chriſtus altiſsimi patris filius, per ſuos ſanctos Apoſtolos Petrum & Paulum, interueniente patre noſtro Sylueſtro ſummo Pontifice, mirabiliter dignatus eſt, liquida narratione per huius noſtræ imperialis inſtitutionis paginam, ad indaginem omnium populorum, in uniuerſo orbe terrarum, noſtra ſtuduit propagare manſuetiſsima ſerenitas. Primùm quidem fidem noſtrã, quam, à præfato beatiſsimo patre & oratore noſtro Sylueſtro uniuerſali Pontifice edocti ſumus, intima cordis confeſsione, ad inſtruendas omnium ueſtrum mentes, proferentes, & ita demum miſericordiam Dei ſuper nos diffuſam annunciantes. Nos enim uos ſcire uolumus, ſicut per anteriorem noſtram ſacram pragmaticam iuſsionem ſignificauimus, nos à culturis idolorum, ſimulacris mutis & ſurdis, manufactis, diabolicis compoſitionibus, atque ab omnibus ſatanæ pompis receſsiſſe, & ad integram Chriſtianorũ fidem, quæ eſt uera lux, & uita perpetua, perueniſſe: credentes, iuxta id quod nos idem almificus ſummus pater & doctor noſter Sylueſter inſtruit Pontifex, in Deum patrem omnipotẽtem, factorem cœli & terrę, uiſibilium omnium & inuiſibilium, & in Ieſum Chriſtum filiũ eius, unicum dominum noſtrum, per quem omnia facta ſunt, & in Spiritum ſanctum dominum & uiuificatorẽ uniuerſæ creaturæ: hoc eſt, patrem, & filium, & ſpiritũ ſanctum confitemur, ita ut in Trinitatẽ perfecta, & plenitudo ſit diuinitatis, & unitas poteſtatis, pater Deus, & Spiritus ſanctus Deus, & tres unum ſunt in Chriſto Ieſu: tres itaque formæ, ſed una poteſtas. Nam Deus ſemper ſapiens, edidit ex ſe per quod eſſent gignẽda ſęcula uerbum. Et quando eodem ſolo ſuæ ſapientiæ uerbo, uniuerſam ex nihilo formauit creaturam, cum eo erat, cũcta ſuo arcano componens myſterio. Igitur perfectis cœlorum uirtutibus, & uniuerſis terrę materiis, pio ſapientiæ ſuę nutu, ad imaginem & ſimilitudinem ſuam primum de limo terræ fingens hominem, hunc in Paradiſo poſuit uoluptatis, quẽ antiquus ſerpens, & hoſtis inuidens diabolus, per amariſsimum ligni ueciti guſtum, exulem ab eiſdem effecit gaudiis, eoq; expulſo non deſinit ſua uenenoſa multis modis protelare iacula, aut à uiá ueritatis humanum abſtrahens genus, idolorum culturæ, uidelicet creaturæ & nõ creatori deſeruire ſuadeat, quatenus per hoc eos quos ſuis uoluerit irretire inſidiis, ſecum æterno afficiat concremandos ſupplicio. Sed Deus noſter miſertus plaſmæ ſuæ, dirigens ſuos ſanctos Prophetas, per quos lumen futuræ uitæ ad aduentum uidelicet filii ſui Domini Dei & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti annuncians, miſit eundem filium ſuum unigenitum, & ſapientiæ uerbum, qui deſcendens de cœlis, propter noſtram ſalutem, natus de Spiritu ſancto, ex Maria uirgine, Verbũ caro factum eſt, & habitauit

tauit in nobis: non amiſit quod fuerat, ſed cœpit eſſe quod non erat. Deum perfectum, & hominem perfectũ, vt Deus, mirabilia perficiens, & vt homo, humanas paſsiones ſubſtinens: ita verum hominem, & verum Deum, verum hominem fuiſſe nullo modo ambigamus. Electiſq; duodecim Apoſtolis, miraculis coram eis & innumerabilis populi multitudine corruſcauit. Confitemur eundem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, & impleſſe legem & prophetas, paſſum, crucifixum ſecundum ſcripturas, tertia die à mortuis reſurrexiſſe, aſſumptum in cœlos, atque ſedentem ad dexteram patris, inde venturum iudicare uiuos & mortuos, cuius imperii non erit finis. Hæc eſt enim fides noſtra orthodoxa, à beatiſſimo patre noſtro Syluestro ſummo Pontifice nobis prolata. Exhortantes idcirco omnem populum, & diuerſas gentiũ nationes, hanc fidem tenere, colere, ac prædicare, & in ſanctæ Trinitatis nomine baptiſmi gratiam conſequi, & Dominum Ieſum Chriſtum ſaluatorem noſtrum, qui cum patre & ſpirtu ſancto per infinita viuit & regnat ſecula quem Syluester beatiſsimus noſter Põtifex in vniuerſali prædicat, corde deuoto adorare. Ipſe enim dominus Deus noſter miſertus mihi peccatori, miſit ſanctos ſuos Apoſtolos ad viſitandum nos, & lumen ſui ſplendoris infulſit nobis, & abſtractũ à tenebris, ad veram lucem & agnitionẽ veritatis me peruenire gratulamini. Nã dum valida ſqualloris lepra totam mei corporis inuaſiſſet carnem, & multorum medicorum conuenientium cura adhiberetur, nec vnus quidem promerui ſalutem. Ad hæc aduenerunt ſacerdotes Capitolii, dicẽtes mihi debere fieri fontem in Capitolio, & compleri hunc innocentium ſanguine calente, & in eo loco me poſſe mundari, & ſecundum eorũ dicta aggregatis plurimis innocentibus infantibus, dum vellent ſacrilegi paganorum ſacerdotes mactare, & ex eorum ſanguine fontem repleri, cernens ſerenitas noſtra lacrymas matrum eorum, illico exhorrui facinus, miſertusq; eis, proprios illis reſtitui præcepimus filios ſuos, datisq; vehiculis, & donis conceſsis, gaudentes ad propria relaxauimus. Eadem igitur trãſacta die nocturno nobis facto ſilentio, dum ſomni tempus aduenilſet, adſunt Apoſtoli, ſanctus Petrus & Paulus, dicentes mihi: Quoniam flagitiis poſuiſti terminum, & effuſionem ſanguinis innocentis horruiſti, miſsi ſumus à Chriſto domino Deo noſtro, dare tibi ſanitatis recuperandæ conſilium. Audi ergo monita noſtra, & fac quodcunque indicamus tibi, Syluester Epiſcopus ciuitatis ad montem Soracten perſequutiones tuas fugiens, in cauernis petrarum cum ſuis clericis latebras fouet, hunc cũ ad te adduxeris, ipſe tibi piſcinam pietatis oſtendat, in qua dum te tertiò merſerit, omnis te valetudo iſta deſerat lepræ: quod cùm factum fuerit, hanc viciſsitudinem tua ſaluatori compenſa. Te autem ipſum in hac parte purifica, vt relicta omni ſuperſtitione idolorum, Deum viuum, verum, qui ſolus eſt & verus, adores & excolas, & ad eius voluntatem attingas. Exurgens igitur à ſomno, protinus iuxta id quod à ſanctis Apoſtolis ad monitus ſum, peregi, aduocatoq; eodẽ præcipuo & magnifico patre, & Illuminatore noſtro Syluestro, omnia à ſanctis Apoſtolis mihi præcepta dixi verba, per cunctatiq; cum ſumus, qui iſti dii eſſent, Petrus & Paulus. Ille verò ait, non eos Deos verè dici, ſed Apoſtolos ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti. Et rurſus interrogare cœpimus eundem Syluestrum, vtrũ ipſorum Apoſtolorum imaginẽ expreſſam haberet, vt ex pictura diſceremus, hoc eſſe quod reuelatio docuerat. Tunc idem venerabilis pater imagines eorum Apoſtolorum per diaconem ſuum exhiberi præcepit, quas dum aſpicerem, & eorum quos in ſomno videram figuratos in ipſis imaginibus cognouiſſem vultus, ingenti clamore coram omnibus ſatrapibus meis confeſſus ſum eos eſſe, quos in ſomno videram. Adhæc beatiſs. Syluester indixit nobis pœnitentiæ tempus intra palatium noſtrum Lateranenſe, in vno cilicio, vt omnia quæ à nobis im-

piè peracta, atque iniuſtè diſpoſita fuerant, vigiliis, ieiuniis, atque lacrymis, & orationibus apud ſaluatorem noſtrum Ieſum Chriſtum impetraremus. Deinde per manus impoſitionem clericorũ vſque ad ipſum præſulem veni, ibique abrenũcians ſatanæ pompis & operibus eius, vel vniuerſis idolis manufactis, credere in Deum patrem omnipotentem, factorem cœli ac terræ, viſibilium & inuiſibilium, & in Ieſum Chriſtum filium eius vnicum dominum noſtrum, qui natus eſt de Spiritu ſancto, ex Maria virgine, ſpontanea voluntate coram omni populo profeſſus ſum. Benedictoq; fonte illic me trina merſione vnda ſalutis purificauit. Leuatoq; me de venerabili fonte, indutus veſtibus candidis, ſeptiformis Spiritus ſancti conſignationem adhibuit, beati chriſmatis unctione, & uexillum ſanctæ crucis in mea fronte liniuit, dicens. Signat te Deus ſigillo fidei ſuæ, in nomine patris, & filii & ſpiritus ſancti, in conſignationem fidei. Cunctusq; clerus reſpondit, Amen. Et adiecit præſul: Pax tibi. Prima itaque die poſt præceptum ſacri baptiſmatis myſterium, & poſt curationem corporis mei à lepræ ſquallore, agnoui non eſſe alium Deum, niſi patrem, & filium, & Spiritum ſanctum, quem beatiſs. Syluester prædicat, trinitatem in unitate, unitatem in trinitate. Nam omnes dii gentium, quos uſque hactenus colui, dæmonia, opera hominum manufacta comprobantur. Etenim quantam poteſtatem idem ſaluator noſter ſuo Apoſtolo beato Petro cõtulerit in cœlo ac terra, lucidiſsimè nobis idem uenerabilis pater eduxit, dum fidelem eum in ſua interrogatione inueniens, ait: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. Aduertite potentes, & aure cordis intendite, quid bonus magiſter & Dominus ſuo diſcipulo adiunxit, inquiens: Et tibi dabo claues regni cœlorum, & quod cunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis, & quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum in cœlis. Et dum hæc prædicante beato Syluestro agnoſcerem, ex beneficiis ipſius beati Petri integræ me ſanitati comperi redditum.

EDICTVM DOMINI CONSTANTINI IMPERATORIS.

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Patris, ſcilicet & Filii, & Spiritus ſancti, Imperator Cæſar Flauius Conſtãtinus in Chriſto Ieſu uno ex eadem trinitate ſancta ſaluatore domino Deo noſtro, fidelis, manſuetus, beneficus, Alemanicus, Gothicus, Sarmaticus, Germanicus, Britannicus, unicus, pius, fœlix, uictor, ac triumphator ſemper Auguſtus, ſanctiſsimo ac beatiſsimo patri Syluestro urbis Romæ Epiſcopo & Papæ, atq; omnibus eius ſucceſſoribus, qui in ſede beati Petri vſq; in finẽ ſeculi ſeſſuri ſunt, Pontificibus, necnon & omnibus reuerendiſsimi, & Deo amabilibus catholicis Epiſcopis, eidem ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ per hanc noſtram imperialem conſtitutionem ſubiectis, in vniuerſo orbe terrarum nunc & in poſteris cunctis retrò temporibus conſtitutis, gratia, pax, charitas, gaudium, lõganimitas, miſericordia à Deo patre omnipotente, & Ieſu Chriſto filio eius, & ſpiritu ſancto, cum omnibus vobis. Ea quæ ſaluator & redemptor noſter Ieſus Chriſtus altiſſimi patris filius per ſuos ſanctos Apoſtolos Petrum & Paulum, interueniente patre noſtro Syluestro ſummo Pontifice & uniuerſali Papa, mirabiliter dignatus eſt operari, liquida narratione per huius noſtræ imperialis inſtitutionis paginam ad cogitationem omnium populorum in vniuerſo orbe terrarum ſtuduit propagare noſtra manſuetiſsima ſerenitas. Primum quidem noſtram fidẽ quã à præfato beatiſsimo patre & oratore noſtro Syluestro vniuerſali Pontifice docti ſumus, intima cordis confeſsiòne ad inſtruendas omnium veſtrum mentes proferentes, & ita demum Dei miſericordiam ſuper vos diffuſam annunciantes. Noſſe enim vos volumus, ſicut per anterio-

anteriorem noſtram ſacram pragmaticam iuſsionem ſignificauimus, nos à culturis idolorum, ſimulacris mutis, & ſurdis, manufactis, diabolicis compoſitionibus, atque ab omnibus ſatanæ pompis receſsiſſe, & ad integram Chriſtianorum fidem, quæ eſt vera lux & vita perpetua perueniſſe, credentes, iuxta id quod nos idem almificus ſummus pater & doctor noſter Siluester Pontifex inſtruxit, in Deum patrem omnipotentem factorem cœli & terræ, viſibilium omnium & inuiſibilium. Et in Ieſum Chriſtum filium eius vnigenitum Dominum noſtrum, per quem creata ſunt omnia. Et in ſpiritum ſanctum Dominum & viuificatorem vniuerſæ creaturæ. Hos patrem & filium & ſanctum confitemur ita, vt in Trinitate perfecta & plenitudo ſit diuinitatis & vnitas poteſtatis: pater Deus, filius Deus, & ſpiritus ſanctus Deus, & tres vnum ſunt in Ieſu Chriſto. Tres itaque formæ, ſed vna poteſtas. Nã ſapiens retrò ſemper Deus, edidit ex ſe, per quod ſemper erant gignenda ſecula verbum. Et quando eodem ſolo ſuæ ſapientiæ verbo vniuerſam ex nihilo formauit creaturam, cum eo erat, cuncta ſuo arcano componens myſterio. Igitur perfectis cœlorum virtutibus, & vniuerſis terræ materiis, pro ſapientiæ ſuæ nutu ad imaginem & ſimilitudinem ſuã primum de limo terræ fingens hominẽ, hunc in Paradiſo poſuit voluptatis. Quẽ antiquus ſerpens & hoſtis inuidens diabolus per amariſsimum ligni vetiti guſtum, exulem ab iiſdem fecit gaudiis, eoque expulſo non deſinit ſua venenoſa multis modis protelare iacula, ut à via veritatis humanum abſtrahens genus, idolorum culturæ, videlicet creaturæ, & non creatori deſeruire ſuadeat, quatenus per nos eos, quos ſuis voluerit irretire inſidiis, ſecum æterno efficiat concremandos ſupplicio. Sed Deus noſter miſertus plaſmatis ſui, dirigens ſanctos ſuos Prophetas, per quos lumen futuræ vitæ, aduentum videlicet filii ſui Domini Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti annuncians, miſit eundem vnigenitum filium ſuum & ſapientiæ verbum. Qui deſcendens de cœlis propter noſtram ſalutem, natus de ſpiritu ſancto, ex Maria virgine. Verbum caro factum eſt, & habitauit in nobis, non amiſit quod fuerat, ſed cœpit eſſe quod non erat. Deum perfectum & hominem perfectum, vt Deus mirabilia perficiens & vt homo humanas paſsiones ſuſtinens, ita verbum hominem & verbum Deum prædicante patre noſtro Syluestro ſummo Põtifice intelligimus, vt verum Deum uerum hominem fuiſſe nullo modo ambigamus. Electisq́; duodecim Apoſtolis, miraculis coram eis & innumerabilis populi multitudine corruſcauit. Confitemur eundem Dominum Ieſum Chriſtum adimpleſſe legem & Prophetas paſſum, crucifixum ſecundum ſcripturas, tertia die à mortuis reſurrexiſſe, aſſumptum in cælos, atque ſedentem ad dexteram patris, inde uenturum iudicare uiuos & mortuos, cuius imperii non erit finis. Hæc eſt enim fides noſtra catholica & orthodoxa, à beatiſsimo patre noſtro Sylueſtro ſummo Pontifice nobis prolata. Exhortans idcirco omnem populum & diuerſas gentium nationes hanc fidem tenere, colere, & prædicare, & in ſanctę Trinitatis nomine aptiſsimè gratiam conſequi, & Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum ſaluatorem, qui cum patre & ſpiritu ſancto per infinita ſecula uiuit, & regnat, quem Syluester beatiſsimus pater noſter uniuerſalis Pontifex prædicat, corde deuoto adorare. Ipſe enim Dominus noſter miſertus mihi peccatori, miſit ſanctos ſuos Apoſtolos ad uiſitãdum nos, & lumen ſui ſplendoris infulſit nobis, & abſtractum à tenebris ad ueram lucem & agnitionem me veniſſe gratulamini. Nam dum ualida ſqualloris lepra totam mei corporis inuaſiſſet carnem, & multorum medicorum conuenientium cura adhiberetur, nec ullius quidem cura promeruiſſemus ſalutem. Ad hoc uenerunt ſacerdotes Capitolii dicentes, mihi debere fieri fontem in Capitolio, & compleri hunc innocentium ſanguine, & in eo calente loco me poſ-

ſe mundari. Et ſecundum eorum dicta aggregatis plurimis innocentibus infantibus, dum uellent ſacrilegi paganorum ſacerdotes eos mactari, & ex eorum ſanguine fontem repleri, cernens ſerenitas noſtra lacrymas matrum eorum, illico exhorrui facinus, miſeratusq; eas proprios illis reſtitui præcepimus filios ſuos, datisq; uehiculis & donis conceſsis, gaudentes ad propria relaxauimus. Eadem igitur tranſacta die, nocturna nobis facta ſilentia, dum ſomni tempus aduenisſet, aſſunt Apoſtoli ſanctus Petrus & Paulus dicentes mihi: Quoniam flagitiis po ſuiſti terminum, & effuſionem ſanguinis innocentis horruiſti, miſsi ſumus à Chriſto Domino Deo noſtro dare tibi ſanitatis recuperandæ conſilium. Audi ergo monita noſtra, & fac quodcunque indicamus tibi. Syluester Epiſcopus huius ciuitatis ad montem Soracten perſecutiones tuas fugiens, in cauernis petrarũ cum ſuis clericis latebram fouet, hunc ad tecum adduxeris, ipſe tibi piſcinam pietatis oſtendet, in qua dum te tertiò merſerit, omnis te ualetudo iſta deſeret lepræ. Quod dum factum fuerit, hanc uiciſsitudinem tuo ſaluatori compenſa, ut omnes iuſſu tuo per totum orbem reſtaurentur eccleſiæ. Te autem ipſum in hac parte purifica, ut relicta omni ſuperſtitione idolorum, Deum uiuum & uerũ, qui ſolus eſt & uerus, adores & excolas, ut ad uoluntatem attingas. Exurgens igitur à ſummo, protinus iuxta id quod à ſanctis Apoſtolis admonitus ſum, peregi: aduocatoq; eodem præcipuo & magnifico patre & illuminatore noſtro Syluestro uniuerſali Papa, omnia à ſanctis Apoſtolis mihi præcepta dixi uerba. Percontati ſumus ab eo qui iſti Dii eſſent Petrus & Paulus: Ille uerò nõ eos Deos uerè dici, ſed Apoſtolos ſaluatoris noſtri Domini Dei Ieſu Chriſti reſpondit. Et rurſum interrogare cœpimus eundem beatiſsimum Papã, utrum iſtorum Apoſtolorum imagines expreſſas haberet, ut ex pictura diſceremus hos eſſe quos reuelatio docuerat. Tunc idem uenerabilis pater imagines eorundem Apoſtolorum per diaconum ſuum exhiberi præcepit: quas dum aſpicerem, & eorum quos in ſomno uiderã figuratos in ipſis imaginibus cognouiſſem uultus, ingenti clamore corã omnibus ſatrapis meis confeſſus ſum, eos eſſe quos in ſumno uideram. Ad hæc beatiſsimus idem Siluester pater noſter vrbis Romæ Epiſcopus indixit nobis pœnitentiæ tempus intra palatium noſtrum Lateranenſe, in vno cilicio, vt omnia quæ à nobis impiè peracta atque iniuſtè diſpoſita fuerant, vigiliis, ieiuniis atque lacrymis & orationibus apud Dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ ſaluatorem impetraremus. Deinde per manus impoſitionem clericorum, vſque ad ipſum præſulem veni, ibiq; renuncians ſatanæ pompis & operibus eius, vel vniuerſis idolis manufactis, credere me in Deum patrem omnipotentem factorem cœli & terræ, viſibilium & inuiſibilium, & in Ieſum Chriſtũ filium eius vnicum Dominum noſtrum, qui natus eſt de Spritu ſancto, ex Maria virgine, ſpontanea voluntate coram omni populo profeſſus ſum. Benedictoq; fonte, illic me trina merſione vnda ſalutis purificauit. Poſitoq; me in fontis gremio, manum de cœlo me contingentem propriis oculis vidi: de qua mũdus exurgens, ab omni me lepræ ſquallore mundatum agnoſcite, leuatoq; me de venerabili fonte, indutus veſtibus cãdidis ſeptiformis gratiæ ſancti ſpiritus conſignationem adhibuit beati chriſmatis vnctione, & vexillum ſanctæ crucis in mea fronte liniuit dicens: Signet te Deus ſigillo fidei ſuæ, in nomine patris, & filii, & ſpiritus ſancti, in conſignatione fidei. Cunctusq; clerus reſpondit, Amen. Et adiecit præſul, pax tibi. Prima itaq; die poſt perceptum ſacri baptiſmatis myſteriũ, & poſt curationem corporis mei à lepræ ſquallore, agnoui nõ eſſe alium Deum niſi patrem & filium & ſpiritum ſanctum, quem beatus Siluester Papa prędicat, trinitatem in vnitate, vnitatem in trinitate. Nam omnes Dii gentium quos vſque hactenus colui, dæmonia, opera hominum manufacta cõprobantur.

bantur. Etenim quantam poteſtatẽ idẽ Saluator noſter ſuo Apoſtolo beato Petro contulerit in cœlo ac terra, lucidiſsimè nobis idem venerabilis pater edixit, dum fidelem eum in ſua interrogatione inueniens ait; Tu es Petrus, & ſuper hãc petram ædificabo Eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. Aduertite potentes, & aure cordis intendite, quid bonus magiſter & dominus ſuo diſcipulo iniunxit, inquiens: Quodcũque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis. Mirum eſt hoc valdè & glorioſum, in terra ligare & ſoluere, & in cœlo ligatum & ſolutum eſſe. Et dũ hęc prædicante beato Siluestro agnoſcerem, & beneficiis ipſius beati Petri integerrimè ſanitati me comperi reſtitutum, vtile iudicauimus, vnà cum omnibus noſtris ſatrapis & vniuerſo ſenatu, optimatibus meis, etiam & cuncto populo Romano gloriæ imperii ſubiacenti, vt ſicut in terris vicarius filii Dei eſſe videtur conſtitutus, etiam & Pontifices, qui ipſius principis Apoſtolorum gerũt vices, principatus poteſtatem amplius quàm terrena imperialis noſtræ ſerenitatis manſuetudo habere videtur, conceſſam à nobis noſtroq; Imperio obtineant, eligentes nobis ipſum principem Apoſtolorum vel eius vicarios firmos apud Deum eſſe patronos. Et ſicut noſtra eſt terrena Imperialis potentia, eius ſacroſanctam Romanam Eccleſiam decreuimus veneranter honorare & amplius quàm noſtrum imperium, & terrenum thronum, ſedem ſacratiſsimã beati Petri glorioſè exaltari, tribuentes ei poteſtatem & gloriæ dignitatem atque vigorem & honorificentiam Imperialem, atq; decernentes ſancimus, vt principatum teneat, tã ſuper quatuor præcipuas ſedes, Antiochenam, Alexandrinam, Conſtantinopolitanam, & Hieroſolymitanam, quamq; etiã ſuper omnes in vniuerſo orbe terrarum Dei Eccleſias. Et Pontifex qui pro tempore ipſius ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ extiterit, celſior & princeps, cunctis ſacerdotibus totius mundi exiſtat, & eius iudicio, quæq; ad cultum Dei vel fidei Chriſtianorum ſtabilitatem procurãdam fuerint, diſponantur. Iuſtum quippe eſt, vt ibi lex ſancta caput teneat principatus, vbi ſanctarum legum inſtitutor ſaluator noſter beatum Petrum Apoſtolatus obtinere præcepit cathedram, vbi & crucis patibulũ ſuſtinens beatæ mortis ſumpſit poculũ, ſuiq; magiſtri & Domini imitator apparuit. Et ibi gentes pro Chriſti nominis confeſsione colla flectant, vbi eorũ doctor beatus Paulus Apoſtolus pro Chriſto extenſo collo martyrio coronatus eſt: illic vſque in finem quærant doctorem, vbi ſanctum doctoris quieſcit corpus: & ibi proni ac humiliati cœleſtis Regis Dei ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti famulentur officio, vbi ſuperbi terreni Regis ſeruiebant Imperio. Interea noſſe volumus omnem populum vniuerſarum gentium ac nationum per totum orbem, conſtruxiſſe nos intra palatium noſtrum Lateranẽſe eidem ſaluatori noſtro Domino Ieſu Chriſto Eccleſiam à fundamentis, cum baptiſterio: & duodecim nos ſciatis de eius fundamentis, ſecundum numerum duodecim Apoſtolorum, cophinos terræ onuſtatos propriis aſportaſſe humeris, quàm ſacroſanctam Eccleſiam caput & verticem omnium Eccleſiarum vniuerſo orbis terrarum dici, coli, venerari, ac prædicari ſancimus, ſicut per alia noſtra Imperialia decreta conſtituimus. Conſtruximus itaque Eccleſias beatorum Petri & Pauli primorum Apoſtolorum, quas auro & argento locupletauimus, vbi & ſacratiſsima eorum corpora cum magno honore recondẽtes, thecas ipſorum ex electro, cui nulla fortitudo præualet elementorum, cõſtruximus: & crucem ex auro puriſsimo & gemmis precioſiſsimis per ſingulas eorum thecas poſuimus, & clauis aureis confiximus. Quibus pro concinnatione luminariorum, poſſeſsionum prædia contulimus, & rebus diuerſis eas ditauimus, & per noſtram Imperialem iuſsionem ſacram, tam in oriente, quàm in occidente, vel etiam ſeptentrionali, & meridiana plaga, videlicet in Iudæa, Græcia,

cia, Aſia, Thracia, Aphrica & Italia, vel diuerſis inſulis noſtra largitate eis conceſsimus, ea prorſus ratione, vt per manus beatiſsimi patris noſtri Silueſtri Pōtificis ſucceſſorumq; omnia diſponātur. Gaudeat enim vnà nobiſcum omnis populus & gentium nationes vniuerſo orbe terrarum, exhortantes omnes, vt Deo noſtro & ſaluatori Ieſu Chriſto immenſas vnà nobiſcum referatis gratias, quoniam ipſe Deus in cœlis deſuper & in terra deorſum, qui nos per ſuos ſanctos Apoſtolos uiſitans, ſanctum baptiſmatis ſacramentum percipere, & corporis ſanitate dignos effecit, pro quo concedimus ipſis ſanctis Apoſtolis Dominis meis beatiſſimis Petro & Paulo, & per eos etiam beato Silueſtro patri noſtro ſummo Pontifici, & uniuerſalis vrbis Romæ Papæ, & omnibus eius ſucceſſoribus Pontificibus, qui vſq; in finem mundi in ſede beati Petri erunt ſeſſuri, atq; de præſenti concedimus palatium Imperii noſtri Lateranenſe, quod omnibus in toto orbe terrarum profertur atq; præcellit palatiis, deinde diadema, uidelicet coronam capitis noſtri, ſimulq; pallium, uel mitram phrygiam, nec non & ſuper humerale, uidelicet lorum, quod imperiale circundare aſſolet collum, uerum etiam & chlamydem purpureā atq; tunicam coccineam, & omnia Imperialia indumenta, ſed & dignitatem Imperialium præſidentium equitum, conferētes etiam & Imperialia ſceptra, ſimulq; & cuncta ſigna atq; banna etiam, & diuerſa ornamenta Imperialia, & omnem proceſsionem Imperialis culminis, & gloriam poteſtatis noſtræ. Viris enim reuerēdiſsimis, clericis diuerſis ordinibus eidem ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſeruientibus, illud culmen, ſingularitatem, potentiam & pręcellentiam habere ſancimus, cuius ampliſsimus noſter ſenatus uidetur gloria adornari, ideſt, patricios atq; conſules effici, nec non & cæteris dignitatibus Imperialibus eos promulgantibus decorari. Et ſicut imperiales militia, ita & clerum ſanctæ Romanę Eccleſiæ ornari decernimus. Et quemadmodum Imperialis potentia officiis diuerſis, cubiculariorum nempe, oſtiariorum, atq; omnium excubiarum ornatu, ita & ſanctam Romanam Eccleſiam decorari uolumus. Et ut ampliſsimè pontificale decus præfulgeat, decernimus & hoc, ut clerici eiuſdem ſanctæ Romanæ Eccleſiæ manipulis & linteaminibus, id eſt, cādidiſsimo colore decorari equos, & ita equitari. Et ſicut noſter ſenatus calciamētis utitur cum udonibus, ideſt, candido linteamine illuſtrati, ut ſicut cęleſtia, ita & terrena ad laudem Dei decorentur. Præ omnibus autem licentiā tribuentes ipſi ſanctiſſimo patri noſtro Silueſtro urbis Romę Epiſcopo & Papę, & omnibus qui poſt eum in ſucceſſum, & perpetuis tēporibus aduenerint beatiſſimis Pontificibus, pro honore & gloria Chriſti Dei noſtri, in eadem Dei magna catholica & Apoſtolica Eccleſia, ex noſtro iudicio, quem placatus proprio concilio clericale uoluerit, & in numero religioſorum clericorum connumerare nullum ex omnibus præſumentem ſuperbè agere. Decreuimus itaq; & hoc, ut idem uenerabilis pater noſter Silueſter ſummus Pontifex, uel omnes eius ſucceſſores Pontifices diadema, uidelicet coronam, quam ex capite noſtro illi conceſſimus, ex auro puriſſimo & gemmis precioſis uti debeāt, & eorum capite ad laudem Dei pro honore beati Petri geſtare. Ipſe uerò beatiſſimus Papa ſuper coronā clericatus, quàm gerit ad gloriam beati Petri, omninò ipſa ex auro non eſt paſſus uti corona. Phrygium quoque candido nitore ſplendidam reſurrectionem dominicā deſignans eius ſacratiſſimo uertici manibus noſtris impoſuimus, & tenentes frenum equi illius pro reuerentia beati Petri, ſtratoris officium illi exhibuimus, ſtatuentes eodem Phrygio omnes eius ſucceſſores ſingulariter uti in proceſſionibus, ad imitationem Imperii noſtri. Vnde ut pontificalis apex non uileſcat, ſed magis amplius quàm terreni Imperii dignitas & gloriæ potentia decoretur, ecce tam palatium noſtrum, ut prædictum eſt, quamq; Ro-

manæ

manæ vrbis,& omnes Italię ſeu occidentalium regionum prouincias, loca & ciuitates præfato beatiſſimo Pontifici noſtro Silueſtro vniuerſali Papæ concedimus atque relinquimus, & ſucceſſorum ipſius Pontificum poteſtati & ditioni firma Imperiali cenſura per hanc diualem noſtram ſacram poteſtatem & pragmaticum conſtitutum decernimus diſponendum, atq; iuri ſanctæ Romanæ Eccleſiæ concedimus permanſurum. Vnde congruum proſpeximus noſtrum Imperium & regni poteſtatem orientalibus trāſferri & tranſmutari regionibus, & in Byzantię prouincia in optimo loco nomini noſtro ciuitatem ædificari, & noſtrum illic conſtitui Imperium, quoniam vbi principatus ſacerdotum & Chriſtianæ religionis caput ab imperatore cœleſti conſtitutum eſt, iuſtum non eſt vt illic Imperator terrenus habeat poteſtatem. Hæc verò omnia, quæ per hanc noſtram Imperialem ſacram, & per alia diualia decreta ſtatuimus, atq; cōfirmauimus, vſq; in finem mundi illibata & inconcuſſa permanenda decernimus. Vnde coram Deo viuo, qui nos regnare præcepit, & coram terribili eius iudicio obteſtamur per hoc noſtrum imperiale conſtitutum, omes noſtros ſucceſſores, Imperatores, vel cunctos optimates, ſatrapas etiam, ampliſsimum ſenatum, & vniuerſum populum in toto orbe terrarum, nunc & in poſterum, cunctis retrò temporibus Imperio noſtro ſubiacentem, nulli eorum quoquo modo licere hæc, quæ à nobis Imperiali ſanctione ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, vel eius omnibus Pontificibus conceſſa ſunt refragari, aut confringere, vel in quoquam conuellere. Si quis autem (quod non credimus) in hoc temerator aut contemptor extiterit, æternis condemnationibus ſubiaceat innodatus, & ſanctos Dei principes Apoſtolorum Petrum & Paulum ſibi in præſenti & futura vita ſentiat cōtrarios, atq; in inferno inferiori concrematus cum diabolo & omnibus deficiat impiis. Huius verò imperialis decreti noſtri paginam propriis manibus roborantes, ſuper venerandum corpus beati Petri principis Apoſtolorum poſuimus, ibiq; eidem cū Apoſtolo ſpondentes nos cuncta inuiolabiliter conſeruare, & noſtris ſucceſſoribus imperatoribus conſeruanda in mādatis relinqui, patri noſtro Silueſtro ſūmo Pontifici & uniuerſali Papæ, eiusq; cunctis ſucceſſoribus Pontificibus, Domino Deo & ſaluatore noſtro Ieſu Chriſto annuente, tradimus perenniter atq; fœliciter poſsidenda. Et ſubſcriptio imperialis, diuinitas vos cōſeruet per multos annos ſanctiſſimi patres. Datum Romæ ſub tertio die Calend. Aprilium, Domino noſtro Flauio Cōſtantino Auguſto quarto, Gallicano quarto, viris clariſsimis conſulibus.

PARS PRIMA, ET DISTINCTIO. VI. FINIS.

SECVNDA

SECVNDA PARS IVRIS CANONICI.

DE SVMMO PONTIFICE, & perſonis Eccleſiaſticis.

DISTINCTIO PRIMA.

DE SVMMO PONTIFICE.

1 Pel. pp. ROMANA Eccleſia non Synodo, ſed Euangelica uoce Domini, & Saluatoris; Tu es (inquiens) Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meã, primatum obtinuit, & ideo prima ſedes eſt Apoſtoli Petri. c. quamuis. 21. diſt.

Nic. pp. Vnde qui minoris authoritatis eſt, eum, qui maioris poteſtatis eſt, non poteſt iudiciis ſuis addicere, aut propriis diffinitionibus ſubiugare. c. inferior. in fine, ea. 21. diſt.

2 Idem Nic. Et ideo tempore Diocletiani, & Maximiniani Auguſtorum Marcellinus Epiſcopus urbis Romæ, qui poſtea inſignis martyr effectus eſt, adeo compulſus eſt à paganis, vt templum eorum ingreſſus grana thuris ſuper prunas imponeret; cuius rei gratia collecto uniuerſorum concilio Epiſcoporũ, & inquiſitione facta, hoc idem Pontifex ſe egiſſe cõfeſſus eſt; nullus tamen eorum proferre ſententiã in eum auſus eſt, dum ei ſæpiſſimè omnes dicerent; Tuo ore iudica cauſam tuam, non noſtro iudicio, & iterum. Noli audiri in noſtro iudicio, ſed collige in ſinu tuo cauſam tuam. Et rurſum; quoniam ex te (inquiunt) iuſtificaberis, aut ex ore tuo condemnaberis: & iterum dicũt. Prima ſedes non iudicabitur à quoquam.

3 Item in eodem, ſed cum quodam tempore quidam contra Sixtum Papam tentaſſent quædam mali rumoris obiicere, & in concilio, cui Valentinianus Auguſtus intererat, dictum fuiſſe, nõ licere aduerſus Pontificem ſententiam dare, ſurrexit protinus idem Imperator, & in arbitrio præfati Pontificis tribuit iudicare iudicium ſuum, etiam nullus Põtificum minorum, uel inferiorum urbiũ ſubactus iudiciis inuenitur. c. nunc autẽ. 21. diſt.

4 Et in tantum hanc præſumptionẽ ſancti Patres apud Calcedonẽ deteſtati ſunt; ut Dioſcorum Alexãdrinum Antiſtitẽ inter cætera idcirco potiſsimum ſine ulla reſtitutione damnauerint; quia ponens in cœlum os ſuum lingua eius tranſeunte ſuper terram excommunicationem in ſanctum Leonem Papam dictauit, ita ut in ſententia cõtra ipſum prolata hoc uideantur memorare, præcipuè dicẽtes; quoniam ſecundis exceſsibus præcipuè priorem iniquitatem ualde tranſcẽdit: præſumpſit enim excommunicationem dictare Idem Nic.

dictare & aduerſus ſanctiſsimũ,& beatiſſimũ Archiepiſcopũ magnę Romæ Leonẽ &c. nunquid ibi legitur inquiſitionẽ factam fuiſſe, vtrũ iſte Dioſcorus ipſam excommunicationem iuſtè dictaſſet in Papam: Non planè abſq; omni controuerſia hoc in eo vlti ſunt: quia cum eſſet inferior, potiorem quibuslibet conatus eſt laceſſere iniuriis, teſte Anatholio Cõſtantinopolitano Præſule, qui dicit, propter fidem non eſt damnatus, ſed quia excommunicationem fecit in dominũ Archiepiſcopum Leonem. c. fina. 21. diſtinct.

Nic. PP. 5 Item patet profectò ſedis Apoſtolicæ, cuius authoritate maius non eſt iudiciũ, à nemine fore retractandum, neque cui quàm de eius liceat iudicare iudicio; iuxtà quod Innocentius Papa Ruffo & cæteris Epiſcopis per Teſſaliam conſtitutis ſcribens ait. Nemo vnquàm Apoſtolico culmini, de cuius iudicio non licet retractari, manus obuias audacter intulit; nemo in hoc rebellis exiſtit, niſi qui de ſe voluit iudicari: & beatus Papa Gelaſius, nec de eius iudicio, ideſt Romanæ eccleſiæ canones vnquam præceperunt iudicari, ſententiamq; illius conſtituerunt non oportere diſſolui, cuius potius ſequenda decreta mandauerunt, c. patet profectò. 9. q. 3.

Hiero. Item nemo iudicabit priorem Sedem iuſtitiam temperare deſiderãtem, neq; enim ab Auguſto, neque omni clero, neque à Regibus, neque à populo iudicabitur. c. nemo iudicabit. eadem. Paulus Petrum repræhendit, quòd non auderet niſi ſe non imparem ſciret. Hoc non de officio eccleſiaſticæ dignitatis, ſed de puritate uitæ, & ſanctitate cõuerſationis intelligitur. Solus enim Petrus inter Apoſtolos primatum gerebat. c. Paulus Petrum. 2. q. 7.

Nic. PP. Et hoc propter primatum Romanæ Eccleſiæ in beato Petro Apoſtolo collatum diuinitus. c. nemini. 17. q. 4.

Aug. 6 Qui putat Cyprianum Epiſcopum Petro Apoſtolo comparari, quantum attinet ad martyrii coronam; tamen magis debet uereri, ne in Petro contumelioſus exiſtat, quis enim neſcit illum Apoſtolatus principatum cuilibet Epiſcopatui præferendum? c. puto. 2. q. 7.

7 Item de authoritate Papæ legitur, quòd Zacharias Papa Francorum Regem non tã pro ſuis iniquitatibus, quàm pro eo, quòd tantæ poteſtati erat inutilis, à Regno depoſuit, & Pipinum Caroli Imperatoris patrem in eius locum ſubſtituit; omnesq; Francigenas à iuramento fidelitatis abſoluit, quod frequẽter agit ſancta Eccleſia, cum milites abſoluit à uinculo iuramenti. c. alius. 15. q. 6. Gel. PP.

8 Conſtricti fidelitate, aut iuramẽto excõmunicatis authoritate Apoſtolica fuerũt abſoluti à Gregorio VII. Papa, & prohibetur omnibus modis, ne illis fidelitatẽ obſeruetur, quò vſque ipſi excommunicati ad ſatisfactionem veniant: quia iſti, qui iurauerunt, monendi ſunt, oportere ſeruire magis Deo, quàm hominibus: fidelitate enim, quam Chriſtiano Principi iurarũt, ipſo aduerſante Deo, eiusq; ſanctis, & eorum præcepta calcanti, nulla cohibentur authoritate perſoluere. c. penul. & fi. ead. q. 7. Gre. VII. PP.

9 Item Romano Pontifici licet nouas leges condere: vnde Euangeliſtæ, & Prophetæ nequaquàm dixerunt, nam vbi apertè Dominus, vel Apoſtoli diffinierunt, non ſtatuit nouum, imò quod prædicatum eſt, vſque ad animam, & ſanguinem confirmare debet. c. ſunt quidã. 25. q. 1. Vrb. PP.

DE ELECTIONE ROMANI PONTIFICIS, ET IN CONSEQVENTIA ALIQVA DE S. R. E. CARDINALIBVS.

10 Habemvs decretum Nicolai Papæ de electione Ro. Pont. quod fuit anno incarnationis Dominicę. MLIX. menſe Aprili indictione XII. quo terminarunt, quòd Cardinales Epiſcopi de electione Pont. tractantes mox Cardinales Chriſtis clericos adhibeant; & ſic reliquus clerus, & populus ad conſenſum nouæ electionis accedant; & eligatur de ipſius eccleſiæ gremio, ſi reperitur idoneus, ſaluo debito honore Henrici tunc Regis, & futuri Nic. PP.

Imperatoris. c. in nomine Domini. 23. diſtinct.

Idem. Nic. Nam ſi quis Apoſtolicæ Sedi ſine concordia, & canonica electione Cardinalium eius eccleſiæ, & deinde ſequentium clericorum religioſorum inthronizatur, non Papa, vel Apoſtolicus, ſed apoſtaticus habeatur. c. ſi quis, id eſt 79. diſt. & eſt Nicolai Papæ.

Ex cō-ci. Stepha. pp. Et oportebat, vt hæc ſacroſancta Ro. eccl. iuxtà quod à beato Petro, & eius ſucceſſoribus inſtitutum eſt, ritè ordinaretur in Apoſtolatus culmen vnus de Cardinalibus presbyteris, aut Diaconis conſecraretur. c. oportebat. 79. diſt. & eſt ex cō cilio Stephani Papæ.

11 Sed alia obſeruatio fuit ſubſecuta in decretalibus, & ſexto libro.

Alex. III. Nam Alex. III. de fratrum ſuorum conſilio, & ſacri approbatione Concilii Lateranenſis ſtatuit, quòd ſi non poſsit eſſe plena cōcordia, & duabus partibus Cardinalium concordantibus tertia cōcordare noluerit, aut ſibi alium præſumpſerit nominare, ille abſque vlla exceptione Pont. habeatur; qui à duabus partibus electus fuerit, & receptus. Si electus à tertia parte nomen Epiſcopi vſurpare præſumpſerit, tam is, quàm iij, qui eum receperint, ſunt excōmunicati, & totius ſacri ordinis mulctati, & viatico priuati, præterquàm in mortis articulo: & ſi non reſipuerint, habeant portionem cum Dathan, & Abiron; quos terra viuos abſorbuit. c. licet, de electionibus.

Gre. X. Et hæc omnia ſunt approbata à Gregorio X. quia non intendit aliquid illis detrahere; ſed quod experiētia probauit, ſupplere. c. vbi periculum. in princ. de elect. in 6. Et ſacro Lugdunenſi concilio approbante ſtatutum eſt: mortuo Ro. Pontifice in ciuitate, vbi cum ſua curia reſidebat, præſentes Cardinales teneantur expectare abſentes tantummodo decem diebus; quibus elapſis, ex tunc conueniant in palatium; vbi idem Pont. habitabat, pro electione Pontificis, & de conclaui abundè. d. c. vbi periculum. §. hoc ſacro, de elect. in ſexto. & clem. ne Romani. de elect.

DE CARDINALIBVS.

12 Sed quia de Cardinalibus facta eſt mentio; ſciendum eſt, Pontianum Papam introduxiſſe Cardinales teſte Ancharano in c. vbi periculum, de elec. in 6. in 1. col. & dicit, quòd fuit anno Domini ccxxxi. & non ponitur in cathalogo Pōtificum. & addidit, quòd Marcellum, qui fuit anno ccciii. cōſtituit xv. Cardinalatus in vrbe Romana propter baptiſma, & ſepulturas hominum; ſed in faſciculo temporū Pōtianus ponitur anno ccxxxiiii. duorum menſium, & diei unius; & Marcellus anno ccxciiii.

13 Dignitas verò Cardinalium eſt; quia in nouo teſtamento poſt Chriſtum Ieſum à Petro ſacerdotalis incepit ordo: quia ipſi primo Pontificatus in eccleſia Chriſti datus eſt; Domino dicēte ad eum. Tu es (inquit) Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam, & tibi dabo claues Regni celorum: & ſic ipſi Petro tanquàm principi in eccleſia Chriſti Pontificatus fuit traditus, & ipſi Apoſtoli ipſum Petrum eorum principem eſſe voluerunt: vt & reliquis omnibus preeſſet; & caput, & principiū teneret Apoſtolatus; eandemq; formam ſuis ſucceſſoribus, & reliquis Epiſcopis tradiderunt, vt in c. in nouo. 21. diſt. & in c. ſacro ſancta. §. & poſt pauca. 22. diſt. Anac. pp.

Et iſtis modis domini Cardinales repreſentant ipſos beatiſsimos Apoſtolos. Nam aſsiſtunt Papæ tanquā principi, qui eſt vicarius Chriſti, & etiam quia ſummum Pontificem eligunt, & conſtituunt exemplo ipſorum Apoſtolorum, ut etiam dicit Andr. Barb. in tractatu de præſtantia Cardinalium. 1. q. baſilica primæ partis, nu. 29. de qua electione Pontificis paulò ſuperius dictum fuit.

14 Innocent. III. Papa ſtatuit, vt Cardinales galero rubeo uterentur honeſtandi ordinis gratia, vt in decretis ipſius Papę habetur, de quo in ſumma conciliorum. Sed idem And. Barb. in dicto loco nu. 42. & ſeq. concludit Cardinales digniores Epiſcopis.

An

An diuus Hieronymus fuerit Cardinalis.

15 Et num.44.verſ.octauò dubitat, an beatus Hieronymus fuerit Cardinalis, & concludit pro affirmatiua: & iſta opinio uidetur approbari; quia communiter in eccleſiis cũ habitu Cardinalis pingitur: & in faſciculo temporum in Liberio Papa dicitur, Hieron. presbiter Cardinalis incipit clareſcere.

Aug. Sed tamen contraria opinio videtur verior; nam auctoritas diui Auguſtini eſt clara,& non poteſt intelligi,prout intelligit Barbatia;nam diuus Auguſtinus ait ad diuum Hieronymum. in c. quanquã. 2.q. 6. Quanquam ſecundum uocabula, quæ uſus obtinuit Auguſtinus ſit presbitero maior; Auguſtinus tamen Hieronymo minor eſt:nam ſi fuiſſet diuus Hieronymus presbyter Cardinalis, non ita dixiſſet diuus Auguſtinus.

Dicit idem vlterius Barbatia,diuum Hieronymum dicere in c.eccleſiam habet.16. q.prima, eccleſiã habere Senatum,ideſt cætũ presbyterorũ, & intelligit de preſbyteris Cardinalibus, quod nõ habet rationem; quia diuus Hieronymus nõ fuit presbyter Romanæ eccleſiæ: quãuis Barbatia id aſſerat;cum in legenda Breuiarii hodierni legatur factum fuiſſe presbyterum à Paulino Epiſcopo Antiochiæ;nec minus legitur ĩ dicto Breuiario,quòd tractatum fuerit de ipſo eligẽdo in Pontificem,& quòd aufugerit; & ſic opinio iſta Barbatiæ non habet aliquod fundamentũ. Itẽ in prologis diuerſis in Biblia ſemper nominatus Hieronymus presbyter: & ſi fuiſſet Cardinalis; additum fuiſſet.

Habetur etiã in ſumma conciliorum in decretis Innocẽtii primi Papæ hæc uerba; Eodẽ tẽpore florebat Hieronymus preſbyter in Bethleem.Itẽ alio loco in decretis Bonifacii primi uerba hæc.Huius Põtificatum inſignẽ reddidit diuus Hieronymus presbyter, moritur in Bethleem ętatis ſuæ anno nonageſimoprimo, nec de Cardinalatu aliquid dicitur. Innocẽtius fuit electus anno 404.aliàs 407.Bonifacius anno 423. Et tamen hoc tempore erat mentio de nomine Cardinalatus;vt patet in Honophrio de vita Põtificum,& de creatione Cardinalium, incipiendo ab anno 404.& ſequentibus. Et affirmari poteſt,diuum Hieronymũ non fuiſſe Cardinalem,cum in c.vnico.de reliquis, & veneratione ſanctorum in VI. Bonifacius Papa VIII. nomine beatum Hieronymum tantummodo ſacerdotii præditum, & tamen nominat beatum Gregorium Pontificem,& beatos Auguſtinum, & Ambroſium Antiſtites.

DISTINCTIO. I. FINIS.

DE DIGNITATIBVS, ET ORDINIBVS ECCLESIASTICIS.

DISTINCTIO SECVNDA.

DE PATRIARCHIS.

Iſido. PATRIARCHA græca lingua ſummus patrum interpretatur: quia primum poſt Apoſtolicam tenet locũ: & ideo quia ſummo honore fungitur,tali nomine cenſetur.c.cleros.§. Patriarcha.21.diſt.

Secunda ſedes fuit primo tempore apud Alexandriam, quæ beati Petri nomine à Marco eius diſcipulo,atque Euangeliſta conſecrata eſt.

Tertia ſedes apud Antiochiam eiuſdẽ beati Petri Apoſtoli habetur nomine honorabilis; quam illinc prius, quàm Romã ueniret,habuit. c. ſacroſancta Romana. 22.diſt.

Anacl. Sed poſtea in Conſtantinopolitana ſynodo eccleſia Conſtantinopolis ſecundum à ſede Apoſtolica locũ accepit d. c. ſacroſancta. in fi. 22. diſt.

Ex ui Synodo generali. Vnde Alexandrina eſt tertia, vel ſecunda poſt Romam; Antiochena quarta, vel tertia, Hieroſolimytana quinta, uel quarta. c. renouantes ead. diſt. 22.

DE LOCIS PATRIARCHARVM, ET CAETERORVM PRAELATORVM.

Lvci. pp. 17 Vrbes, & loca, in quibus primates præſidere debent, non à modernis, ſed multis ante aduentum Chriſti ſtatutæ ſunt temporibus, quarum primates gentiles etiã pro maioribus negotiis appellabant: In ipſis verò vrbibus poſt aduentum Chriſti Apoſtoli, & eorũ ſucceſſores Patriarchas, & Primates poſuerunt, ad quos Epiſcoporum negotia (ſalua tamen in omnibus Apoſtolica auctoritate) & maiores cauſæ poſt Apoſtolicam ſedem ſunt referendæ. c. vrbes, & loca. 80. diſt.

Clem. pp. In illis uerò ciuitatibus, in quibus olim apud Ethnicos primi flamines eorum, atque primi legis doctores erant; Epiſcoporum Primates, vel Patriarchas beatus Petrus poni præcepit, qui reliquorum cauſas Epiſcoporum, & magna negotia in fide agitarent.

In illis autem, in quibus dudum apud prædictos Ethnicos erant eorum Archiflamines, quos tamen minores eſſe tenebãt, quam memoratos Primates; Archiepiſcopos inſtitui præcepit.

In ſingulis uerò reliquis ciuitatibus ſingulos, & non plures Epiſcopos cõſtitui pręcepit, qui Epiſcoporum tantum uocabula ſortirentur: quoniam neque inter ipſos Apoſtolos par fuit inſtitutio: Sed vnus præfuit omnibus. c. in illis uerò ciuitatibus. 80. diſt.

Iſid. 18 Archiepiſcopi græco uocabulo interpretantur; quòd ſint ſummi Epiſcoporũ, ac etiam Metropolitani uocantur à menſura ciuitatum. c. cleros. §. Archiepiſcopus. diſt. 21.

Aug. 19 Epiſcopus eſt nomen operis, non honoris: græcum enim eſt, quòd ille, qui præficitur illis, quibus præeſt, ſuperintendit Scopos quippè intentio eſt: ergo Epiſcopos latinè ſuperintendentes dicere poſſumus; vt ille intelligat non eſſe Epiſcopum, qui præeſſe dilexerit, non prodeſſe. c. qui Epiſcopatum. 8. q. 1. Et qui quærunt, quæ ſua ſunt, non quæ Ieſu Chriſti mercenarii ſunt; quia omnes, qui præficiuntur, non ſemper cæteris meliores ſunt. c. ſunt in eccleſia. 8. q. 1. *Aug.* Quod inferendum eſt aduerſus eos, qui de Epiſcopatu intumeſcunt; & putant ſe non diſpẽſationem Chriſti, ſed Imperium cõſecutos. c. illud inferendum. ead. 8. diſt. 1. *Hiero.*

DE DIGNITATE EPISCOPORVM.

20 Ad Epiſcopum pertinet Baſiliſcarũ conſecratio; vnctio altaris: & conſecratio chriſmatis: Ipſe prædicta officia, & ordines eccleſiaſticos diſtribuit: Ipſe ſacras Virgines benedicit. c. perlectis. §. ad Epiſcopum. 25. diſt. & c. quamuis. 68. diſtin. *Iſi. Epi.*

Sed principalis dignitas Epiſcoporum eſt: quia tenent locum Apoſtolorum. c. corepiſcopi, & c. quorum vices. 68. diſt. vbi ex dictis diui Auguſt. interpretatur pſal. 44. pro patribus tuis nati ſunt tibi filii: Patres fuerunt Apoſtoli, & filii ſunt Epiſcopi. *Dam. pp. & Vrb. pp.*

21 Ideo ſummus Põt. Epiſcopos uocat fratres, & in tantum: quia ſi in literis eſſet ſcriptum Epiſcopum uocari filium, illæ literæ eſſent falſæ. c. 6. de crim. fal.

22 Sed Cardinales, nõ Epiſcopos, uocat filios, patet in multis locis, pro nunc ſufficiat tex. in c. dilecto filio. de ſupplenda negligentia prælatorum, & c. in præſentia, de probat. §. dilect. filius, & c. licet. 3. de teſtib. & in extrauag. 1. de emp. & uendi. in communibus.

23 Cętus verò Cardinaliũ; quia inter ipſos ſunt ſex Epiſcopi Cardinales, omnes uocantur fratres, prout in c. in geneſi, & c. Eccleſia, in fi. capitulorum de elect.

Illi ſex Epiſcopi ſunt, primus Hoſtienſis; ſecundus Portuenſis, & S. Ruffinæ: tertius Sabinenſis: quartus Tuſculanẽſis: quintus Præneſtinenſis: ſextus Albanenſis.

Item

34 Item Epiſcopi propriè, non abuſiuè nominantur Reuerendisſimi: quia hoc titulo nominat Iuſtinianus in pluribus cõſtitutionibus, ſufficiat. l. ſi quis, & l. cum lege. C. de Epiſ. & cler. ibi, diſcutiendo à uiro Reuerendisſimo locorum Antiſtite, & cum lege Leonina viris Reuerẽdiſſimis Epiſcopis.

Epiſcopi etiam dicuntur ſanctisſimi; Chriſti legati exiſtũt: ſpirituales ſunt patres, fratres, & coepiſcopi PP. clem. 1. §. nec ſuper, verſ. Epiſcopi, de pœnis.

Gre. pp. Et Gregorius PP. in c. perlatum 88. diſtin. Epiſcopum nominat Reuerendisſimum fratrem.

Quia vero Epiſcopi nulla die ſine cauſa rationabili tranſire debent ſine miſſa, quãdo non poſſunt commodè ad eccleſias accedere, indulgetur eiſdem, ut poſſint habere altare viaticum, & in eo celebrare, aut facere celebrari, vbicunque abſq; interdicti tranſgresſione. c. fi. de priuile. in 6.

Epiſcoporum auctoritas in diſpenſatione, habetur in Spec. 1. parte, tit. de diſpenſa. §. nunc de diſpenſatione Epiſcoporum, & enumerat 163. caſus, & ſubdit generalem eſſe epiſcoporum poteſtatẽ, & ideo conſiderat alios caſus, & num. 21. enumerat, quibus caſibus epiſcopus prohibeatur diſpenſare.

De auctoritate epiſcoporum contra aleatore, habetur in iure ciuili l. fi. C. de religio. & ſumptibus funerum.

DE PRAESBYTERIS.

35 Svmmi Pontifices, & minores ſacerdotes à Deo ſunt inſtituti per Moiſen, qui ex præcepto Domini Aaron in ſummum Pontificem, filios verò eius unxit in minores ſacerdotes, quæ diſcretio in nouo teſtamẽto ab ipſo Chriſto ſumpſit exordium, qui duodecim Apoſtolos tãquam maiores ſacerdotes, ſeptuagintaduos diſcipulos quaſi minores ſacerdotes inſtituit: & Apoſtoli eandem formã ſecuti in ſingulis ciuitatibus Epiſcopos, & Præsbyteros ordinarunt. c. 1. §. ſummi, & §. ſimpliciter, & §. hanc eandem. Anac. ep. 21. diſt. & c. in nouo. §. videntes, eadem 21. diſtin.

26 Presbyter autem græcè, latinè ſenior interpretatur, non modo pro ætate, uel decrepita ſenectute, ſed propter honorẽ, & dignitatem, quam acceperunt, Presbyteri nominantur. Ideo autem ſacerdotes presbyteri uocantur: quia ſacra dant, ſicut Epiſcopi, quamuis non habeant Põtificatus apicem; quia nec chriſmate frõtem ſignant, nec paracletum ſpiritum dant; quod ſolum deberi Epiſcopis lectio actuum Apoſtolorum demonſtrat. Iſid.

27 Vnde ſacerdotes ſunt; quia apud veteres iidẽ Epiſcopi, & Presbyteri fuerunt: quia illud nomen dignitatis, & non ætatis eſt. c. cleros. §. presbyteri. 21. diſtin. Quid enim facit, excepta ordinatione, Epiſcopus, quod Presbyter non faciat?

28 Et ad tollendam ſciſmatum ſemina, dũ dicebatur, ego ſum Pauli, ego ſum Apollinis, ego ſum Cephæ, in toto orbe decretum eſt, vt unus de presbyteris ſuper poneretur omnibus, qui vocaretur Epi- Hiero.

29 ſcopus. c. legimus. 93. diſt. Et ideo nouerint Epiſcopi, ſe eſſe maiores presbyteris magis conſuetudine, quam diſpenſatione Dominicæ veritatis. c. olim. 95. diſtin. & ideo Epiſcopus ſedens non patiatur presbyterum ſtare; in eccleſia, ſublimior ſedeat; infra domum collegã preſbyterorum ſe eſſe cognoſcat. c. Epiſcopus in qualibet, & ſeq. 96. diſt.

30 Omnes tamen presbyteri, & reliqui clerici, omneſque Principes, tam maioris ordinis, quàm inferioris, & reliqui populi, non ſolum infames, ſed etiam exſortes à regno Dei, & conſortio fideliũ, & à liminibus ſanctæ Dei eccleſiæ alieni erunt, ſi Epiſcopis non obedierint. c. ſicut. 11. q. 3. Fab. Ep.

31 Presbyter cum ordinatur Epiſcopo eũ benedicẽte, & manum ſuper caput eius tenẽte, etiam omnes presbyteri, qui præſentes ſunt, manus ſuas iuxtà manus Epiſcopi ſuper caput illius teneant. Sicuti autem in die ſuæ ordinationis ſacerdos orario, vtroque humero ambitur; ita tempore conſecrationis, ideſt dum miſſam dicit, eodem orario debet uti inſtanter. Ex cōc. Tol. xi.

ſtanter.c.presbyter.23.diſtin.

Iſi.Ep. Ad presbyterum pertinet ſacrificium corporis,& ſanguinis Domini in altari Dei conficere,orationes dicere,& benedicere dona Dei. c. perlecti. §. ad presbyterum.25.diſt.

DE DIACONO.

32 Levitas, ideſt Diaconos, ab Apoſtolis ordinatos legimus: quorum maximus fuit beatus Stephanus. c.1.§. Leuitas, 21. diſt. & pro obedientia nouerint *Cypr.* Diaconi Dominum elegiſſe Apoſtolos. i.Epiſcopos, & presbyteros, poſt aſcenſum Domini in cœlum Apoſtolos ſibi conſtituiſſe Diaconos Epiſcopatus ſui, & eccleſiæ miniſtros.c.Dominus noſter *Iſi.Ep.* §.meminiſſe.93.diſt.Et Leuitæ ex nomine auctoris ſui ſunt vocati. De Leui.n.filio Iacob Leuitæ exorti ſunt,a quibus in templo Dei myſticæ ſacramenti miniſteria exhibentur. Hi græcè Diaconi, latinè miniſtri dicuntur: quia ſicut in ſacerdote conſecratio, ita in Diacono miniſterii diſpenſatio habetur.c.cleros.§.Leuitæ.21.diſt.

Iſido. 33 Nam ad Diaconum pertinet aſſiſtere ſacerdotibus, & miniſtrare in omnibus, quæ aguntur in ſacramentis Chriſti, in baptiſmo, ſiue in chriſmate, & patena, & calice; oblationes quoque inferre, & diſponere in altari. componere etiam menſam Domini,atq; veſtire;crucem inferre:& prædicare Euangelium: & Apoſtolum.i.epiſtolam ad populum, cum deeſt Subdiaconus; ad ipſum quoque pertinet officium dicendi Litanias; ipſe præmonet,aures habere ad Deum; ipſe hortatur,clamare; ipſe donat pacem;& ipſe annunciat feſtiuitates. c. perlectis. §. ad Diaconum.25.diſt.

Grego. 34 Diaconus,cum ordinatur, ſolus Epiſcopus,qui eum benedicit,manus ſuper caput eius ponat; quia non ad ſacerdotiū, ſed ad miniſterium conſecratur.c. Diaconus. 23. diſtin.

Ex cōc. Tol.c.2. Vnum orarium oportet Leuitam geſtare in ſiniſtro humero, propter quod orat, ideſt prædicat: dexteram autem partem liberam oportet habere: vt expeditius ad miniſterium ſacerdotale recurrat. c. unum orarium,in prin.25.diſt.

35 Et præſente presbytero Diaconus Euchariſtiam corporis Chriſti populo, ſi neceſſitas cogit,iuſſus eroget. c. præſente.93.diſt. *Ex cōc. Car.4.*

DE SVBDIACONO.

36 Svbdiaconos procedente tempore Eccleſia ſibi conſtituit. c.1, in fi. 21.diſt.Et ſic dicuntur; quia ſubiacent præceptis,& officiis Leuitarum.c.cleros.§. Hypodiaconos.ead.21.diſt. *Iſi.Ep.*

37 Nullum facere Subdiaconum præſumant Epiſcopi, niſi qui caſtè victurum promiſerit; quia nullus ad miniſterium altaris accedere debet, niſi eius caſtitas ante ſuſceptum miniſterium fuerit approbata.c.nullum.28.diſt. Ac in Concilio Carthaginenſi decretum eſt, Epiſcopum,Presbyterum,& Diaconum debere continere.c.cum in præterito.84.diſt. *Gre. pp.* *Ex cō ci.Car tag.2.*

38 Si quæratur, quomodo Eccleſia imponit alicui neceſſitatem continendi, cum continentia ſit res voti,non præcepti,reſpondetur: quod Eccleſia neminem cogit continere ſed in ordine, quem dat, poteſt imponere legem, quam vult; vt dicit glo.in d.c.nullum.28.diſt.

39 Quantum ad Eccleſiam orientalem vxorati poſſunt ſuſcipere ordines etiam ſacros; ſed ſi ſoluti ordinantur, tenentur continere.c.ſi quis eorum, & ibi gl.notabilis 32.diſt.& glo.in c.ſi.31.diſt. *Ex ſexta Synodo.*

40 Subdiaconus cum ordinatur; quia manus impoſitionem non accipit, patenā de manu Epiſcopi accipiat uacuam, & calicem uacuum. De manu vero Archidiaconi accipiat vrceolum cum aqua, manile,& manutergium.c.Subdiaconus 23.diſt. *Ex cō ci. Cartag 4.*

DE ACOLYTHO.

41 Acolythi græcè, latinè ceroferarii dicuntur a deportandis cereis,quando legendum eſt Euangelium, aut ſacrificium auferendum. Tunc enim accenduntur lumi- *Iſid.*

luminaria ab eis,& deportantur, non ad effugiendas tenebras, dum ſol eodē tempore rutilat;ſed ad ſignum lætitiæ demõſtrandum, vt ſub typo luminis corporalis illa lux oſtendatur, de qua in Euangelio legitur: Erat lux vera,quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum.c.cleros.§.Acolythi.21.diſt.

42 Acolythus cum ordinatur ab Epiſcopo quidē doceatur, qualiter in officio ſuo agere debeat; ſed ab Archidiacono accipiat ceroferarium cum cereo: vt ſciat ſe ad accendenda luminaria eccleſię mãcipari: Accipiat & vrceolum uacuum ad ſuggerēdum vinum in eucharistiam ſanguinis Chriſti.c.Acolythus.23.diſt.

DE EXORCISTA.

Ex cõci.Carthag.4. 43 Exorcistae ex græco in latinum adiurantes,ſiue increpantes uocantur. Inuocat enim ſuper cathecumenos, vel eos, qui habent ſpiritum immundum, nomē Domini Ieſu; adiurantes per eum; vt egrediatur ab eis. c. cleros. §. Exorciſtæ. 21.diſtin.

Ex eod. Et Exorciſta cum ordinatur, accipiat de manu Epiſcopi libellum, in quo ſcripti ſunt exorciſmi, dicente ſibi Epiſcopo: Accipe,& commenda memoriæ: & habeto poteſtatem imponendi manus ſuper energumenum,ſiue baptizatum, ſiue catechumenum.c.Exorciſta.23.diſt.

DE LECTORE.

Iſido. 45 Ad Lectorem pertinet lectiones pronũciare,& ea, quæ Prophetæ vaticinarunt populis, prædicare.c.perlectis.§.ad lectorem.25.diſt.

Ex cõc. Cart.4. Lector cum ordinatur, faciat de illo verbũ Epiſcopus ad plebem,iudicans eiuſdem fidem,ac vitam,atq; ingenium: poſt hoc ſpectante plebe tradat ei codicē, in quo Lecturus eſt,dicens: Accipe; & eſto relator verbi Dei: habiturus partē cum eis, qui verbum Dei miniſtrauerunt, ſi fideliter,& vtiliter impleueris officium tuũ. c.Lector.23.diſt.

DE HOSTIARIO.

46 Hostiarii, ideſt Ianitores; qui in veteri teſtamento electi ſunt ad cuſtodiam templi,vt non ingrederetur in illud immundus in omni re. Dicti ſunt autē Hoſtiarii,quòd præſint hoſtiis templi. Ipſi enim tenentes claues omnia intus, extraque cuſtodiunt,atque inter bonos, & malos habentes iudicium, fideles recipiunt, & reſpuunt infideles.c.cleros.§. hoſtiarii.21.diſt. *Iſid.*

Hoſtiarius, cum ordinatur, poſtquam ab Archidiacono inſtructus fuerit,qualiter in domo Dei debeat conuerſari; Ad ſuggeſtionem Archidiaconi tradat ei Epiſcopus claues Eccleſiæ de altari dicens ei: Sic age: Sic viue quaſi redditurus Deo rationem pro iis rebus,quæ his clauibus recluduntur.c.hoſtiarius.23.diſt. *Ex cõc. Carthag. 4.*

47 Non oportet Lectores, aut Hoſtiarios orariis vti,& ſic legere,aut pſallere.c.nõ oportet. Nec lectoribus licet ſacra vaſa altaris portare,nec aliis, niſi ſint Subdiaconi.c.non liceat 23.diſt. *Ex cõc. Bra hensi.*

DE PSALMISTA.

48 Psalmista, ideſt cantor poteſt abſque licentia Epiſcopi ſola iuſſione presbyteri officium ſuſcipere cantandi,dicente ſibi presbytero.Vide,vt quod ore cantas, corde credas: & quod corde credideris, operibus completas.c.pſalmiſta.23.diſt. *Ex cõc. Carthagin. 4.*

49 Sed eſt etiam prima tonſura,quę quamuis non computetur in ordinibus, datur tamen ab Epiſcopo: de qua in Cõncilio Trid.ſeſſ.23.cap.4.

DE OFFICIIS ARCHIDIACONI, ET ALIORVM.

Hi ſunt ordines,& miniſteria clericorum, quæ tamen auctoritate Põtificali in Archidiaconi cura Primicerii,& Theſaurarii ſolicitudine diuiduntur. Archidiaconus enim imperat Subdiaconis, & Leuitis,ad quem iſta pertinent miniſteria,ordinatio veſtiendi altaris à Leuitis, cura incenſi, & ſacrificii neceſſaria ſolicitudo, *Iſidorus Epiſc.*

do, quis Leuitarum ad populum Euangelium legat, quis preces dicat, ſeu reſponſoria in dominicis diebus, aut ſolemnitatibus decantet. Solicitudo quoque Parochiarum, & ordinatio, & uirga ad eiuſdem pertinent curam, pro reparandis diœceſanis baſilicis ipſe ſuggerit ſacerdoti; ipſe inquirit parochias cum iuſſione Epiſcopi, & ordinamenta, & res baſilicarum, & parochiarum geſta, & libertatum eccleſiaſticarum Epiſcopo idem refert, collectam pecuniam de communione ipſe accipit, & Epiſcopo defert, & clericis proprias partes ipſe diſtribuit. Ab Archidiacono nunciatur Epiſcopo exceſſus Diaconorum, ipſe denunciat ſacerdoti in ſacrario ieiuniorum dies, atq; ſolemnitatum, & ab ipſo in eccleſia publicè prædicatur. Quando verò Archidiaconus abſens eſt, vicem eius Diaconus ſequens adimplet, diſt. 25. cap. perlectis. §. hi ſunt ordines, uſque ad. §. Archipresbyter, & cap. 2. de officio Archidiaconi.

50 Archidiaconus poſt Epiſcopum eſt Vicarius, & omnis cura ad eum pertinet in clero, tam in vrbe, quàm eorum, qui per parochias habitant: & delinquentium rationem coram Deo redditurus eſt. c. 1. de officio Archidiaconi, & cap. ad hæc nos. 7. eod.

51 Criminalia, per quæ omnia vaſa eccleſiæ intelliguntur, ad cuſtodiam Archidiaconi ſpectare. c. 3. eod.

Archidiaconus non poteſt excommunicare. c. 5. eod.

52 Sed Archidiaconi nõ ſint temerarii aduerſus Epiſcopum: Nam ſi Archidiaconus ſemel, & ſecundò contra fidem homagii præſtiti, ideſt obedientiæ, vt dicit glo. ac debitam reuerentiam negauerit, Epiſcopum eſſe ſuum dominum, vel in foro ſæculari depoſuerit contra ipſum in quęſtione ſuper ſpiritualibus, aut tam inuaſorum Epiſcopi, & ſociorum eius, vel complicibus cauſam, aut conſilium præbuerit, ipſe Archidiaconus tãquam membrum putridum ab eccleſia perpetuò abſcindatur, & beneficia ſua perſonis idoneis aſſignabuntur. c. grauem, de exceſſ. præla.

53 Archipresbyter verò ſe eſſe ſub Archidiacono, eiuſque præceptis, ſicut Epiſcopi ſui ſciat ſe obedire. Et (quod ſpecialiter ad eius miniſterium pertinet) ſuper omnes presbyteros in ordine poſitos curam agere, & aſſiduè in eccleſia ſtare; & quando Epiſcopus abſens erit, ipſe vice eius miſſarum ſolemnia celebret, & collectas dicat, vel cui ipſe iniunxerit. d. c. hi ſunt ordines. §. Archipresbyter, & c. 1. & 2. de officio Archipresb.

54 Quando Epiſcopus miſſam canit, debet Archipresbyter præcipere Sacerdotibus, vt induant ſe veſtimentis ſacris, & qualiter ad miſſam procedant.

55 Præcipit cuſtodi Eccleſiæ, vt in ſacrario Euchariſtia propter infirmos non deſit: & prouidere debet, ne ſine confeſſione, vel confirmatione corporis, & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti aliquis moriatur; confeſſionem peccatorũ, qui à foris ueniunt, recipit cum omnibus ſacerdotibus.

Ad Chriſtianos faciendos, & baptizandos infantes, & ad ſuccurrẽdum omnia à Sacerdotibus iubebit fieri. cap. 3. de officio Archipresb.

56 De Archipresbytero verò rurali diſpoſitum eſt: vt ſingulas plebes habeant Archipresbyterum propter aſſiduam erga populum Dei curam, & ſolicitudinem gerat non ſolum vulgi, ſed etiam presbyterorum, qui per minores titulos habitant.

Et renunciet Epiſcopo, qua vnuſquiſque induſtria diuinum opus exerceat: & Epiſcopus non debet contendere non egere Archipresbytero: quia Epiſcopus pręeſt matrici Eccleſię Archipresbyteri plebibus, vt cuncta referantur ad Epiſcopum: nec contra eius decreta aliquid ordinare præſumat. c. fi. de officio Archipresb.

57 Aduertendum tamen eſt, quòd infra annum Archidiaconi debent fieri Diaconi, & Archipresbyteri, Presbyteri, aliter honorem amittunt non obſtante iuſta cauſa non promouendi. c. fi. de ætate, & qualitate.

Ad

58 Ad Primicerium pertinent Acolythi, exorciſtæ, Pſalmiſtæ, atque Lectores. Signum quoque dandum pro officio clericorum pro vitæ honeſtate: & officium cantandi, & peragendi, ſolicitè, lectiones, pſalmum, laudes, & reſponſoria officiorum, quis clericorum dicere debeat. Ordo quoque, & modus cauendi in choro pro ſolemnitate, & tempore. Ordinatio quoque pro luminaribus deportandis. Siquid etiam neceſſarium fuerit pro reparatione baſilicarum, quæ ſunt in vrbe, ipſe denunciat Sacerdoti, epiſtolas Epiſcopi pro diebus ieiuniorum parochianis per Hoſtiarios ipſe dirigat clericos, quos delinquere cognoſcit, ipſe deſtringat; quos uerò emendare non ualet, eorum exceſſus ad agnitionem Epiſcopi deferat, Baſilicanos ipſe cõſtituat, & matriculam ipſe diſponat. Quãdo autem Primicerius abſens eſt, ea, quæ dicta ſunt, ille exquirat, qui ei, aut lege eſt proximior, aut eruditione, d.c. perlectis. §. ad Primicerium, & c. vnico. de officio Primicerii.

59 Ad Theſaurarium pertinet Hoſtiarii Baſilicarum ordinatio, incenſi præparatio, cura chriſmatis conficiendi, cura baptiſterii ordinandi, præparatio luminariorum in ſacrario, & ſacrificiis. d.c. perlectis. §. hi ſunt ordines. §. ad theſaurarium. Officium Sacriſtæ eſt cuſtodiam habere ſacrorum uaſorum, & ueſtimentorum, ſeu totius theſauri eccleſiaſtici, necnon quæ ad luminaria pertinent, ſiue in cera, ſiue in oleo. c. vnico, de officio Sacriſtæ.

60 Officium Cuſtodis eſt Archidiaconi iuſſioni obedire, & ſigna horis canonicis pulſare; pallas, & omnia Eccleſiæ cuſtodire; lampades, & lanternas in accendẽdo, ſeu extinguendo peruigil exiſtere: vt cuncta cum diſcretione agantur: & panem, & vinum ad miſſam omni tempore præparatum habere; & omnes oblationes, ſeu eleemoſinas, ſeu decimas inter fratres diuidere: & Archidiaconus, Archipresbyter, & Cuſtos, hi tres ſimul iuncti uno animo prouidere debent, & perficere omnia, ut non ſit inuidia, neque zelos inter ipſos. c. 1. & 2. de officio cuſtodis.

Pallas uerò eccleſiæ, & uela, quæ in ſanctuario ſunt, ſi ſordida fuerint, ac miniſteria, Diaconi cum humilibus miniſtris intrà ſanctuarium lauent, non eiicientes foras à ſacrario, & velamina Dominicæ menſæ abluant, ne forte puluis Dominici corporis malè decidat: Sindonem verò non foris abluant, & erit hoc nõ operanti peccatum. Idcirco intrà ſacrarium Miniſtris præcipitur cum diligentia cuſtodiæ. Sed Peluis noua compatitur, & prǽter hoc nihil aliud tangat: Sed nec ipſa peluis extrinſecus velis apponatur lauandis, niſi quæ ad Dominici altaris cultum pertinent. Pallæ in alia pelui lauentur, & in alia vela ianuarum. Cura ſit etiam Hoſtiariis ex admonitione maioris, ne quis negligens, aut ignarus ad uelum ianuæ domus Domini manus incognitæ tergat: ſed ſtatim coercitus diſcat omnis homo; quia velum atrii domus Domini eſt. c. nemo per ignorantiam, §. Pallas verò, de conſe. diſt. 1. Clem. pp.

DE OFFICIO VICARII EPISCOPI.

61 Vicarius Epiſcopi non debet eſſe Laicus. c. in noua. 16. q. 7. Et quãuis habeat generalem commiſsionem: non tamen poteſt inquirere, corrigere, aut punire aliquorum exceſſus, ſeu beneficiis, vel adminiſtrationibus amouere, vel beneficia conferre: niſi ſpecialiter conceſſum ſit. c. 2. de officio Vicarii. in 6.

62 Et canonicus Eccleſiæ, ſi eſt Vicarius, in choro ſedet ſuo loco canonicatus, Geminianus in c. a collatione, num. 6. de appell. in 6.

QVI PROMOVERI NON POSSINT, AVT IMPEDIMENTIS CIRCA ORDINES.

63 Homicidium impedit ordinationem: de quo, & quomodo impediat, habetur parte. 6. rubrica, de Homicidio.

Et qui exercuerint officia ſecularia, non ordinan-

dinantur, niſi poſt reddita ratiocinia. c. vnico, de obliga. ad ratiocin. Et curiales non eſſe ordinãdos, eſt manifeſta ratio; quoniam à curia ſæpe repetuntur: vnde cauendum eſt eccleſiæ propter tribulationem, quæ ſæpe de his eccleſiæ prouenit. c. deſignata ſunt, 51. diſtinct.

Item ſi quis in ægritudine baptizatus fuerit, nõ debet presbyter ordinari, niſi forte &c. c. in ægritudine. 57. diſt.

Scienter autem rebaptizatis, vt promoueãtur ad clericatus gradum, permittẽdum non erit. c. confirmandum. 50. diſt.

Leo pp. Et qui hęreticæ communionis contagione ſe maculauerint; & redeunt, recipiuntur ſine ſpe promotionis, vt ſuis ordinibus perſeuerent. c. ſiquis hæreticæ. 1. q. 1.

Et Acolytus, qui credens inſano conſilio mulierum ſortilegarum, fuit baptizatus & deſiderat ad ſuperiores ordines promoueri, non admittetur, ſi publicum eſt peccatum, niſi velit religioſus fieri, cum diſpenſatione tamen. Si verò occultum eſt delictum, promoueri poterit, & expiare exceſſum ſuũ dignis fructibus pœnitentiæ. c. 2. de apoſtatis.

Item ſi Acolytus fuit in conflictu, in quo aliqui occiſi ſunt, ſed non facto, aut conſilio illius, ſi ad frugem melioris uitæ tranſiſſe dicetur, poteſt ad Subdiaconatus ordinem promoueri. c. fi. de cle. percuſſor.

Clericus nõ ordinatus ſi exercuerit ea, quę ad ordinem ſpectant, abiiciatur ab eccleſia, & nũquam ordinetur. c. 1. de clerico non ordinato.

Diaconus miſſam celebrans ad ſacerdotiũ non poterit promoueri, & à diaconatu ſuſpenſus ſit biennio, vel triennio.

De beneficio agatur miſericorditer cũ eo, ne ad ſęculi negotia reuertatur.

Et Epiſcopus curam exigat de agenda pœnitentia: & ſalubrius prouiſum erit: ſi ad regularem uitam ſe transferat. c. 2. de cleric. non ordin.

Dubitanti ſe ordinatum in ſacerdotem diaconatus ordine prætermiſſo iniungitur pęnitentia, qua peracta; quia non intelligitur iteratum, quod factũ eſſe noſcitur, ordinatur in Diaconum, & permittitur in ordine Sacerdotis miniſtrare. c. vnico, de clerico per ſaltum promoto.

Si autem non baptizatus ordinatur, non recipit ordinis characterem, quia baptiſmus eſt ianua: Ideo baptizatur: & iterũ ordinatur. c. 1. & fi. de presbytero nõ baptizato.

Qui ſuſcipit ordinem Diaconatus furtiuè, non tamen prohibitus, ſub excommunicationis pœna Epiſcopus impoſita digna ſatisfactione ſuo arbitrio diſpenſabit. c. 1. de eo, qui ordinem furtiuè.

Si verò ſuſcepit contra excommunicationis pœnam, monetur ſuſcipere habitum religionis, in quo ſi laudabiliter conuerſatus fuerit, poterit miſericorditer prouideri.

Alioquin nulla ratione conceditur ad ordinem presbyteratus promoueri, d. c. 1. §. ſi uerò, de eo, qui ord. fur.

Idem ſi ſuſcipiuntur ordines ſubdiaconatus, & diaconatus. c. fi. eo. de eo, qui ord. fur.

Sed ſi recipit minores ordines licitè, & furtiuè ſubdiaconatum permittitur celebrare in minoribus ordinibus duntaxat; & diſpenſatur de ſubdiaconatu: & in cæteris habendis, poſt tamẽ habitum religionis ſuſceptum, & laudabilem conuerſationem, c. 2. de eo, qui ord. fur.

Qui occidunt Rectorem Eccleſiæ, uel clericum, nõ admittuntur in clericorum collegium, nec poſſunt aſſequi honorem in domibus regularium, niſi miſericorditer fuerit diſpenſatum. c. pen. de pœnis.

Qui ſolemnem pœnitentiam egerint, promoueri non poſſunt, niſi ex necesſitate, & propter quam tolerantur inter Hoſtiarios, & Lectores. c. in capite, in fine, & c. illud quoque. 50. diſt. & c. maritum, diſtin. 33. Aug. & Siri-ci. pp. & Gre.

Dubitabatur in 50. diſt. vtrum poſt peractã pœnitentiam ſacerdotes in propriis ordinibus remanere deberent, vel clerici ad maiores conſcendere: & deciſum eſt, quòd ſacerdotes redeũt ad priſtinos gradus; quos ſatisfactio pœnitentiæ præceſſit, vel condigna peccatorum confesſio. Qui uerò negligit pœnitere, nec luget, quæ geſſit, & lugenda ſine ullo pudore religionis, vel timore diuini iudicii, cõmittit, pp. Iſid.

mittit, cum nullo modo poſſe ad priſtinum gradum reſtaurari.c.Domino.§.illos,& §.qui vero negli[illegible]. 50.diſt.

Ste. pp. Item clericus,qui Epiſcopum ſuum accuſauit,vel ei inſidiator extiterit, non eſt recipiendus:quia infamis effectus eſt, & à gradu debet recedere.c.clericus. 3.q.4.

Gre. pp. Nec ille,qui in furia verſatus in[illegible], vel afflictione diabolica vexatus eſt. Nec ille,qui per emptionem ad imitationem Simonis Magi pecuniam obtulit.c.maritum,in fi. 3.diſt.& ſeq.capitibus.

Ille,qui fuit fur, ſi reſtituerit, & pœnitētiam egerit,& non ſit infamis,promoueri poterit.c.2.de furtis.

Vrb. pp. Filii presbyterorum promoueri prohibentur.c.1.de filiis presbyterorum.Sed ſi morum honeſtas commendabiles fecerit, non ſolùm ſacerdotes, ſed ſummi Pontifices fieri poſſunt.c.2.diſt.56.

Bigamus prohibetur promoueri,& qui viduam, vel eiectam meretricem, vel ancillam duxerit vxorem,diſt.34.c.cognouimus,&.c.Siquis vidua,& c.vidua.

Amb. & Nic. pp. Eſt autem bigamus, qui duas habuit vxores,ſiue baptizatus ambas, ſiue ante baptiſmum alteram habuit.c. vna tantum. 26.diſt.& c.fi.28.q.3.

Idem ex pluribus concubinis. c. penul. de bigamis.

Si quis laicus primam duxerit, & in ſacris conſtitutus alteram,quamuis uere nō ſit bigamus; quia ſecundum matrimonium non ualet; tamen quia quantum in ipſo fuit,ſecundas nuptias contraxit, tanquā de bigamo iudicatum fuit.c.4.in fi. de bigamis.

Et idem in ſubdiacono, qui cum vidua de facto contraxit, & eam cognouit: quia bigamiæ pœnam incurrit, licet bigamus non ſit, cum non poſſit dici maritus viduæ.c.fi.de bigamis.

Non eſt tamen bigamus, qui contraxit cū virgine prius alteri deſponſata per verba de præſenti,ſed non cognita. c. debitum,in fine,de bigamis. Et non eſt vi-

Ex Aga tēſi cōc. dua dimiſſa a marito fatali neceſſitate, licet ex ſponſalibus vxor ſit appellata, & impropriè ſit ducta.c.presbyteri.§. vidua verò.34.diſt.

Et ſumpta occaſione illius tex.glo.dubitat, an ſit bigamus,qui duxit eam, quā prius corrupit,& concludit,quòd non ſit bigamus:& idem tenet glo. in c.vno, in verbo contraxerunt, de clerico coniugato, in 6. & hanc ſententiam ſequitur Ioan. And.in c.tanta, qui filii ſint legitimi; & Butrius,& Abb. in d. c. debitum · & hæc opinio eſt communis.

Læſi aliqua parte corporis promoueri prohibentur.c.1. & 2. 55.diſt. Sed procedit in euidēti,& notabili læſione.c.fi. de corpore uitiatis.

Quibus virilia fuerunt amputata ex voluntate,non neceſſitate, promoueri nō poſſunt,diſt.55.c.ſi quis abſciderit, & duob. ſequentibus capitibus; & c. ſignificauit, de corpore vitiatis.

Nec etiam excluduntur a clero, qui a medicis,uel à barbериis, vel à dominis ſuis caſtrantur, ac qui a medicorum inciſione claudus efficitur.c.ſi quis pro, & ſeq. 55. diſt. Nec qui digitum ſibi caſu abſcidit. c.Lator præſentium.ea. 55.diſt.

Oculo priuatus non poteſt promoueri:Sed ſi poſt caſus occurret, non amittit ordinem.c.fi.diſt. 55.

DE CLERICIS PEREGRINIS.

64 Clerici venientes ſine ſuorum ordinatorum literis, & offerentes iuramētum, quòd ſint quouis in eccleſiaſticorum ordinum conſtituti, & petant ad ſuperiores ordines promoueri, non admittuntur, niſi conſtiterit de ipſorum canonica ordinatione per idonea argumenta. c.2.de clericis peregrinis. Et gloſſa intelligit,idonea argumēta ſigilla epiſcoporum,ſed ſi perdiderit,probet amiſſionē, & tenorem ipſorum.

Nam de clericis in remotis partibus ordinatis ſtatutum eſt, vt non minus quinq; Epiſcoporum ſuper ordinatione ſua teſtimonio muniantur,quod & in aliis (ſimiliter ſunt incogniti)obſeruatur: & ita vt in ſuſpenſione aliquanto tempore habeantur.c.1.de cler.pereg.

65 Item ii peregrini,de quorum ordinatione non conſtet, non permittuntur celebrare

brare in plebibus Epiſcoporum: Sed ſi forſitan eorum aliqui ſecretò celebrare voluerint, poterunt ſuſtineri. c. 3. eod.

66 De ætate ordinandorum, & de multis circa ordinationes habetur in concilio Tridẽtino Seſſ. xxiii. Et breuius in Compendio noſtro.

De charactere ordinati, per uim, metũve.

67 Oritur vna notabilis dubitatio. Circa illos, qui ſuſcipiunt ordines, & poſtea dicunt ſe ad hoc coactos fuiſſe, & admittuntur ad hoc allegandum, vt quotidie videmus in reſcriptis Rom. Curiæ. Et tamen hoc habet aliquam difficultatem per tex. in c. maiores. §. inde quæritur, verſ. propter quod, de baptiſmo, vbi character imprimitur in baptiſmo etiã quãdo aliquis terroribus, & ſuppliciis attrahitur, & ne detrimentum incurrat baptiſmi ſuſcipit ſacramentum. Et per illum tex. Abbas ibidem tenet, quòd ordinatus per metum tenetur continere, & dicit Doct. communiter ita tenere.

Sed, prætermiſſa opinione gloſſæ Hoſtien. & Ioan. Andr. in d. c. maiores. & glo. in c. vbi iſta. 74. diſtin. qui conſtituunt differentiam inter baptiſmum & ordinem, quæ non eſt vera: cum iidem doctores dicant, quòd metus purgatur, per ratificationem, & ratificatio non fieret, ſi character non fuiſſet impreſſus; quia ordo non eſt ſine charactere. Ego dico verum eſſe characterem imprimi: Sed tamen ſuſcipiens characterem per metum non tenetur continere. Ratio eſt: quia continentia non cauſatur a charactere, ſed ex voto, quod præſtatur in ordinatione c. nullum. 28. diſt. & c. quanquam. 23. q. 1. & expreſſius in c. Diaconi. eadẽ 28. diſtin. & per glo. in d. c. nullum. ergo non eſt character, qui inducat continentiam, ſed votum: & ideo antiquitus ſubdiaconi poterant uxores ducere, ſed prohibitum fuit ſexta Synodo, de qua in c. ſi quis eorum. 32. diſt. Et nunc in orientali eccleſia vxorati ſuſcipiunt ſacros ordines, vt per gl. notabilem in c. Diaconi. in verbo Diaconi. 28. diſt. quod facere non poſſent, ſi character continentiam induceret. Eſt ergo votum, quod inducit continentiam. Votum autem non valet, neque obligat præcedente metu, vt per Abb. in cap. Abbas, num. 21. de his quæ vi, metuſve, & per tex. in cap. præſens. 20. quæſtio. 3. nam per votum quis obligatur Deo, ſed nihil niſi voluntarium eſt acceptum Deo, d. cap. præſens. circa finem.

DISTINCTIO. II. FINIS.

DE OFFICIO PRAELATORVM, ET SACERDOTVM, VITA ET HONESTATE CLERICORVM.

DISTINCTIO TERTIA.

DE PRAELATIS.

Ex epiſt. D. Pauli et D. Hieron.

68 EPISCOPVS debet habere gratiam docendi: quia conuerſatio Innocentis abſque ſermone, quantum exemplo prodeſt, tãtum ſilentio nocet; nam latratu canum, & baculo paſtorum lupi ſunt arcendi. In ipſa autem doctrina diſcretum oportet eſſe Rectorem, ne aut tacenda proferat, aut dicenda taceat. c. 1. incipit, pudicus. 43. diſtin.

69 Nam ſæpe Rectores improuidi humanam gratiam formidantes amittere, loqui liberè pertimeſcunt: & ueniente lu- *Greg. pp.*

po

po fugiunt, dum ſe ſub ſilentio abſcondunt: & qui culpas corripere metuunt, incaſſum delinquentibus promiſſa ſecuritate blandiuntur, qui iniquitatem peccantium nequaquam aperiunt: quia ab increpationis voce conticeſcunt: clauis quippe aperitionis eſt ſermo correctionis, quæ increpãdo culpam detegit, quã ſæpe neſcit ipſe etiam, qui perpetrauit. c.ſit Rector.in prima parte 43.diſt.

Et Dominus dicit. Clama, ne ceſſes, quaſi tuba exalta vocem tuam. Præconis quippe officium ſuſcipit, quiſquis ad ſacerdotium accedit: vt ante aduentum iudicis, qui terribiliter ſequitur, ipſe ſcilicet declamando gradiatur. Sacerdos ergo ſi prædicationis eſt neſcius, quam tibi clamoris vocem daturus eſt præco mutus? d.c.ſit Rector.§.clama.43.diſt.

Sacerdos nanque ingrediens, & egrediens moritur, ſi de eo ſonitus non auditur: quia iram contra ſe occulti iudicis exigit, qui ſine prædicationis ſonitu incedit.d.c.ſit Rector.§.ſacerdos nãq;.43.diſ.

Et non eſt mundus a ſanguine ſubiectorũ, qui Dei conſilium illis non annunciat: c.Epheſiis.ead.43. diſt.

Idem Greg. 70 Sed cũ Rector ſe ad loquendum præparat, ſub quanto cautelæ ſtudio loquatur attendat, ne ſi inordinate ad loquẽdum rapitur erroris, vulnere corda audientiũ feriantur, & cum fortaſſe ſapientem ſe videri deſiderat, virtutis compagem inſipienter abſcindat. d.c. ſit Rector. §. ſed cum Rector.

Prouidendum tamen eſt ſolicita intẽtione rectoribus, vt ab eis nõ ſolum praua nullo modo, ſed nec recta quidem nimiè, & inordinatè proferantur: quia ſæpe dictorum virtus perditur, cum apud corda audientium loquacitas incauta opportunitate leuigatur, & auctorem ſuũ hæc eadem loquacitas inquirat, qui ſeruire auditoribus ad vſum profectus ignorat. d.c.ſit rector.43.diſt.

Aug. 71 Nam oportet eum, qui docet, & inſtruit animas rudes, eſſe talem, vt pro ingenio diſcentium ſemetipſum poſſit aptare, & verbi ordinem pro audientis capacitate dirigere. Debet ergo apprime, id eſt valde eſſe eruditus, & doctus, irrepræhenſibilis, maturus, pauidus, id eſt timens peccare. c.oportet.8.q.1.

Nam pro gradu ſui officium quemque meliorem eſſe oportet; qualis enim erit ædificatio diſcipuli, ſi intelligat magiſtro *Hier.*
72 ſe eſſe maiorem. Vnde non ſolum Epiſcopi, presbyteri, & Diaconi debent magnopere prouidere: vt cunctum populum, cui præſident, conuerſatione, ſermone, ac ſcientia præeant: verùm etiam & inferior gradus Exorciſtę, lectores, cuſtodes ædium Acolythi, & omnes omnimodo, qui domui Dei deſeruiunt: quia uehementer eccleſiam Dei deſtruit, melio res eſſe laicos, quàm clericos.c. qualis. 8.quæſ.1.

Sed pariter debet obſeruare ſacerdos, ne indignis, & non intelligẽtibus ſacra myſteria ſua prædicatione reſerare incipiat: qui enim ea docet, quæ ab audito- *Nic. pp.*
73 ribus non valent intelligi nõ ad eorum vtilitatem, ſed ad ſui oſtentationem facit.c.fin.§.pariter.43.diſt.

74 Et ille Doctor percuſſor dicitur, qui ſermone inutili conſcientiam percutit infirmorum. Ideo oportet omnes fideles tenere eum ſermonem, qui ſecũdum doctrinam fidelis eſt, vt potens ſit conſolari in doctrina ſancta, & contradicentes redarguere, & rectè viuentes, atque etiã rectam fidem tenentes conſolidare.c.fi. 45.diſt. *Anac. pp.*

75 Nam qui honore præſtantior eſt, viliſſimus computandus eſt, niſi præcellat ſciẽtia, & ſanctitate.c.vilisſimus.1.q.1. *Syma. pp.*

76 Conuenit ſemper operam dare, ne quis culpa epiſcoporum de eccleſia pereat, ſi quis autem ultro, & crimine ſuo perierit, & pœnitentiam agere, atque ad eccleſiam redire noluerint, ipſi epiſcopi in die iudicii inculpati erunt. Nec mouere epiſcopos debent conuitia perditorũ, quo minus à uia recta, & a certa regula non recordãt, quam Apoſtolus inſtituit dicens: Si hominibus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem, c.fi.47. diſt. *Corn. pp.*

77 Et nõ ſufficit ad ſalutẽ epiſcopo ſi turbis negligẽtiũ, vel quorumcunq; indoctorũ fide, vel actibus adequetur. c.fi.8.q.1.

Item

Amb. 78 Item ſi epiſcopus clericos ſuos non corrigit populum corrigere nõ valet.c.quid autem.8.q.1.

79 Epiſcopus gentilium libros non legat, hæreticorum autem perlegat pro neceſſitate aut tempore.c.epiſcopus.37.diſt.

Ex cõ ci.Car tag.4. Ac etiam epiſcopus debet exponere ſacrã ſcripturam non grammaticam.c.cũ multa.86.diſtin.

Gre. pp. Gle. pp. Sed nullus epiſcopus propter opprobrium ſenectutis, vel nobilitatem generis a paruulis, vel minimis eruditis, ſi quid forte eſt vtilitatis, aut ſalutis inquirere negligat.c.ſi.38.diſt.

Ex D. Paulo. 80 Ornamenta autẽ epiſcopalia ſunt virtutes, quæ à Deo repromittuntur: dum dicitur, ſacerdotes eius induantur ſalutari: non enim loca, ſed vita, & mores ſanctum faciunt ſacerdotem.c.1.40.diſtin.

Gre. pp. *Hier.* Et ne vacuum nomen epiſcopus teneat, alienam inopiam ſuam credat.c.fratrẽ. 86.diſtin. Et nõ ſunt ſanctorum filii, qui tenent loca ſanctorum, ſed qui exercent opera eorum.c.non eſt,40.diſt.

Io.Chri. Nam multi ſunt ſacerdotes, ſed pauci ſacerdotes, multi in nomine, & pauci in ope-

81 re. Videte ergo fratres, quomodo ſedetis ſuper cathedram: quia non cathedra facit ſacerdotem: ſed ſacerdos cathedram: non locus ſanctificat hominem, ſed homo locum ſanctificat. Non omnis ſacerdos ſanctus, ſed omnis ſanctus eſt ſacerdos: qui bene ſedit ſuper cathedram, honorem accipit cathedræ, qui malè ſederit iniuriam facit cathedræ. Ideoque malus ſacerdos de ſacerdotio ſuo crimen acquirit, non dignitatem. In iudicio e-

82 nim tuo ſedes. Si quidem bene vixeris, & bene docueris, populum inſtruis: Si bene docueris, & malè vixeris tui ſolius condemnator eris. Nam bene viuendo, & bene docendo populum inſtruis, quo modo viuere debeat. Bene aut docẽdo, & malè uiuendo, Deum inſtruis, quomodo te debeat condemnare. Item quicunque deſideraverit primatum in terra, inueniet cõfuſionem in cęlo, nec inter ſeruos Chriſti cõputabitur, qui de primatu tractauerit: Nec vnuſquiſque eorum feſtinet, quomodo aliis maior appareat, ſed quomodo omnibus inferior uideatur. Quoniam non qui maior fuerit in honore inter homines, ille eſt iuſtior: ſed qui fuerit iuſtior ille maior.c.fin. 40. diſtin.

83 Vnde filii ſacerdotum non prohibentur ab epiſcopatu, ſi cæterę uirtutes in eis inueniantur. Et hoc non pro regula aſſumitur, ſed ad tempus eccleſię conſulitur, intelligendo etiam de adulterorum filiis: quia illi tantum ſunt abhominatio Domino, ad quos paterna flagitia hæreditaria ſucceſſione deſcendunt.c. cenomanenſem.56.diſt. Vrb. pp.

Vnde narratur multos filios presbyterorũ fuiſſe Pontifices in c.Oſius.ead.56.diſt. *Palea.*

Vndecunque enim homines naſcantur, ſi parentum vitia non ſectantur, honeſti, & ſalui erunt: ſemen enim hominis ex qualicunque homine Dei creatura eſt, & eo malè vtentibus, malè erit, non ipſum aliquando malum erit c.vndecunque.ead.56.diſt. *Aug.*

Et non eſt omnino nec de virtute, nec de vitio parentum, aut laudandus aliquis, aut culpandus. Nemo verè inde, aut obſcurus, aut clarus eſt: Imo magis reſplendet, qui natus eſt ex parentibus a virtute prorſus alienis, quàm ipſe, qui fuerit uirtute Dei mirabilis.c.nunquam.§. itẽ nõ eſt,56.diſt. *Io.Chri.*

Et Dominus noſter IESVS Chriſtus uoluit non ſolum de alienigenis cõmiſſionibus, ſed etiam de adulterinis naſci, nobis magnam fiduciam præſtans: vt qualicunque modo naſcamus, dum tamen ueſtigia eius imitemur, ab ipſius corpore non ſeparemur, cuius per fidem membra effecti ſumus. Iudas enim patriarcha concubuit cum Thamar nuru ſua, & ex illo concubitu nati ſunt Phares, & Zaram. Inde poſtea Salmon, qui fuit dux in deſerto. Inde Obeth. Inde quoque Booz. Inde poſtea Iſai qui fuit pater Dauid. Ex illa ergo progenie origo ducitur Chriſti, qui uerus ſacerdos eſt: Ideoque ſi filii eius ſumus, quæ ipſe fecit, nos imitari debemus.c.dominus.noſter.56.diſt. *Hiero.*

84 Licet autem epiſcopi omnibus de ſe ipſis ſperantibus non debeant inquantum poſſunt Gel. pp.

poſſunt denegatur ſe ipſos: plus tamen viduarum & orphanorũ cauſæ ſunt exequendæ; quia tueri debent vel ab epiſcopis, vel ab omnibus, prout diuina manifeſtat aſſertio. c. licet omnibus. 87. diſt. Non tamen epiſcopus per ſe agat gubernationem viduarum, pupillorum, ac peregrinorum, ſed per archipresbyterum, aut archidiaconum. c. epiſcopus. 88. diſtin.

Ex cõ ci. Car tag. 3.

Greg. 85 Pro malis etiam apud principes eccleſia debet intercedere, non eos auſu temerario defendere, ſed quantum decet admouendo, atque intercedendo, vt aliis opem ferat, & opinio S. eccleſiæ nõ inquinetur. c. comperimus. & ſequ. 14. quæſt. 6.

Libe. pp. 86 Pro infeſtationibus malorum non licet epiſcopo gregem relinquere, nam perſeuerantia non eſt perfecta, niſi de virtute patientię: cũ omnes ſeruire Chriſto volentes perſecutionẽ patiantur. Attendãt igitur epiſcopi à Santo Spiritu cõſtituti regere eccleſiã Dei, quam Saluator mundi proprio ſanguine acquiſiuit; vt non ſit, qui Epiſcopos decipiat, aut ſeducat ſubtilitate ſermonis, vt plebes eis commiſſas relinquant, & alicui quieti propter opprobrium malorum hominum ſe tradant, vt ſe ſolummodo ſaluẽt, & filios orphanos relinquant. c. ſuggeſtũ eſt. 7. q. 1.

Greg. pp. Et cum inter ſubditos aliqui inueniuntur, quibus prælatorum vita proficiat, quando nec ſpecialiter prelatus quæritur, nec per alios tuta poteſt eſſe eccleſiæ ſalus,
87 aduerſitas eſt probatio virtutis: cum verò prælatus ſpecialiter quæritur; fugiat exemplo Chriſti, dum per alios eſt fir-
88 ma ſalus eccleſiæ. Cum verò non prælatus tantum, ſed totius eccleſiæ ſalus quæritur, fides impugnatur: neceſſe eſt, vt ex aduerſo prælati accedant, & in die belli ſe ipſos vt murum opponant pro domo Domini, & animas ſuas ponant pro ouibus ſuis, vt exemplo ſuæ paſsionis accendant eos, quos ſermone doctrinæ diutius confirmare non valeant. c. aduerſitas. vſq; ad §. eſt & aliud. 7. q. 1.

Idem. Eſt & aliud genus perſecutionis, de quo Apoſtolus laborabat dicens. Quis infirmatur, & ego non infirmor? quis ſcandalizatur, & ego non vror? nam tantum
89 frangitur bonus quãtum amat: Et iraſcitur iuſtus peccatis palearum: non tamen odit, ſed turbatur prælatus, quando nec corripi poſſunt impii, quibus non clamat: quia deficit ni dolore uidens non proficere, quod prædicat: Et ex charitate abundans iniquitas chriſtianorũ paſſio eſt. d. c. aduerſitas. §. eſt & aliud.

Eſt ergo perſecutio iuſti uel à leone in impetu, vel à dracone in inſidii: unde oẽs clamant. Deus in adiutorium meum intende, cum autem a vitiis ſubditorum prælatus affligitur, aliquando omnium eſt vna & inſanabilis obſtinatio, aliquã- *Idem Grego.*
do mali inueniuntur bonis admiſti: at
90 quando boni ſimul cum malis habitãt, boni non ſunt deſerendi propter malos: ſed potius mali tolerantur propter bonos: & maius malum in ſeparatione bonorum committimus, quàm in coniunctione malorum fugiamus: Quandiu verò omniũ ſubditorum eſt obſtinata malitia, tunc etiam corpore licet ab eis recedere, ne illorum nequitia ſemper in deterius proficiat. Et ſic legitur B. Benedictum deſeruiſſe eos, quos in necem ſuam vnanimiter conſpiraſſe viderat. d. c. aduerſitas. §. eſt ergo perſecutio. vſque ad finem. 7. q. 1.

Idem Greg. Et prædicator gentium Damaſci perſecutionem paſſus, vt potuiſſet euadere, murum, funem, ſportamq; quæſiuit, ſeq; latenter deponi voluit. Nunquid Paulum mortem tenuiſſe dicimus? quam ſe ipſum pro amore IESV teſtatur appetere? Sed cum in eo loco minorem ſibi fructum adeſſe conſpiceret, ad grauem laborem ſe alibi cum fructu ſeruauit. Fortis enim præliator Dei teneri intra clauſtra noluit, ſed certaminis cãpum quæſiuit. c. ſi. 7. q. 1.

DE CAETERIS SACERDOTIBVS.

91 Sacerdotes Dei omiſsis euangeliis & prophetis videmus comœdias legere, *Hiero.*

amatoria bucolicorum verſuum verba cantare, tenere Virgilium in manibus, & id quod in pueris ideſt cauſa neceſsitatis, crimen in ſe facere uoluptatis. c. ſacerdotes. 37. diſt.

Idem. Item non ne vobis videtur in vanitate ſenſus, & obſcuritate mentis ingredi, qui diebus, ac noctibus in dialectica arte torquetur? Qui phiſicus perſcrutator oculos trans cœlos leuat, & vltra profundũ terrarum, & abyſſi in quodam inane demergitur? Qui iambum feruet, qui tantam metrorum ſyluam in ſuo ſtudioſius corde diſtinguit & congerit? Et (vt ad alteram partem tranſeam) qui diuitias per fas & nefas quærit? Qui adulatur Regibus, hæreditates captat alienas, & opes congregat, quas in momento, cui ſit relicturus, ignorat? c. non ne. 37. diſtinct.

92 Rabanus. Legimus de beato Hieronymo, quòd cum libros Ciceronis legeret, ab Angelo eſt correptus, eo quòd vir chriſtianus paganorum figmentis intẽderet, ex quo videtur colligi, quòd non eſt ab eccleſiaſticis ſæcularium literarum quærẽda peritia. Sed contra legimus Moyſem & Danielem omni ſcientia Egyptiorũ & Caldeorum eruditos fuiſſe. Et Caſsiodorus in expoſitione pſalterii teſtatur, ꝙ omnis modus poeticæ locutionis, quælibet varietas decoræ pronunciationis à diuinis ſcripturis ſumpſit exordium: & Deus in Daniele: & Salomone oſtendit infidelibus ſe eſſe authorẽ totius eloquentiæ & ſapientiæ. c. legimus. 37. diſt.

93 Beda. Sed diſtinctio ſoluit difficultatem: nam reprehenduntur, qui legunt ſæculares literas ad voluptatem, Poetarum figmentis, uerborumq; ornatu delectati: Quidam verò ad eruditionem eas addiſcũt; vt errores gentilium legendo deteſtentur, & vtilia, quæ in eis inueniuntur, ad vſum ſacræ eruditionis deuotè uertant. Tales laudabiliter ſæculares literas addiſcunt. Vnde beatus Gregorius quendam epiſcopum non reprehendit; quia eas didicerat: Sed quia contra epiſcopale officium pro lectione euangelica grammaticam populo exponebat. c. turbat. §. cum ergo. 37. diſtin.

Hieron. Vnde ſi quis artem nouerit grammaticam, vel dialecticam, ut rectò loquendi rationem habeat, & inter falſa & vera diiudicet, non improbamus: geometria, & arithmetica, & muſica habent in ſua ſciẽtia ueritatem; ſed ſcientia illa non eſt pietatis. Scientia pietatis eſt noſſe legem, intelligere prophetas, Euangelio credere, Apoſtolos non ignorare. Grammaticorum autem doctrina etiã poteſt proficere ad vitam, dum fuerit in meliores vſus aſſumpta. c. ſi quis artem. 37. diſ.

Ex ſyn. Evg. PP. Imo ſtatuit in Synodo Eugenius Papa, ꝙ ab vniuerſis epiſcopis omnimodo cura & diligentia habeatur; vt magiſtri conſtituantur ſubiectis plebibus & aliis locis, in quibus neceſsitas occurrerit, qui ſtudia literarum atque artium dogmata aſsiduè doceant: quia in his maximè diuina manifeſtantur, atque declarantur mandata. c. de quibuſdam. 37. diſt.

94 Aug. Si quid veri de Deo Sibylla, vel Orpheus, aliiue vates gentilium, aut philoſophi prædixiſſe perhibentur, valet tantum ad reuincendum paganorum uanitatem. c. ſi quid veri. 37. diſt.

95 Cle. PP. Sed diligenter obſeruandum eſt, vt lex Dei cum legitur non ſecundum propriã ingenii uirtutem, vel intelligentiam legatur, vel doceatur. Sunt. n. multa verba in ſcripturis diuinis, quæ poſſunt trahi ad eum ſenſum, quem ſibi unuſquiſq; ſponte præſumpſerit, ſed non oportet: non enim ſenſum extrinſecus alienũ, & extraneum debetis quærere: vt quoquo modo ipſum ex ſcripturarũ authoritate confirmetis; ſed ex ipſis ſcripturis ſenſum capere ueritatis oportet. Et ideo oportet ſcientiam ab eo diſcere ſcripturarum, qui eam à maioribus ſecundum veritatem ſibi traditam ſeruat; vt & ipſe poſsit eam, quam rectè ſuſceperit, competenter aſſerere. Cum enim ex diuinis ſcripturis integram quisque, & firmam regulam ueritatis ſuſceperit, abſurdum non erit, ſi aliquid etiam ex eruditione communi, ac liberalibus ſtudiis, quæ forte etiam in pueritia attigit, ad aſſertionem ueri dogmatis conferat:

ferat: ita tamen, ut ubi uera didicit, falſa, & ſimulata declinet. c. relatum eſt. 37. diſtin.

DE IGNORANTIA FUGIENDA À SACERDOTIBUS.

Iſido. 96 IMPERITIA ſemper Sacerdotibus debet eſſe aduerſa, & tanquam peſtis abiicienda eſt; quoniã ſi p ignorantiam, cecitatis aliis ducatum præſtare cęperint, ambo in foueã cadunt. Cum.n.obſcurãtur illi, qui pręerunt ad ferenda onera peccatorum, facile ſequentes inclinãtur. c. ideo prohibetur. §. vt itaque. 37. diſtin.

Cele. pp. Canones nõ licet ſacerdotibus ignorare. c. nulli. 38. diſt. vnde Prælati, & capitula tenẽt mittere ſcholares dociles ad ſtudia Theologiæ, ſi prouentus eccleſiaſtici nõ ſufficiunt, prædicti neceſſaria ſubminiſtrent, & docentes, & ſtudentes per quinquennium de licentia Sedis Apoſtolicæ prouentus ſuorum beneficiorum recipiant. c. fin. de magiſtris.

Item ſtudentes in ſtudio generali Ro. curię gaudent priuilegiis & immunitatibus, quib. gaudent ſtudentes in vniuerſitatib. generalib. & recipiunt fructus integrè præbendarum. c. 2. de priuileg. in 6.

Aug. 97 Sacerdotibus neceſſaria ſunt ad diſcendum ſacramentorum liber, lectionarius, antiphonarius, Baptiſterium, cõputus, canones, pœnitentiales, pſalterium, homilię p circulum anni in dominicis diebus, & ſingulis feſtiuitatibus aptæ. Ex q̃bus omnibus ſi unum defuerit, ſacerdotis nomen uix in eo cõſtabit: quia ualdè periculoſæ ſunt euangelicæ minæ, ſi cęcus cœco ducatum præſtat, ambo in foueam cadunt. c. quæ ipſis. 38. diſtin.

Ex cõ ci. Cartag. 4. Vnde placuit, ut in ordinandis Epiſcopis, uel clericis, prius ab ordinatoribus ſuis decreta conciliorum auribus eorum inculcent, ne ſe aliquid contra ſtatuta cõcilii feciſſe pœniteant. c. placuit. 38. diſt.

Hier. 98 Ignorantia ſcripturarum eſt ignorantia Chriſti, qui Dei uirtus eſt, & ſapientia. Vnde qui neſcit ſcripturas, neſcit Dei uirtutem, eiusq; ſapientiam. c. ſi iuxtà. 38. diſt. Et qui ea, quæ Dei ſunt,

Greg. ſapiunt à Domino ſapiuntur. & qui ea, quæ Dei ſunt, neſciunt, à Domino neſciuntur. c. qui ea, quæ. 38. diſt.

Ex cõc. Cart. 4. 99 Mulier tamẽ, q̃uis docta, & ſancta, uiros in cõuentu docere nõ p̃ſumat: & laicus præſentibus clericis, niſi ipſis rogãtibus, docere nõ audeat. c. mulier q̃uis. 23. diſt.

Aug. 101 Si tamen p ignorantiã grãmaticę artis aliquid uitioſum proferãt Epiſcopi, uel presbyteri, non ideo à ſcholaſticis ſunt deſpiciendi. quia morum uita magis, q̃ uerborum ſunt præcauenda. c. quãuis et rare, in fine. 38. diſt. Et utile eſt noſce ita

Idem. eſſe præponendas uerbis ſententias, ut præponitur animus corpori. c. ſedulo. §. his maximè, ead. diſt. Et nouerint ſcholaſtici non eſſe uoces ad aures Dei, niſi animi affectum. Ita.n. non irridebunt, ſi aliquos antiſtites, uel miniſtros eccleſiæ forte animaduerterint uel cum barbariſmis, uel ſolecifmis Deum inuocare, uel eadem uerba, quæ pronunciant, non intelligere. d. c. ſedulo. §. nouerint.

DE VITA, ET HONESTATE CLERICORUM.

Aug. & Ex cõc. Laodicenſi. 101 PRESBYTERI, Diaconi, Subdiaconi, uel deinceps, quibus ducendi uxores licentia modo non eſt, etiã aliarum nuptiarũ euitent cõuiuia, nec his cętibus miſceãtur, ubi amatoria cãtantur, & turpia, aut obſcœni motus corporum chorçis, & ſaltationibus efferuntur; ne auditus, & obtuitus ſacris miniſteriis deputati turpiũ ſpectaculorum, atque uerborum contagione polluãtur. c. presbyteri. 34. diſt. de hoc idem in c. nõ oportet. de conſac. d. 5.

Ex cõc. Maneunenſi. 102 Nullus Presbyterorum, quando ad anniuerſarium, diem trigeſimum, uel ſeptimum, uel tertium, alicuius defuncti, aut quacũq; uocationem ad collectã presbyteri conuenerint, ſe inebriare pręſumãt. c. nullus presbyterorum de conſecr. diſt.

Amb. 5. obſeruationes uerò tertii, ſeptimi, triceſimi, uel quadrageſimi diei habent auctoritatem ſcripturæ: nam Iacob ex pręcepto Ioſeph ſepultus fuit in Egipto, & cõpleti ſunt. XL. dies. Sic.n. denunciabantur dies ſepulturæ, & luxit eum Iſrael ſeptem diebus. Item planxerunt filii Iſrael Moyſen. xxx. dies. c. quia alii. 13. q. 2.

immoderata;quæ dum plus,q̃ debet,excreuerit,actionis ſuæ rectitudinē ipſa cōfundit.Fracto pede vel manu,ſi ſit.i.ſi uiā Domini pergerem oīno non ualet.Gibboſus ſi ſit.i.terrenæ ſolicitudinis pōdus deprimit:ne unquā ad ſuperna reſpiciat; ſed ſolis iis,quæ in infirmis calcantur,intēdit.Lippus ſi ſit.i.ſi ingenium ad cognitionem veritatis emicat; ſed hoc carnalia opera obſcurant: & ideo dicit Angelus, Collyrio inunge oculos tuos, vt videas.i.ad cognoſcendā veri luminis claritatē.Si iugem ſcabiem habet.i.ſi habet luxuriā:quia ſi cordis tētatio vſq; ad operationem proſilit,feruor intimus,vſq; ad cutis ſcabiem prorumpit: & foris iam corpus ſauciat. Et Apoſtolus quaſi cutis pruriginē curabat dicens: Tentatio vos non appræhendat,niſi humana:nam humanum eſt in corde tentationē perpeti. Demoniacum verò tentatione,& operatione ſuperari.Si impetiginem in corpore habet.i.ſi auaritia uaſtatur in mēte,impetigo quippe ſine dolore corpus occupat; & abſq; occupati tædio excreſcens membrorum decorem fœdat;quia & auaritia captiuam animam,dum quaſi delectat,exulcerat, dum adipiſcēda quęq; cogitationi obiicit,& ad inimicitias accendit,& dolorē in vulnere nō facit:quia æſtuanti animo ex culpa abūdantiam permittit.Si ponderoſus eſt.i. ſi turpitudinē opere non exercet,ſed tamen non auellitur mente,nec ad vſum boni operis in aperto valet aſſurgere:quia grauat hunc in abſconditis pondus turpe.

Quiſquis ergo cuilibet horum vitiorum ſupra narratorū ſubiicitur, panes domino offerre prohibetur, ne profectò diluere aliena delicta nō ualet is,quē adhuc propria deuaſtant.c.hinc etenim.49.diſt.

Hiero. 114 Sed polluit ēt panē,qui doctrinā domini malè diſpergit,& qui honorat potentem,& deſpicit pauperem.c.ſi.ea. diſt.

Idem 115 Sed accuſati de panib.accuſantur ēt de victimis. Nā cęcum aīal offert, qui ordinat indoctū in loco docti, magiſtrūq; facit,qui vix diſcipulis eſſe poterat. Claudū offert,qui lucra terrena locat, ſcilicet in dignitate; vtpote pedē in diuerſa ponētem;unum in diuinis,alterū in carnalibus; cui pōt inferre illud de libro Regū: vſq; quò claudicatis in duas partes? Lāguidum offert, qui vitioſum habet ꝓ religioſo;quiq; tardum, & pigrū probat patientem:dicens illum negligentiæ redarguendum. Indignum eſt enim dare Deo, quod dedignatus homo d.c.fin.49. diſtin.

116 Et qui negligēter paſcuit dominicum gregem ſibi commiſſum, toties cōuincitur,ſummū nō amare paſtorē.c. diuinis. 25.q.1.& non debet vllo modo uariari, quę ad perpetuā ordinantur quietē:Sed manentibus terminis a patribus cōſtitutis nemo iniuſtè vſurpet alienum: ſed in latitudine charitatis ſe exerceat. ca. quæ ad perpetuam,ead.25.q.1. *Leo pp.* *Amb.*

117 Eccleſia Chriſti ex lapidib. uiuis eſt, & multi uiuunt in ea non ſicut cōdecet,ſpiritualiter,ſed ſecundum carnē militant, qui faciunt eā eccleſiam ſpeluncā latronum:nā inueniuntur peccata multorum arbitrantium quæſtum eſſe pietatem: & cum deberēt de euāgelio uiuere,ſicut decet,acquirunt diuitias, & multas poſſeſſiones;& uerbum Dei de uēditionib. columbarū conuenit eis, qui tradunt eccleſias auaris,& tyrannis,& indiſciplinatis, & irreligioſis epiſcopis,aut presbyteris: propter quæ & cathedras tantummodo appellauit Euangeliſta euerſas eſſe ab Ieſu.c.Ex hoc diſcimus.16.q.7. *Orig.*

Clerici arma portantes, & vſuarii excōmunicentur.c.2.de uita,& hon.cle.

118 Item ex Concilio Maguntino pauca enumerantur, ad quæ pertinet omnis carnalis concupiſcentia,videlicet quicquid plus iuſto appetit homo, turpe lucrum eſt: munera iniuſtè accipere, uel etiam dare;Pro aliquo ſæcnlari quæſtu, precio aliquem conducere: contentiones,uel lites, aut rixas amare, in placitis ſæcularibus diſputare, excepta defenſione orphanorum,aut viduarum, cōductores ſæcularium rerum,aut procuratores eſſe,turpis verbi, uel facti eſſe ioculatorem,uel iocum ſęcularē diligere,aleas amare, ornamentū incōueniēs ꝓpoſito ſuo quęrere,in deliciis uiuere velle,gulā

 & ebrie-

& ebrietatem ſequi, pōdera iniuſta, vel mēſuras habere, negotium iniuſtū exercere. Nec tamen iuſtum negotium eſt interdictum propter diuerſitates diuerſas: quia legimus ſanctos Apoſtolos negotiatos fuiſſe, & in regula beati Benedicti præcipitur prouideri, per quorū manus negotia monaſterii procurētur. Canes, & aues ſequi ad venandum, & omnibus quibuslibet cauſis ſuperfluis intereſſe. c. 1. ne Clerici, vel Monaci.

119 Prohibentur etiā eſſe miniſtri, vel procuratores laicorum. c. 2. eod. ne clerici, vel monaci. de quo etiam dicetur titulo de procuratoribus.

Prohibentur etiam ne habeant procurationes villarum, aut iuriſdictiones tāquam iuſtitiarii Principum ſęcularium. c. 3. eo.

Nec etiam iudiciū ſanguinis poſſunt exercere. c. 5. eod. ac ea omnia, quæ ſapiunt materiam ſanguinis. c. 9. eod.

Sed clericus in loco ſuæ iuriſdictionis ſuper delicto commiſſo nō prohibetur delegare, & ſi pœna ſanguinis inferatur: quia non efficitur irregularis. c. fi. eo. ne clerici, vel monaci, in 6.

Prohibentur etiam pœna excommunicationis, ne lucri cauſa negotientur. cap. 6. eod. non in 6.

Clerici vlterius in ſacris ordinibus conſtituti per beneficiorum ſubtractionem appellatione poſtpoſita interdicuntur tabellionatus officium exercere. c. ſicut, 8. ne clerici, vel monaci.

Presbyteri mane matutinali officio expleto tenentur horis competentibus dicere horas canonicas iuxtà poſſibilitatem. Deinde peractis horis, & infirmis viſitatis, ſi voluerint, exeant ad opus rurale ieiuni, vt iterum poſſint neceſſitatibus peregrinorum, & hoſpitum infirmorum, atque defunctorum ſuccurrere vſq; ad ſtatutam horam pro temporis qualitate. c. 1. de celebr. miſſarum.

Et ſub pœna ſuſpenſionis præcipitur, vt clerici nocturnum officium, pariter & diurnum, quantum fuerit datum à Domino, ſtudioſè celebrent, & deuotè.

Et reprobatur, ꝙ clerici, & Rectores eccleſiarum occupati commeſſationibus, & fabulis illicitis vix ad diurnum cōcentum auium excitantur. c. dolentes. 5.

Non licet Epiſcopo, presbytero, aut diacono habere canes, aut accipitres ad venādum pœna Epiſcopo trium menſium à communione, presbytero duorum, diacono ab omni officio. c. 1. & 2. de cleri. venat.

Item ſi quis in aliquo gradu ſacro percuſſor extiterit, corripiatur à crimine: & ſi non ſe emendauerit, deponatur. c. 1. de cleri. percuſſ.

Item clerici, qui ſe faciunt ioculatores, ſeu goliardos, aut buffones, ſi per annum artem illam exercuerint, ipſo iure careat priuilegio clericali: & idem ſit, ſi minori ſpatio exercuerint: & tertiò moniti non reſipuerint. c. vnico, de vita, & hon. cleri. in 6.

Item præcipitur clericis, ne officium carnificum, ſeu macellariorum publicè, & perſonaliter exerceant: Et ſi tertio moniti non deſiſtant: ſi coniugati ſint, omnimodo amittant priuilegium: ſi nō cōiugati ſi in rebus, ſi omnino incedant vt laici, in perſonis quandiu in præmiſſis inſiſtāt dictum priuilegium clericale amittunt, clem. 1. de vita, & honeſt. clericorum.

Item clerici ſine rationabili cauſa frequentantes monaſteria, & moniti non deſtiterint, ab officio eccleſiaſtico redduntur immunes: ſi laici ſint, excommunicabuntur. c. monaſteria, de vi. & hon. cle.

Item mandatur Sacerdotibus, vt teneant Euchariſtiam in loco ſingulari mundo, & ſignato, ſemper honorificè collocatā, & vt deuotè, & fideliter conſeruetur. ca. ſanè, de celeb. miſſ.

Et laici, quando ſacra miniſteria celebrāt, ſtare, vel ſedere inter clericos non præſumant. c. 1. de vita, & hon. cle.

Prohibitum etiam eſt: vt nulla fœmina ad altare præſumat accedere, aut presbytero miniſtrare, aut intrà cancellos ſtare, ſiue ſedere. c. 1. in fi. de cohab. clericorū, & mulierum.

Item plebem doceat ſacerdos, vt cum eleuatur hoſtia ſalutaris, ſe reuerenter inclinet, & idem cum presbyter eam defert

ad

ad infirmos.c.ſanè.§.ſacerdos, de celeb. miſſ.

Item prçcipitur, vt oratoria, uaſa, corporalea, & ueſtimenta munda, & nitida conſeruentur: quia nimis abſurdum eſt in ſacris ſordes negligere, quæ dedecent in profanis. Et hoc, quia ſunt, qui non ſolũ eccleſias dimittunt incultas, uerum etiã vaſa miniſterii, & vaſa miniſtrorum, ac pallas altaris, necnon ipſa corporalea tam immunda relinquunt, ut interdum aliquibus ſunt horrori.c.2.§. ſunt & alii, de cuſtodia Euchariſtiæ.

DE MISSA CELEBRANDA.

120 Qui tenetur quotidie miſſam celebrare, niſi infirmitate corporis grauatus ſit, intelligitur ſatisfacere, ſi celebret miſſarum ſolemnia quanto frequẽtius poteſt ſalua honeſtáte ſua, & debita deuotione. Nec ſibi licet hæc illi ſubtrahere ſiue cauſa uoluptatis, ſiue ſe ad aliam eccleſiam transferendo.c. x 1.de præb.

Sed presbyter, cuius duos digiti cum medietate palmæ abſciſi ſunt, non permittitur celebrare propter debilitatem, & deformitatem: at cæteris officiis miniſtrare non prohibetur.c.2.de cleri. ægrotante.

Sufficit tamen ſacerdoti unam miſſam celebrare, niſi cauſa neceſſitatis aliud ſuadeat.c.3.de celeb. miſſ.

Et cum duas miſſas debet celebrare, nõ debet perfundere uinum, ne ſi forte acciperet uinum perfuſiones, impediret aliam celebrationem.c.ex parte.5. de celebra. miſſarum.

Et qui ſimulat conſecrare, & non conficit, grauius peccat, quàm in mortali peccato exiſtens.c.7. incipit, de homine. de celebra. miſſ.

DE MAIORITATE, ET OBEDIENTIA.

121 Statvtvm eſt vt presbyteri primum locum: Diaconi ſecundum, Subdiaconi tertium, & ſic de ſingulis, obtineant ordinatim, etiam ſi poſterius admittantur, & qui maior eſt in ordine, etiã ſi poſtea ſit receptus: & in portione percipienda potior ſit, ac minores facere ſeruitia con ſueta.c.ſtatuimus. 15. de maiori. & obedientię.

122 Debet reſtitui ſaltim functio, vt quiſque presbyter clericum habeat, qui ſecũ cantet, & Epiſtolam & lectionem legat, & qui poſſit ſcholares tenere, & admonere ſuos parochianos, vt filios ſuos ad fidem diſcendam mittant ad eccleſiam quos ipſe cum omni caſtitate cuſtodiat. c.3.de vi.& hone.cleri. Et eſt prouiſio ex concilio Maticen.

DE PRIVILEGIIS.

123 Ordinatvs per Papam propter hoc non eximitur ab obedientia ordinarii, quamuis decens ſit: vt illi, quantum conuenit deferat.c.7. de maio.& obe.

Et receptus ſub protectione Papæ propter hoc non ſubtrahitur a poteſtate epiſcopi.c.ex parte.18.de priuil.

124 Item ſi ab eccleſia cenſus perſoluitur Rom.Eccl.& inſpecto priuilegio deprehenditur eam beati Petri exiſtere, erit exempta ab epiſcopo, ſi uerò cenſus perſoluitur ad iudicium protectionis, ex hoc epiſcopo aliquid nõ videtur ſubtractum.c.recepimus.de priuil.

125 Conceſſa exemptione eccleſiæ ipſa eccleſia, & eius monaci, clerici & conuerſi, perpetuoque oblati ſunt exempti: ſed non presbyter, qui curam parochianorum habet, quo ad curam eandem pertinet. Nec ipſi parochiani intelliguntur exempti.c.ex ore.17.in princ.de priuile. Et quando epiſcopo præſentatur presbyter ad curam populi, ab eodem met ſolũ eſt amouendus, & ex cauſa rationabili. c.vnico.de capel.monach.

126 Et per exemptionem conceſſam monaſterio non extẽditur in membris, quæ non probantur exempta, pro quibus Abbas tenetur epiſcopo exhibere reuerentiam, obſequium, & honorem. c. ex ore. 17.de priuileg.

127 Et priuilegium conceſſum monaſterio, ne monaci excommunicati poſſint, intel-

intelligitur de monacis in ipſo monaſterio permanentibus, vel deſtinatis ad eccleſias vtroque iure ſubiectas. c. quoniã. 21. de priuil. & gl. intelligit vtroque iure ſpiritualiter, & temporaliter.

128 Epiſcopus non liberat eccleſiam ſubiectam Archidiacono. c. 1. de exceſ. prælatorum, ſed ſi Archidiaconus ſubiectionem pro ſuo uſu retinet, punitur & prouidetur eccleſiæ. cap. 3. de exceſſ. prælat.

Item epiſcopus iurat limina Apoſtolorum ſingulis annis per ſe, aut certum nũcium viſitaturum: ſed intelligitur de propinquis, & circa idus Maii, nam ſi longiores ſunt, iuxta chirographum ſuum implent. c. 4. de iureiurando. & cap. iuxta. 93. diſtinct.

DISTINCTIO. III. FINIS.

DE OFFICIO PRINCIPVM, ERGA PRAELATOS,

DISTINCTIO QVARTA.

Martianus Imp. in Septima actione Calcedonenſis Concilii. 129 MARTIANVS Imp. dixit. Nos ad fidem confirmãdam, non ad potentiam oſtendendam exemplo religioſiſsime principis Conſtantini Synodo intereſſe volumus, vt veritate inuenta, non vltra multitudo prauis doctrinis attracta diſcordet. c. nos ad fidem. 96. diſtin. cum ad uerum uentum eſt vltra ſibi nec Imperator iura Pontificatus arripuit, nec Põtifex nomen Imperatorum vſurpauit: quoniam idem mediator Dei, & hominum homo Chriſtus IESVS. actibus propriis, & dignitatibus diſtinctis officia poteſtatis vtriuſque diſcreuit propria volens medicinali humilitate ſurſum afferri, non humana ſuperbia rurſus in infernum de-

130 mergi: Et ut Chriſtiani Imperatores pro æterna vita Pontificibus indigerẽt, & Pontifices pro curſu temporalium tãtummodo rerum Imperialibus legibus uterentur, quatenus ſpiritualis actio à carnalibus diſtaret in curſibus, & Deo militãs minimè ſe negotiis ſæcularibus implicare, ac viciſsim non ille rebus diuinis præſidere videretur, qui eſſet ſæcularibus negotiis implicatus. c. cum ad uerum. 96. diſt.

Et ſatis euidenter oſtenditur, à ſæculari poteſtate, nec ſolui prorſus, nec ligari Pontificem, quem conſtat à pio principe Cõſtantino Deum appellatum. c. ſatis euidẽter. ead. diſt. *MAR. PP.*

Et idem in c. ſacerdotibus. 11. q. 1. ubi ideo ſacerdotes a Regibus ſunt honorandi non iudicandi: quia dicuntur Angeli, & aliquando Dii. *Greg.*

131 Narratur Conſtantinum Imp. dixiſſe, ſi propriis oculis uidiſſem ſacerdotem Dei, aut monacum peccantem clamydẽ meam expoliarem, & cooperirem eum, ne ab aliquo videretur. ca. in ſcripturis. 96. diſt. *Martianus Imp.*

132 Quis dubitet, ſacerdotes Chriſti Regum, & principum, omniumq́; fidelium patres, & magiſtros cenſeri? nonne miſerabilis inſaniæ eſſe cognoſcitur, ſi filius patrem, diſcipulus magiſtrum, ſibi conetur ſubiugare, & iniquis obligationibus illũ ſuę poteſtati ſubiicere, à quo credit non ſolum in terra, ſed etiam in cœlis ſe ligari poſſe, & ſolui. c. quis dubitet. ead. diſt. *GRE. PP.*

133 Auctoritas ſacra Pontificum, & Regalis poteſtas huius mundi gubernacula regunt: ſed tanto grauius eſt pondus ſacerdotum, quanto etiam pro ipſis regiminibus *GEL. PP.*

bus hominum in diuino examine ſunt reddituri rationem.c.duo ſunt.96.diſt.

Idem. 134 Et tali authoritate plerunq; Pōtifices, Reges & Imper.excommunicauerunt: vt beatus Innoc. Papa Arcadium Impe. & beatus Ambroſius Theodoſium magnum Imp. excommunicās excludit ab eccleſia, qui etiam in ſuis ſcriptis oſtendit, quòd aurum non tam prætioſius ſit plumbo, quàm regia poteſtate ſit altior ordo ſacerdotalis, hoc modo circa principium ſui paſtoralis ſcribens. Honor, fratres, & ſublimitas Epiſcopalis nullis poterit comparationibus adæquari. Si Regum fulgori compares, & principū diademati longè erit inferius, quàm ſi plumbi metallum ad auri fulgorem cōpares: quippe cum uideas regum colla & principum ſubmitti genibus ſacerdotum,& oſculata eorum dextra orationibus eorum credant ſe communicari vel muniri.d.c.duo ſunt.96.diſt.

Ioan. pp. 135 Si Imperator catholicus eſt, filius eſt non præſul eccleſiæ, quod ad religionē pertinet, ei competit diſcere,non docere,habet priuilegia ſuæ poteſtatis, quæ adminiſtrandis legibus publicis diuinitus cōſequutus eſt, & eius beneficiis nō ingratus contra diſpoſitionem cęleſtis ordinis nil vſurpet. Ad ſacerdotes.n. Deus voluit, quæ eccleſiæ diſponenda ſunt,pertinere,non ad ſęculi poteſtates: quas(ſi fideles ſunt)eccleſiæ ſuæ ſacerdotibus uoluit eſſe ſubiectas. Non ſibi vendicet alienum ius,& miniſterium, quod alteri deputatum eſt,ne contra eum contendat abrumpi, à quo omnia conſtituta ſunt,& contra illius beneficia pugnare videatur,à quo propriam conſecutus eſt poteſtatem. Non à legibus publicis, non à poteſtatibus ſæculi, ſed a Pontificibus,& Sacerdotibus omnipotēs Deus Chriſtianæ religionis clericos,& ſacerdotes voluit ordinari & diſcuti, & recipi de errore remeantes. Imperatores Chriſtiani ſubdere debent executiones ſuas eccleſiaſticis præſulibus non præferre.c.ſi Imperator.96.diſt.

Mar. p. 136 Boni principis eſt ac religioſi eccleſias contritas, atque conſciſſas reſtaurare,nouasq; ædificare,& Dei Sacerdotes honorare ac tueri.c.ſi.96.diſt.

137 Honorius Auguſtus non ſua authoritate ſed B.Bonifacio ſupplicante eccleſiæ quieti conſulere, & concertantium ambitionem punire curauit, prout legitur in eius reſcripto cuius tenor talis eſt.

Victor Honorius inclytus triūphator ſemper Auguſtus ſancto ac uenerabili Boni facio Papæ vrbis Romæ. Scripta beatitudinis tuæ debita reuerentiæ congratulatione ſuſcepimus,quibus recēſitis egimus omnipotēti Deo maximas gratias, quòd ſanctimoniam tuam poſt longum incommodum optatæ redditam didicimus ſanitati. Et ideo reuertentibus uenerabilibus uiris gaudium noſtrum ſanctorum apicum atteſtatione ſignamus, ac petimus, vt quotidianis orationibus Apoſtolatus tuus ſtudium,ac votū ſuum circa ſalutem atque imperiu m noſtrum impendere dignetur. Illud autem pietati noſtræ ſatis placuiſſe cognoſce, ꝙ ſanctimonia tua de eccleſiarum ac populi perturbatione ſolicita eſt, quæ vt aliqua ratione non poſsit euenire,ſatis clementia noſtra credidit eſſe prouiſum. Denique prædicante beatitudine tua id ad cunctorum clericorum notitiam volumus peruenire,vt ſi quid forte religioni tuæ(quod non optamus)humana ſorte contigerit, ſciant omnes ab ambitionibus eſſe ceſſandum, ac ſi duo contra fas &c. vt ſupra & infra. Vnde illud ſeruandum eſt,vt omnes tranquillam mentem, & pacificos animos ex ſerenitatis noſtra admonitione cuſtodiant, nec aliquid ſeditionis conſpirationibus tentare conentur, cum certum ſit,nulli partiū ſua ſtudia pro futura.c.victor.97.diſt. *Honor. Imper.*

138 Dominus noſter tempore paſsionis reſpondens patienter cum alapam acce piſſet,& dictum fuerit, Sic reſpondes Pōtifici; dixit, ſi malè locutus ſum,teſtimonium perhibe de malo; ſi autem bene, cur me cedis? Hoc fecit, vt nos humilitatis & patientiæ haberemus exemplum: Et docuit ſacerdotes veros legitimè & plenè honorari: cum circa falſos ipſe talis extiterit. c. dominus noſter. *Cypr.*

ſter.93.diſtinc.

Hiero. & Aug. 139 Imperator ſi præcipit, quod bonum eſt iubenti, obediendum eſt, ſi malum, reſpondendum eſt: oportet Deo magis obedire, quàm hominib. c. ſi Dominus. 11.q.3. nã licet qui reſiſtit poteſtati Dei ordinationi reſiſtat: tamen ſi iubetur, quod non licet, non contemnitur poteſtas, ſed eligitur ſeruire maiori. c. qui reſiſtit. ea. 11.q.3.

Amb. & Fab. pp. Nam Iulianus apoſtata habebat ſub ſe milites chriſtianos, & illi obediebant, quã do dicebat, producite aciem pro defenſione Reipub. ſi diceret, producite arma contra chriſtianos, tunc cognoſcebant Imperatorem cœli. c. Iulianus. 11.q.3. & idem in c. Imperator. ead. Nam qui omnipotentem Deum metuit, nec contra euangelium, nec contra Apoſtolos, aut prolhetas, vel ſanctorum patrum inſtituta conſentit. c. qui omnipotentem. 11. q. 3.

Iſid. 140 Principes ſæculi intra eccleſiam poteſtatem adepti culmina tenent, vt per eãdem poteſtatem diſciplinam eccleſiaſticam muniant. Et quod ſacerdotes docẽdo efficere non poſſunt, poteſtas hoc imperet per diſciplinæ terrorem, & ſæpe per regnum terrenum cęleſte regnũ proficit: cognoſcant autem principes ſæculi, ſe Deo debere eſſe reddituros rationem propter eccleſiã, quam a Chriſto tuendam ſuſcipiunt. c. principes. 23. quęſt. 5.

Leo pp. 141 Res autem omnes aliter tutæ eſſe non poſſunt, niſi ea, quæ ad diuinam confeſſionem pertinent, & regia, & ſacerdotalis defendat authoritas. c. res autem. ead. cauſa. & q.5.

Ex cõc. Turonẽ ſi 11. Quando inceſtuoſi, parricidæ, homicidæ multi reperiuntur, ſed aliqui ex illis nolunt ſacerdotum admonitionibus, ſalutiferis aurem accomodare, ſæcularis poteſtas corrigit. c. inceſtuoſi. 23.q.5.

Hiero. Regum officium eſt proprium facere iudicium atque iuſtitiam, & liberare de manu calumniantium vi oppreſſos, & peregrinis, pupilliſq; & uiduis, qui facilius opprimuntur a potentibus præbetur auxilium. c. regum. ead. cauſa & q.5.

Ioan. VIII. pp. Adminiſtratores ſæcularium dignitatum conſtituti ad tuitionem eccleſiarum, pupillorum, ac viduarum protectionem, rapaciumq; refrenationem debent quoties ab Epiſcopis & eccleſiaſticis viris conuenti fuerint, eorum querimonias diligentius audire, & ſecundum quòd neceſsitas expetierit, abſque negligentia expedire, & diligenti ſtudio corrigere. Quod ſi Dei timorem pię oculis non habentes negligere poſt ſecũdam & tertiam admonitionem inuenti fuerint, omni ſe nouerint communione vſq; ad condignam ſatisfactionem priuatos. c. adminiſtratores. 23.q.5.

Amb. 142 Diuus Ambroſius dixit, conuenior à comitibus, vt per me baſilicæ fieret matura traditio, dicentibus, Imperatorem iure ſuo iuſsiſſe tradi debere: Sed ſcribit longo diſcurſu eccleſias Imperatoribus non eſſe ſubiectas: & dicit, vtinam eſſem ſecurus, quòd eccleſia hæreticis minimè traderetur, irẽ ad palatiũ Imperatoris, ſi congrueret ſacerdotis officio, vt in palatio magis certaret, quàm in eccleſia. Nam Chriſtus in conſiſtorio non ſolet reus eſſe ſed iudex; quia nemo dubitat cauſam fidei agendam eſſe in eccleſia.

143 Et Imperator ſi vult diutius Imperare, nõ debet prætendere aliquod ius in ea, quæ diuina ſunt, ſed eſſe Deo ſubiectus. Dicebat Imperator, d[e]beo & ego vnam eccleſiam habere. Reſpondit Ambroſius non licere; cum ſit extra eccleſiam: & tamen nihil honorificentius eſt, quàm vt Imp. eccleſiæ filius eſſe dicatur, quòd n. dicitur, ſine peccato dicitur, & cũ gratia dicitur: bonus. n. Imperator quærit auxilium ac eccleſia non refutat. Vnde concludit vltimò, oportere conſulere etiam ſaluti Imperatoris: quia nec expedit epiſcopo tradere, nec Imperatori accipere eccleſiam; quia ſi vult ſibi eſſe cõſultum, recedere debebat à Chriſti iniuria. c. conuenior. 23.q.8.

Vrb. pp. 144 Nam eccleſia non debet dari Imper. Nec etiam pontificalis apex, qui in ore capitis eccleſiæ præeminet ſubiici poteſt regibus: ſed iubetur dari tributum de ſuis exterioribus, quod antiquitus conſti-

conſtitutum eſt pro pace,& quiete, qua nos tueri & defendere debēt Impp. c.tributum.23.q.8.

Idem. 145 Quamuis etiam huiuſmodi non videatur Imperialibus exactionibus ſubiiciēdi; quia tempore famis in Egipto ſacerdotibus ſubminiſtrabat Pharao ſiue Ioſeph: vt nec poſſeſsionibus, nec libertate nudarentur. Domino ex tunc pronūciante ſacerdotes in omni gente liberos eſſe oportere.d.c. tributum. §. quamuis.

Aug. 146 Qui rapit aliquem violenter de eccleſia,eum illæſum debet eccleſiæ reuocare. Et Epiſcopus debet interdicere clericis,ne ſuſcipiant oblationes, e domo illius raptoris,cui communio interdicitur, donec (peracta pro auſibus uel errore ab Epiſcopo diffinitiua pœnitentia, tempore ordinato pro hoc facto) corde contrito, & humiliato dignum offerat ſacrificium Deo. Et hæc fiunt, non ut talis confundatur, ſed vt filius chariſsimus monitus ſit.c.miror quomodo. 17. quæſt.4.

147 Item ab omnium eccleſiarum arceantur ingreſſu,qui aliquem de eccleſia nio lenter rapuerit: nullus enim intra limina tantæ venerationi deputata, vtrūq; ſibi licere exiſtimet pro ſuo voluntaris arbitrio, vt & humanitatem ſibi vendicet, & furorem. c. frater & coepiſcopus. 17.q.4. *Gel. pp.*

DISTINCTIO. IIII. FINIS.

DE OFFICIO OMNIVM, ERGA PRAELATOS,

DISTINCTIO QVINTA.

148 *Evar. pp.* NOn à plebe, aut à vulgaribus hominibus eſt arguendus, vel accuſandus Epiſcopus, licet ſit inordinatus: quia pro meritis ſubditorum diſponitur à Deo vita rectorum. c.non a plebe.2. q.7.

Euſeb. Item prohibetur hæc accuſatio: quia laici non ſunt eiuſdem conuerſationis,& quidam Epiſcopis infeſtantur: cum vita ipſorum & conuerſatio debeat eſſe ſecreta, & a laicorum actibus remota. c. laicos.dicta 2.q.7.

Anac. 149 Nam liquet, quòd ſummi Sacerdotes ideſt Epiſcopi à Deo ſunt iudicandi nō ab humanis, aut prauæ vitæ hominibus lacerandi.c. accuſatio. §. vnde liquet. 2. q.7. Et Apoſtoli multa pericula conſiderantes conſtituerunt, vt non facile cōmouerentur,aut lacerarentur, vel accuſarentur columnæ ſanctæ eccleſiæ Dei, quæ Apoſtoli & ſucceſſores eorum non immerito dicuntur. d. c. accuſatio. §. hæc & alia.

150 Item ſententia Cham damnantur,qui præpoſitorum culpam produnt: non quia ſubditi prohibeantur ab accuſatione,ſed a proditione: & prodit, qui non probanda defert. Nam Cham ſolus vidit pudenda patris; & per Cham intelliguntur illi, qui cum ſoli ſint conſcii criminum ſuorum prælatorum, atque ideo accuſare non poſſunt: vitam tamē eorum infamando aliis ridendam offerunt.c.plerunq;.§. ſententia. vſque ad §. item obiicitur.2.q.7. *Aug.*

151 Et in hanc ſententiam concordat catechiſmus,ſiue compēdium in parte III. in præcepto octauo de falſis teſtimoniis,rubrica de variis detrahendi generibus,vbi dicitur. Non tantum adhibēda calumnia offendi hominum exiſtimationem; ſed & augendis, amplificandiſq; criminibus; & ſi quid occultius ab aliquo commiſſum ſit,quod vbi reſcitum fuerit,graue, aut turpe ſit ad famā, eam *Catechiſmus.*

eam rem qui, vbi, quando, quibus non neceſſe ſit promulgauerit, is obtrector & maledicus iure dicitur.

Gre. pp. 152 Diuus Paulus etiam dicit ſeniorẽ nec increpaueris: ſed vbi ſenior iuuenibus exemplum ad interitum præbet, ibi diſtricta increpatione feriendus eſt, nam ſcriptum eſt, laqueum iuuenum omnes vos, & maledictus puer centum annorũ. c. paulus dicit. 2. q. 7.

Hiero. 153 Item non omnes Epiſcopi ſunt Epiſcopi, & infatuatum ſal ad nihilum prodeſt niſi vt proiiciatur foras, & à porcis conculcetur: & qui attendit Petrum, debet & Iudam conſiderare, & qui ſuſpicit Stephanum, reſpiciat & Nicolaum: quia dignitas eccleſiaſtica non facit Chriſtianũ c. non omnes epiſcopi, 2. q. 7.

Iſid. 154 De Nicolao dicitur in gloſſa: quia fuit reprobus, de quo expreſsius in c. quidã autem hæretici. §. Nicolaitæ. 24. q. 3. vbi dicitur. Nicolaitæ dicti a Nicolao diacono eccleſiæ Hieroſolymorum, qui cum Stephano & cæteris conſtitutus eſt a Petro, qui propter pulchritudinem relinquẽs uxorem, dixit, ut, qui uellet, ea uteretur, & uerſa eſt in ſtuprum talis conſuetudo: vt inuicem coniugia commutarentur, quos Ioannes in Apocalypſi ſua improbat dicens. Sed hoc habes, quòd odiſti facta Nicolaitarum, quæ & ego odi.

Dicit tamen Archidiaconus poſt Vgo. & Lau. quòd iſte Nicolaus fuit Machometus, quem colunt pagani, quod non uidetur verum. Nam in faſciculo temporũ dicitur. Machometum fuiſſe, ſub Bonifacio IIII. anno ſalutis DCXIIII. & Iacobus de Valentia in Pſalmo 82. dicit, quòd Machometus incœpit ſectam ſuam anno ſalutis DCXX. Et tex. in d. c. non omnes. eſt diui Hieronymi, qui fuit tempore Damaſi anno Domini CCCLXXIII. aut parum ante.

Redeundo unde digreſſi ſumus & ſequendo ordinem propoſitum.

Aug. 155 Non omnis, qui dicit pax uobis (ut faciunt epiſcopi) quaſi columba eſt audiẽdus c. non omnis 2. q. 7. Qui nec regiminis in ſe rationem habuit, nec ſua delicta deterſit, nec filiorum crimen correxit, canis impudicus dicendus eſt non epiſcopus c. qui nec regiminis, 2. q. 7.

156 Vnde alii potius laudabiles ſũt ex accuſatione prælatorum ſuorum, quàm infames: & quod dicitur maiorum quiſpiam minorum accuſationibus non impetatur, minores intelligendi, ſunt non dignitate ſed uita d. c., qui nec §. fin. ead.

157 2. q. 7. Quod intelligitur, quando prælati ſunt digni accuſatione. Nam qui ex accuſatione prælatorum conãtur uitam reprehendere & lacerare, qui locum ſui regiminis non nomine tantum ſed uita & moribus tenent, infames ſũt, d. c. qui nec. §. apparet, 2. q. 7.

158 Item in quantum Chriſtus dixit, ſi malè locutus ſum, teſtimonium perhibe de malo, uidetur dicendum, quòd quicunque admittantur ad arguendum, admittantur ſimiliter ad accuſandum. c. teſtes. §. ſi malè. 11. q. 7. Dam. pp.

Sed reſpõdetur, quod tempore Chriſti nõ erat iſta diſtinctio prælatorum & ſubditorum. Vel etiam quia Chriſtus admiſit Iudeos ad ſe arguendum perfectione humilitatis, non ſeueritate iuris. Si enim legis rigore eſſent admiſ[s]i hac auctoritate criminoſi, & infames in accuſationem religioſor[u]m eſſent recipiendi: cum eſſent ſcelerati[ss]imi Iudæi, qui de nece Chriſti tractantes innocentem condemnare uolebant. Igitur hoc exemplo prælati non coguntur recipere ſubditos in accuſatione ſui, ſed ſi uelint ipſi prælati permittu[n]tur. d. c. teſtes. §. his ita reſpondetur.

159 Item quia Diuus Paulus Beatum Petrum principem Apoſtolorum reprehẽdit, non datur facultas ſubditis reprehendendi prælatos ſuos. Quia Petrus cogebat gentiles iudaizare, & a veritate euãgelii recedere, & ſic dignus fuit reprehẽſione. Et ſimiliter prælati ſi forte à fide exorbitauerint, uel alios exorbitare coegerint, poſſunt accuſari d. c. teſtes. §. item Paulus, 2. q. 7.

160 Item quia Petrus, qui poteſtatem Regni acceperat à fidelibus interrogatus, cur ad gentiles tranſiſſet, non reſpondit ex poteſtate officii, qua poterat dicere, Gre. pp.

oues

oues paſtorem ſuum non accuſent, nec reprehendant ſed ex auctoritate diuinæ uirtutis, uidelicet quia gentiles acceperant Spiritum ſanctum, vnde quia potuit repellere querelas, & noluit, prælati non coguntur ſuſcipere reprehenſionem ſub ditorum. c. Petrus poteſtatem 2. q. 7. Et

Idem. in quantum Leo IIII. Imperiali iudicio Ludouici II. Se emendare promiſit, ſi quid erga ſubditos iniuſtè commiſerit, intelligitur de humilitatis diſpenſatione. d. c. Petrus. in fi. uer. ex hac etiam. & c.

Leo. IIII. ſeq. in prin. 2. q. 7. Dicunt aliqui, ſi aſina animal mutum angelica uirtute reprehendit inſipientiam prophetæ Balaam, multo magis ſubditi poſſunt accuſare

161 prælatos ſuos. Sed reſpondetur, uerum eſſe, quòd per aſinam ſubditi ſignificantur, & per Balaam prælati: non tamē hoc exemplo probatur, prælatos poſſe accuſari a ſubditis: ſed potius datur forma ſubditis renitendi prælatis, ſi forte eos ad malum cogere voluerint: Balaam nā que aſinam urgens, vt ad maledicēdum populo Dei eum ueheret, ſignificat eos, qui verberibus, & cruciatibus à ſubditis exigunt, vt eis in malo fauiores, & coadiutores exiſtant. Sed quia Angelus, uide licet quilibet prædicator euaginato gla dio. i. prædicato timore & horrore futuræ uindictæ à conſenſu alienæ malitiæ il los reuocat, licet eis in huiuſmodi vocē conqueſtionis prorumpere, & prælatis ſuis dicetur, cur nos verberibus affligitis, cur nobis iniuſtè iraſcimini? nunquid uobis inobedientes aliquando fuimus, niſi nunc cum ad malum cogimur? Vide illum, qui prohibet ab incępto, & non probatur hinc prælatos a ſubditis poſſe accuſari. c. nos ſi incompetenter. §. item cum Balaam. vſque ad §. Item cū Dauid. 2. q. 7.

Idem. Dicitur ulterius, cum Dauid adulterium & homicidium commiſiſſet, miſſum fuiſſe à Deo Natham Prophetam, ut cum redargueret: & ideo prælatos à ſubditis eſſe arguendos. Sed reſpondetur, quòd duæ ſunt perſonæ, quibus mundus iſte regitur: regalis videlicet & ſacerdotalis. Et ſicut Reges præſunt in cauſis ſæculi, ita ſacerdotes in cauſis Dei. Dauid ergo etſi ex regali unctione ſacerdotib. & prophetis præerat in cauſis ſæculi; tamē ſub erat eis in cauſa Dei. Natham ergo Propheta cum regem redarguit, ſuū eſt executus officium, in quo erat regi ſuperior non vſurpauit regis officium. d. ca. nos ſi incompetenter. §. cum Dauid.

163 Sic & Beatus Ambroſius Theodoſium *Idem.* & Beatus Innocen. Imperatorem Archadium excommunicauit, & ab eccleſiæ in greſſu prohibuit, ſicut enim non ſine ratione iudex gladium portat, ita non ſine cauſa ſacerdotes claues eccleſiæ accipiunt. d. c. nos ſi incompetēter. §. ſic & Beatus Ambroſius. 2. q6. 7. Dicitur ultimò, *Idem.* quòd Daniel nulla legitima poteſtate functus, iudices a populo conſtitutos de falſo teſtimonio conuicit, & conuictos damnauit, ac infertur, nullam poteſtatem habentes poſſe redarguere ſublima tos dignitatibus vel poteſtatibus. Sed

164 reſpondetur, miracula (& maximè uete. teſtam.) ſunt admiranda non in exem plum noſtræ actionis trahenda. Multa enim concedebantur tunc, quæ nunc pęnitus prohibentur. Tunc enim Samuel Agag pinguiſſimum Regem Amalech in fruſtra diuidendo concidit: nunc nulli eccleſiaſticorum iudicium ſanguinis agitare licet. Tunc Phinees Iudæum coe untem cum Madianita interfecit, & reputatum eſt ei ad iuſtitiam: hodie ſacerdotibus huiuſmodi actus in perniciem ſui officii verteretur. Exemplo ergo Danielis non ſolum accuſandi, vel redarguendi: ſed etiam iudicandi poteſtatem ſubditi ſibi in prælatos vendicarent, ſi illud in argumentum noſtræ actionis liceret aſſumi, quod nulla unquàm auctoritate permittitur. Magis ergo ex hoc facto datur intelligi, quòd in nouiſſimis temporibus ſuſcitaret Deus ſpiritum pueri iunioris, illius uidelicet, de quo per Prophetam dicitur. Puer natus eſt nobis: & iterum. Ecce puer meus, qui iudices iniquitatis, ſcribas ſcilicet & Phariſæos fal ſis criminibus Suſannam, idest eccleſiam accuſantes, & ream adulterii pronunciātes, eo quòd Chriſtum ſequeretur, cōuin

ceret & condemnaret. d.c. nos ſi incompetenter.§.item Daniel.uſque ad §.Item Hier.2.q.7.

Idem. Item Diuus Hieronymus in libris virorum illuſtriũ refert, ꝙ Damaſus Papa à ſubditis de adulterio accuſatus cũ 42. epiſcopis ſe purgauit.d.c.nos ſi.§.item Hieron.

GREG. PP. Et Beatus Gregorius præſtitit licentiã aliis ſe accuſandi, ſed non fuit coactus. cap. ſi quis ſuper his.2.q.7.

GELA. PP. 165 Sed ſicut laudabile, diſcretumque eſt, reuerentiam & honorem exhibere prioribus, ita rectitudinis, & Dei timoris eſt, ſi qua in eis ſunt, quæ indigeant correctione, nulla diſsimulatione poſtponere, ne totum (quòd abſit) corpus morbus inuadat, ſi langor non fuerit curatus in
166 capite c.ſicut inquit.11.q.7. Vnde clerici exceſſus ſui Epiſcopi, ſeu presbyteri ſiue diaconi auribus deferãt Romani Pontificis, nam aliter non erunt immunes apoſtolicæ offenſæ. c. qua propter.2.q.7.

GREG. PP. 167 Admonẽdi tamẽ ſunt ſubditi, ne plus, quàm expediat ſint ſubiecti, nedum ſtudeant, pluſquàm neceſſe eſt, hominibus ſubiici compellantur uitia eorum imitari.c.admonendi.2.q.7.

168 *Idem.* Et cum paſtoris vita in exemplum debeat eſſe diſcipulis, plerunque clerici, qualis in ſecreto ſit vita ſui paſtoris neſciunt, quam tamen ſæculares pueri ſciunt. Gregorius in generali Synodo conſtituit, vt quidam ex clericis, vel etiam ex monacis electi in monaſterio cubiculi pontificalis obſequantur, vt is qui in
169 loco regiminis eſt, tales habeat teſtes, qui veram eius in ſecreto conuerſationẽ videant: & ex ſedula viſione exemplum profectus ſumant.c.cum paſtoris.2.q.7.

Idem. Et cum perueniſſet ad notitiam Gregorii Papa quẽdam epiſcopum prauos homines in ſocietate ſua habere, ita vt familiaritatem haberet cum presbytero, qui poſt lapſum carnis in ſuis iniquitatibus dicitur voluptari, iuſsit eum corrigi, vt diſcat lachrymis peccata diluere, nõ iniquitatem immunditiis cumulare. ca.per uenit. ead. 2.q.7.

Nam epiſcopi lectioni & orationi debeat vacare, & ſemper ſecum presbyteros, & diaconos habere, aut alios boni teſtimonii, vt ſecundùm Apoſtolum poſsint irreprehenſibiles inueniri c.ſi.ead.2.q.7. PASC. PP.

170 Sed epiſcopi nõ dẽnt audere profeciſſe ad commutandũ abſque auctoritate Romani Pontificis. Et ſimiliter nullus epiſcopus, aut presbyter, vel omnis omnino, qui eſt in eccleſiaſtica regula conſtitutus, pergant ad Imperatorem præter conſilium, vel literas eorum epiſcoporum, qui ſunt intra prouinciam, & maximè ſine conſilio Metropolitani, cap. quo auſu.& c.ſi quis epiſcopus.23.q.8. Sed illi epiſcopi excipiuntur, quia Religioſis Imperatorib. vel inuitati, vel vocati fuerint.c.ſi vobis ead.23.q.8. GEL. PP. & *Ex Concil. Antiocheno.* *Oſius epiſc.*

171 Sed ſacerdotes poſſunt conſentire fieri regibus iudices, vbi iureiurando ſupplicii indulgentia promittitur, non vbi diſcriminis ſententia præparatur; nam ſi quis diſcuſſor extiterit in alienis periculis, reus erit effuſi ſanguinis apud Chriſtum, & apud eccleſiam perdat propriũ gradum cap.ſæpe principes.23.q.8. *Ex Toletano concil.*

Itẽ epiſcopus ex delegatione Regis cognoſcit de raptu & aliis criminib. dũmodo non infligatur pœna ſanguinisquia ea re ſeruatur Regię poteſtati.c.4.de raptorib.

172 Quia Saul reprobatus a Deo populum iudicabat, & Dauid adulter, & homicida iudicauit diuitem de oue, & ad Salamonem cum coleret Deos gentiliũ vniuerſa plebs Iſraelitica ad eius iudicia confluebat: & Achab quamuis coleret Baal: tamen decem tribus iudicabat, liquidò conſtat, malorum paſtorum iudicium non licere ſubterfugere, dum ab eccleſia tolerantur: quia mali tam in veteri quàm nouo teſtamento inueniũtur, quorum vita cum eſſet blaſphemabilis: tamen eorum ſententia; quia ex officio ſeruata iudiciarii ordinis integritate p̄ceſsit, inuenitur ſeruata.c.ſacerdos.§.ſed obiicitur. vſque ad finem tertia quæſt. 7. *Aug.*

DISTINCTIO. V. FINIS.

DE REGVLARIBVS,

DISTINCTIO SEXTA.

472 De ſtatu regularium tempore Apoſtolorũ habetur in hiſtoria eccleſiaſtica lib.2.cap.16.& ſeq. vbi dicitur. Tradũt Marcum primum ad Aegyptum perexiſſe, atque inibi euangelium, quod ipſe conſcripſerat, prædicaſſe, & ipſum primum eccleſiam apud Alexandriam conſtituiſſe: tanta autem refertur multitudo credentium virorum & mulierum primo ingreſſu exemplo ſobrietatis eius continẽtia congregata, ut etiam conuerſatio eorum, qui per ipſum crediderant, & vita totius abſtinentiæ ac frugi eorum, ſobriaque conuiuia librorum memoriæ mandarentur à viro diſertiſsimo Philone, quem ſermo tenet temporibus Claudii Imp. Romam veniſſe, & Petrum Apoſtolum vidiſſe, atque eius adhæſiſſe colloquiis verbum Dei prædicantis. Qui Philo ſcripturam compoſuit, in qua euidẽtiſsimè omnia eccleſiæ inſtituta complectitur, quæ de his tradita ſunt, & vſq; in hodiernum ſeruantur à nobis. Sed & abſtinentiæ vitas eorum duntaxat, qui nunc in eccleſiis & monaſteriis degũt, deſcribit ad liquidũ. vnde planè maniſeſtiſsimè perditur, nõ ſolum ſciens quæ noſtra ſunt, ſed & amplectens. quippe qui diuinis laudib. extulit ſui temporis apoſtolicos viros, quos dicit cultores appellatos, vel qui animas tanquàm rudes & agreſtes excolerent, vel erga Dei cultum pura & integra conſcientia perdurent; & qui tale genus hominum erat eo tempore in multis orbis terræ partibus. oportebat namque huius perfecti boni participem fieri omnem gentem, omnemque barbariem. In Aegypto tamen maior eſt copia per ſingula quæque territoria, præcipuè autem circa Alexandriam: nam optimus quiſque ex omnib. locis velut ad vberis patriæ glebam feſtinus occurrit colonus, regio quædam eſt philoſophiæ magis, quàm fructibus opportuna ſupra locum, cui Mariæ nomen eſt, ſita, colliculis quibuſdam molliter & clementer erecta, ad munimẽtum ſimulatque aeris temperiem commoda. Poſt hoc deſcriptis eorum habitaculis vt ſe habeat ſingulorum qualitas & ſitus etiã de eccleſiis, quæ apud eos ſunt, ita dicit. Eſt autẽ, inquit, in ſingulis locis cõſecrata orationis domus, quæ appellatur ſemnion, vel monaſterium. σεμνεῖον. Semnion autem in noſtra lingua ſignificare poteſt honeſtorum conuenticulum, in quod ſe dedentes, inquit, honeſta & caſta vitæ myſteria celebrãt, nihil illuc prorſus, quod ad cibum potumque pertineat, inferentes, vel ad reliqua huiuſmodi myſteria, ſed tantum legis libros, & volumina prophetarum, hymnos quoque in Deum, cęteraque his ſimilia, in quorum diſciplinis, atque exercitiis inſtituti ad perfectam, beatamque vitam ſtudiis iugibus coaleſcant; & poſt aliquanta iterũ dicit: ab ortu autem diei vſque ad ueſperam omne eis ſpatium in ſtudiorum exercitiis ducitur, quibus ad diuinam philoſophiam per ſacras literas imbuuntur, patrum leges in allegoriam in intelligentiam deducentes. Et nõ ſolum ſubtilius intelligunt hymnos ueterum, ſed & ipſi faciunt nouos in Deum omnibus eos & metris & ſonis honeſtatis & ſuaui compage modulantes: continentiam verò velut fundamẽtum quoddam primò in anima collocant, & ita demum reliquas ſuper hanc pergunt ædificare virtutes, cibum potuque nullus eorum capit ante ſolis occaſum, videlicet tempus lucis cũ philoſophiæ ſtudiis, vitam verò corporis cum nocte ſociantes.

173 De ipſis etiam tractat honorifice Caſſiodorus in Pſal.103.in verſic. illic paſſeres nidificabunt, dicens. Paſſer enim minuta & cautiſsima nimis auis eſt, monacorum ſignificans paruitatem, qui in pa-

trimonio potentium chriſtianorum monaſteria ſibi quaſi nidos ædificare monſtrantur, eorumque robore ſuſtentati velut paſſeres, laudes Domini aſsidua voce præcinunt: cœleſtis in terra vita, imitatio fidelium angelorum, ſpiritualiter in carne uiuere, & mundi uitia non amare, uitam præſentem contemnere, & futuræ beatitudinis gaudia ſemper exquirere, ad poſtremum ipſius templum fieri, cuius imaginem conditio humana ſuſcepit, amœnus re vera paradiſus, in quo tanta florent poma virtutum, his enim tale propoſitũ eſt, hoſtes ſuos, non reluctãdo uincere, ſed patiendo ſuperare; triumphus illis omnis eſt in proprii corporis paſsione, & tunc aduerſarios efficaciter uincunt, quãdo laudabili humilitate ſuccũbunt: re vera milites Chriſti, qui nullam præſumptionem in humanis viribus ponunt, ſed aduerſa omnia virtute Domini ſuperate ſe poſſe confidũt, hi cum aliis non habent iurgia, ſed ſecum ſemper litigant; miſerentur omnibus, ſibi ſolis non parcunt, & cœleſti caritate flammati bona, quæ ſibi euenire cupiunt, aliis communicare contendũt: ſed magna eſt gloria illi arbori, vbi nidus iſte compingitur: audiat enim a domino ſe eſſe plantatum, qui tale continere noſcitur inſtitutum.

Extat etiam tractatus breuis de religioſis Domini Romũdi Fraguier, quod exſcribetur additis aliquibus ad propoſitum pro vtilitate lectorum.

174 De religioſis ſectis à Chriſtianiſmo receptis pauca pſtringemus, ut multitud. uiuendi modus in eccleſia, qui ad eundem finem, velut riuuli in alueum, tendit, habeatur. Non fuit animus ſparſas per uniuerſum orbem congregationum omnes familias tetexere, quandoquidem paſsim in dies nouæ, prout diuini aculei impetus habet, ſuboriuntur, interpolanturque, veluti de ſacro & de miſericordia, & aliæ innumeræ, quæ potius fraternitatum ritum ſapiunt, quàm religionis, ſed earum tantum, quas ex duobus alterove hiſtoriarum volumine, prout librorum inopia ſuggerebat, cogere potuimus, quas Romana agnoſcit eccleſia. In primiſque ab illis initium facere uiſum eſt, qui de chriſtiana religione benemeriti ſanctiſsimis ordinibus, excellentiorique cuidam uiuendi formulę dederunt primordia, gratiamque fregere, quique ab initio quaſi pullulantis fidei germina in Indiæ Aegypti vaſta ſolitudine, Syriæ, Arabiæque deſertis habitauere, quorum principes Paulus Heremita, atque Hylario creduntur, qui ſub B. Syluestro trigeſimotertio à Petro Põtifice, & primi Conſtantini Imper. circa annum Domini cccxx. in ſaltibus Thebaidis apparuerunt, nullo adhuc certo ritu præſcriptoque tantum duriter uiuẽtes, manibus ſe ſe exercebant, quod incertum, duriſsimumque uiuendi genus Baſilius cum Macrina ſorore ſanctiſsima in mitiorem certumque modum redegit. Non multo poſt apud orientem, & tribus nodauit uinculis: nam trium religionis uotorum auctor extitit, quæ prius non erant, teſte Raphaele Volaterano urbanorum comment. lib. 21. D. tamen Ottho Epiſcopus Phriſigenſis annalium ſuorum lib. 7. ca. 35. ait, diuerſa fuiſſe primitus ſanctorum agmina, qui poſteritati rectè uiuendi inſtituta uerbo & opere tribuerunt, ſemoti à terrenis præſtigiis, curarumque uana ſolicitudine; nam ſæcularia deſideria ac impietatem abnegantes, crucemque mortificationis geſtantes corpore, piè & in Chriſto vixerunt in hoc ſæculo, quorum aliqui, vt etiam retulit Maria. Socin. conſil. 13. incip. præſens conſultatio, vrbes elegerunt ſeminandæ veritatis gratia. Aliis placuit indui duris, nõnullis abſtemios per omnem vitam eſſe, pluribus non ſolùm à carnibus abſtinere, cæteriſque gulæ incitamentis, ſed panis vetuſti tãtum quadra durare; pleriſque etiam ſcorpionibus, ac flagris carnem ſtatis domare diebus, ſunt qui ſpeluncas ac ferarum latibula cœnobio prætulerint, multi labores manuum non ſunt dedignati, plurimi mutatoriam maluerunt vitam, vt per orbem uagantes charitatis officia expeditius erga proximum exercerent, æquè

tamen

tam omnes vitæ, conſcientiæque puritate ac ſanctimonia in terris degũt, quietem & ſilentium amplectuntur, vnanimiter orationi vacant, in ipſa etiam naturali refectione diuina ſcriptura ſpiritũ ſaginant potius, quàm corpus.

175 Ex quibus Anto. Archiepiſcopus Florentinus in ſumma parte 3. titul. 16. cap. 1. & 2. colligit triplicem eſſe monacorum genus, qui ſe ſequi Chriſtum dicunt.

Primi ſunt Serobitæ in libertate ſpiritus diſcurrentes, & degentes, qui in concilio Calcedonēſi reprobati fuerũt, niſi quieſcerent, quod cõcilium celebratum fuit ſexcentis & triginta patribus temporib. Leonis primi Papæ, & decretum de iis habetur in cap. qui verè. & in cap. quidam monaci. 16. q. 1.

Ex cõc. Calcedonenſi.

Secundi dicti fuerunt anachoritæ, eremitici ac ſolitarii exordia ducentes ab Helia Thesbyte propheta, de quo lib. 3. Regũ. cap. 17. vel vt aliis placet a Ioanne baptiſta, qui primus a Chriſto nato fuit eremi cultor; a quo putatur Paulum primum Heremitam imitationem vitæ hauſiſſe, quem Anchoriticæ ſanctimoniæ auctorem omnes profitentur. De quo paulo habetur mentio in cap. perlatum. 19. q. 3. vbi dicitur, quòd Paulus primus heremita in teſtamento colobium ſuum Athanaſio Alexandrino Epiſcopo reliquit, tunicam verò beato Antonio, & prout legitur in breuiario, in eius feſto.

Gra. pp.

Tertii verò ſunt vocati cœnobitæ, quaſi in vnum conuenientes, uiuenteſque in cõgregatione, & videntur exorti ſub Heliſeo, qui cuneum conſtituit prophetarum lib. 4. Regũm ca. 6. & prorogati fuerunt a Chriſto in diſcipulis.

Verum poſt Chriſtum primus in Orientali plaga cœnobitarum gregatim agẽs fuit Baſilius magnus: Benedictus verò in occidentali eccleſia.

Baſilius autem fuit ex Cappadocia, & temporib. Valentis & Valentiniani, de quo etiam in hiſtoria eccleſiaſtica libro vndecimo cap. nono, de Benedicto dicetur inferius.

176 Sed quemadmodum orbis eſt quadrificus, quatuor item Euãgeliſtę, & quatuor Doctorum vertices, quatuor item flumina e Paradiſo terreſti ſcaturientia. Ita religioſorum quatuor ſunt regulæ principales, ad quarum præſcriptum omnes aliæ ſunt appendices, præter Carthuſianam, quæ nullam eſt quatuor agnoſcit, ſed habet proprias formulas, & eſt ab eccleſia approbatiſsima. Sunt autem hæ quatuor ſcilicet Baſilii, Benedicti, Auguſtini, & Franciſci Aſsiſinatis.

177 Ordo igitur Baſilii, cuius caput dicitur Archimandrita, fuit primus, ſub quo militant monaci Græci & Orientalis eccleſię, & aliquando Carmelita vſque ad Albertum Patriarcham Hieroſolymitanũ, qui traditiones eorũ ſub Honorio III. Immutauit anno milleſimo CCLXXXVI. Veruntamen idem Honorius, qui illos eiectos a Sultano excepit ordinem comprobans interpolaui, dicauitque nominis Virginis Mariæ, ſed ita vt atrum pallium in album commutarent dicti Carmelitæ à Carmelo monte habitatione Hæliæ & Heliſæi, quem primum incoluiſſe ferunt.

178 Ordo Benedictorum fuit ſecundus ab auctore Diuo Benedicto Nurſino monaſterii mõtis Caſsini regulatore anno ſalutis. D.XXXIIII. ſub Bonifacio primo, quo tẽpore Iuſtinianus Imperator Romanorum leges in epitomen poſuit.

In faſciculo tpum ſub Felice IIII. dicitur; duo legiſlatores excellentiſsimi claruerunt, Benedictus videlicet, pater maximus, & Iuſtinianus Imperator. Nam Benedictus totius eccleſiæ fulcimentum & norma religionis inclitiſsimos habuit diſcipulos, & plures numero, & obtinuit orbem terrarum. Ad cuius honorificentiam hoc etiã accreſcit, quod non alius quilibet ex magiſtris eccleſiæ vitam illius digeſsit, quàm inſignis ille diſertiſsimus Papa Gregorius, qui totum, quod fecit, quaſi aurũ fulget. Diuinitus enim diſpoſitum eſt; ut cum idem legiſlator excellentiſsimus in cæteris modis ſit à Deo decoratus, etiam hinc maiori auctoritate tam ipſe, quàm legiſlator eius roboraretur, quòd eandem vitam ſum-

mus Apoſtol. Sedis Pontifex ordinauit.

Sub hac regula militant innumeri monaci,& maximè nigri, de quibus in cap. 1. in princip.& ibi Ioannes Andr. in clem. de ſtatu monacorum, qui aliquando relaxati vitæ auſteritatem iterum receperunt in congregatione Sanctæ Iuſtinæ cum exemptionibus, & conſtitutionib. per Eugenium IIII. confirmatis.

In ordine Benedictorum Cluniacēſes, qui habent ſuum auctorem Berronem Gallum anno DCCCCXII. ſub Conrado primo Imperatore, & Anaſtaſio III. ſedente.

In faſciculo temporū, in anno DCCCCIIII. dicitur Clunniacum monaſterium formoſiſsimum, & ſanctiſsimum conſtruitur à Bernone Duce Aquitaniæ: dono etiam Auæ comitiſſæ, ac Guilhelmo Pio Principe Burgundiæ.

Sed poſtea beatus Vgo Abbas eiuſdem cœnobii mirabili ampliauit opere.

Grandimonenſes emerſere anno M. LXXVI. ſub Gregorio VII. Pontifice: & Henrico IIII. Henrici filio Imper. inſtituti per Stephanum Auernum apud Gallos in monte Mureto.

Carthuſiēſes prodiere anno M. LXXXVI. ſub Victore III. Pont.& Henrico. IIII. Imp. quos formauit Bruno Colonien. Canonicus aliquando apud Carnotum.

In faſciculo temporū in anno M. LXXXIIII. habetur, quòd ordo Carthuſienſium ſanctiſsimus incipit hoc tempore per Brunonem virum ſanctum natione Alemanum de Colonia Agripina magiſtrum in Theologia cum ex aliis venerabilib. viris in diœceſi Gratiopolitanen. Hic ordo teſte beato Bernardo inter omnes eccleſiaſticos ordines primatum tenet, non ratione temporis, ſed rigoroſitatis. Vnde ipſe vocat eum ſpecioſiſsimam columnam eccleſiæ. Verùm quia propter nimiam abſtinentiam paucis portabilis erat, ne diu paruus maneret. poſteà ab eccleſia moderatus fuit, nec vnquam à ſancto propoſito cecidit ſingulariter à ſancto ſpiritu præſeruatus vſque hodie, dicit auctor faſciculi.

Ciſtercienſes ex quodam Ardingo Anglico prouenere monaco cœnobii Molismenſis anno M. XCVIII. XI. anno Pontificatus Vrbani II. qui viris ſunt donati priuilegiis & quorū decus fuit D. Bernardus Abbas Claraualium.

In faſciculo temporum habetur ita. Ordo Ciſtercien. incœpit per Robertum Abbatem, & Albericum ſucceſſorem eius, & videntur quaſi fœcundarii reformatores ordinis Sancti Benedicti, cuius regulam habent, & multas curioſitates & abuſiones abdicarunt, & ſimpliciter ſecundum ſanctam ſimplicem regulam viuere cœperunt, & mirabiliter in breui tempore creuerunt in omnibus, habuit viros ſanctiſsimos & plures numero, & de Beato Bernardo dicit paulò poſt, ꝙ incœpit clareſcere adhuc iuuenis, & ꝙ intrauit ordinem Ciſtercien. & deinde factus Abbas Claraualleñ. fundauit, hic creuit in Doctorem magnum, & Apoſtolicum virum, & tot miracula fecit, & tantum honorem habuit, vt ſimilis ei in his nunquam creditur fuiſſe, pater CLX. monaſteriorū fuit: & velut alter Moyſes habitus eſt vbique.

Præmonſtratenſes in Lingonen. diœceſi Norbertum Lotaringum auctorem conſtituunt anno M. CXX. Sub Caliſto II. Pōtifice, & Henrico V. Impe. qui nonnihil mutati ſunt ex regula diui Auguſtini.

Camaldulenſes initiant per Romaldum in Appennino ſub Benedicto IX. Papa, & Conrado Imp. anno M. XXXIII. Monaci Vallis Vmbroſæ ſui auctorem profitētur Ioannem Gualbertum Florentinum anno M. LXX. ſub Alexan. II. quos poſtea Gregorius VII. probauit inſtituti in radicibus Appennini. Cœleſtini inſtituuntur per Petrum de Murrone aliquando Papam Cœleſtinū V. qui ſe Papatu abdicauit & religionem inſtituit anno M. CCXCV. Bonifacio VIII. ſibi ſuccedente.

Duniacenſes prodeunt ſub Anaſtaſio II. Maſsicenſi Burgundię pago anno DCCCXV. nonnulli dicunt à Guilhelmo Aquitaniæ Duce fuiſſe inchoatos circa tempora Adriani III. & ſunt qui putant hos eſſe Cluniacenſes.

Ordo Humiliatorum ortus eſt in Germania

nia temporibus Clementis 111.Pont.ex co (vt arbitror) nomen ducens, quòd ad Friderici. I.Imper.pedes in duſus albis veſtiti de poſtliminio agentes pro ſtrati iacuiſſent. Sunt qui dicant Mediolanenſes fuiſſe ab Henrico 111.Imp.exilio multatos,& ab Innocen. 111. probatos, qui ſemi monacos agunt & hi creduntur,qui & Silueſtrini,ſeu ordo montis Fani.

Sunt in Benedictina familia permulti alii ordines ueluti fontis ebrandi, uallis caulium &c. & hi omnes diuerſo amiciuntur indumento, differuntque in traditionibus,& ſtatutis, ſuntque omnes exempti præter Silueſtrianos.

Eſt etiam ordo Monachorum Eremitarum Sancti Hieronymi per Martinum V. & ſunt monaci in Hiſpania & habent priorem & ſunt pauca monaſteria ordinis Celeſtinorum nuncupati. Item fratres tertii ordinis Sancti Franciſci de pœnitentia nuncupati ſunt ordinis Sancti Benedicti,& uiuunt ſecũdum inſtituta beati Petri confeſſoris, ut habetur in prouinciali Romanæ Curiæ vbi de ordinibus, & religionib. in fine tractatur, quæ pars poſt hunc tractatum deſcribitur.

180 Succeſsit tertius ordo Diui Auguſtini Afri euangelicæ veritatis ſummi illuſtratoris, qui renouauit ordinẽ inſtitutum prius ab Apoſtolis in monte Sion circa annum ccccxxx. amictum linea tunica.

In faſciculo temporum dicitur ſub Alexã. 11.anno domini M.LXXIIII. incœpit flórere ordo canonicorum in principio ab Apoſtolis, poſtea a B. Auguſtino inſtitutus ſub Iuone præpoſito poſt Carnoten. Epiſcopo Auguſtini normam multi alii ordines ſubiere, maximè mendicantes præter minores,& hi ſunt Dominicani, ſeu prædicatores, qui primum mendicãtium locum obtinent a beato Dominico Calaguritano profeſsionem faciunt, quos Honorius 11I.confirmauit pontificatus ſui anno primo, & humanæ ſalutis M.CCXVI. Imperat. Federico 11. quorum ordo eſt trimembris, & Deo dicatas virgines recipit, quas veſtitas de pœnitentia vocant.

Notandum tamen eſt, quòd non ſunt mendicantes ex regula Sancti Auguſtini: quia ipſa regula permittit habere proprium in communi, ſed ex ſuis conſtitutionibus confirmatis a Sede Apoſtolica ſunt mendicantes, ut firmat Ludo. Bologninus in additionibus tract. de ſucceſſ. ab inteſt. Mattheſilai, in 3. prin. articulo. nume. 42.

Sed quamuis ſint mendicantes habent facultatem habendi proprium ex priuilegiis Pontificum.

Eremitani, quos vulgus Auguſtinianos vocitat, tertium inter mendicantes locum ſunt nacti, qui à primordio ex pluribus ordinibus ſimul coacti ſub Auguſtini obſeruatione ſunt cum baculo & zona pelicea ab Alexan. 111I. probati. Sunt qui huius uitæ generi tribuãt initia Guilielmo cuidam Aquitaniæ Duci anno M.CLVIII. & uocati Guilermitas,& hanc opinionem tenet auctor faſciculi temporum: nam dicitur ibi Guilielmus Pariſien. Incœpit ordinem Auguſtianen. qui dicuntur mendicãtes ſub Innocen. 11I. anno MCCIIII. Alii dicunt hunc ordinem aliquãdo collapſum iterum inſtauratum fuiſſe ſub Innocen. 11I. Pontifi. & Ottone 111I. Imper. ad annum Domini M.CCXIIII. Hoc tamen pro confeſſo habetur, hunc ordinem Pariſiis aliquando repudiatum fuiſſe ab Honorio 111I. probatum. ſunt autem capaces quò ad acquirendum,& retinendum in communi ex priuilegio Alexan. 111I. vt per eundem Bologninum in loco ſupra addũcto & d. nume. 42.

DE ORDINE SERVORVM.

Ordo Seruorum Beatæ Mariæ ortum habuit a quadam Philippo Tuſco Florentino ſub Martino 11I. anno Domini MCCLXXXV. quem ſub Auguſtini ordine poſtea Benedictus xI.& Vrbanus vI. probauere ſacculum geſtant,& mendicãt, habetque ſuam tripartitam regulam etiã, ut muliebrem ſexum admittat.

DE

DE BRIGIDIANIS.

Brigidiani ſunt inſtituti a Beata Brigida Suetia tempore Vrbani Quinti, Pont. ſui anno v. & reparate mortalitatis M.CCCLXVI.

DE IESVATIS.

Iesvati Senis oriuntur ſub Vrbano V. anno M. CCCLXV. a Ioanne Columbino, teguntur albo colore & ſcortea zona ſed pallio Canuſino cũ ſocculo ligneo, Apoſtolici clerici ab initio nuncupati.

Canonici regulares Sancti Georgii Venetiis vitę inſtitutum ſunt aggreſsi ſub Gregorio XII. quorum princeps fuit Laurentius Iuſtinianus.

Montoliuetēſes prodiere anno M. CCCVII. ſub Scimate trium Pōtificum, & eorum caput fuit Bernardus Ptolomeus apud Senas, quorum ordo Gregorius XII. probauit.

Hieronimitani auctorem habuerunt Redonem Montiſgranelli comitem apud feſulas Gregorio XII. probante & interpolati per Eugenium III.

Congregatio hæremiticæ pietatis parum habitu diſtans a Hieronimitanis, auſpicatur per quendam Petrum Piſanum Etruſcum ſub Gregorio XI. & geſtat ex ſcapulari amictu laciniam pendentem atque in humeros reiectam. Aliqui hos vocant Eremitas, ſcilicet Honophrii cōſtituti apud vrbium.

Cruciferi conſtituuntur ſub Cleto II. a Petro Pontifice per Celeſten. nuncium, & illuſtrantur per Cyriacum Hieroſolymitanum antiſtitem, & approbātur per Innocent. I I I. & iterum per I I I I. & induunt tunicam ceruleam Pontificatu Pii II.

DE SCOPETINIS.

Scopetini, ſcilicet Seruatoris Stephanum Bononienſem profitentur inuentorem anno M.CCCCX. ſub Greg. XII.

Antoniani ab auctore ſuo Antonio Egyptiaco ducunt originem apud Thebaidam ſub Sancto Silueſtro & Cōſtantino circa annum CCCXX. habēt pro inſignio ſignum Thau.

Ordo Trinitatis ſub Innocen. III. incœpit Ioanne Marenſe & Felice Anachorita auctoribus pallio amiciuntur candido, cerulea & rubenti cruce inſignito, quos Innocen. vocari iuſsit de redemptione captiuorum.

Sunt & alii multi religioſorum ordines ſub Sancti Auguſtini regula, quorum origines & auctores cum hæc curſim ſcriberemus, erant nobis incognitæ, vt ſunt ſeruitarum. Forneriorum, beati Ioānis Hieroſolymitani. Cruciferorum cum ſtella. Fratrum S. Petri cōfeſſoris de Magella, Fratrum Dominici Sepulchri. Fratrum Valliſcholarium, Victorianorum. Fratrum S. Giberti de ſempingam. Fratrum ſcilicet Pauli hæremitæ. Fratrum de pœnitentia, coronatorum, hoſpitaliorum, & aliorum permultorum. & hi omnes differunt inter ſe veſte & vitæ præceptis.

181 Reſtat quarta primæ diuiſionis regula, quæ eſt Beati Franciſci Aſsiſinatis. cuius ordo Seraphicus tanquam nouum ſydus in terris illuxit ſub Innoc. III. Pontifice ſui VIII. anno & ſalutis humanæ. M.CCVI. Sed quia poſt ordinem Dominicorum fuit confirmatus, ideo ſecundum tenet mendicantium locum, & Euangelicam profitentur normam, ex cuius gremio velut ex equo Troiano innumeri veræ fidei pugiles prodiere ſigniferum Ieſu Chriſti, ac ſtigmata ſequenter. Ordo hic eſt trifidus, vt alii mendicantium nempe minorum, pauperum, & pœnitētium, & in duplici differentia Deo dicatos virgines, de quo in clemen. cum ex eo, de ſenten. excomm. & in clemen. I. de religioſis domibus, & in extrauaganti, exiui. Bartol. Soc. in conſ. 245. incipit, omiſsis multis.

Ordo minimorum eſt recens inſtitutus a beato Franciſco de Paula Sicuſo D. Frāciſci decreta, & humilitatem æmulatus.

De ordine Sancti Frāciſci habetur per Nicolaum III. in cap. Exiit de verb. ſignif. & per Clementem V. in cap. I. eo. in clementi-

mentinis,& tribus extrauagantib. Ioannis XXII.eo.tit.

Poſtea hæc regula relaxata fuit; vnde anno domini M.CCCLII.frater Paulinus de Fulgineo de Prouincia Sancti Franciſci.& quidam alii magna deuotione ducti ſupplicauerunt Domino Papa Clementi.VI.inſtantibus pro eis quibuſdam uiris notabilibus,vt eis aliqua loca ordines concederent;in quibus poſſent regulam ad literam obſeruare. Aſſerebant nanq; quod cõmunitas ordinis eam nõ ſeruabat, ut fuerat à beato Franciſco tradita in ſua puritate. Qui à dicto domino Papa impetrauerunt,ut poſſent habere quatuor loca in Prouincia Sancti. Frãciſci videlicet carceris,bruliani, heremitæ,& montis Lucii,& pro quolibet.XII. fratres,quos poſſent recipere,vel de fratribus ordinis,vel de ſecularibus, undecunque uenientibus, nullusque in hoc impedire valeat. ſtatimque fecerunt habitus paruos à communione ordinis in menſura,& figura diformes;quibus plures ſimpliciter radiantes adhæſerunt ſuper tanta ordinis reformatione gaudẽtes.

Poſtea prodiere fratres Capucini ſtrictiorem vitam ducentes.

Regula, ſeu forma fratrum de pœnitentia, ſeu tertii ordinis Sancti Franciſci. fuit approbata à Nicolao Papa.V.Dat.Reatę cal. Septembris. Pont.ſui anno. II.fuit electus anno. M.CCCCXLIIII.

Mulieres itẽ religioſas pauci ſunt ordines. qui non recipiant,& in eorum obſeruationibus alant. Canoniſtæ. B. Auguſtini diuam habent Monacam: Moniales S. Benedicti habent diuam Scholaſticam Benedicti ſororem. Sorores beati Dominici gaudent D.Clara,& Catharina Senenſi. Sorores D. Franſciſci D. Claram Aſsiſinatam agnoſcunt,& ſic de reliquis inter quas aliæ mitiorem habent regulam,aliæ verò ſtrictiorem.

Sunt item & ordines militares ab eccleſia comprobati, & ſunt milites S. Ioannis Hieroſolimitani: Milites S. Mariæ Teuthonicorum. Milites Iacobi de Spata. Milites Ieſu Chriſti. Milites Calatrauæ. Milites beatæ Mariæ de Munteſia. Milites Alcantaræ. Milites de redemptione. Milites S.Georgii. Milites S. Lazari Milites S.Sepulchri. Milites S. Thomæ. & hæc ſunt (inquit auctor) quæ dum prela currerent, pauca potui quam breuiſsimè ſeligere, maximè ex Diuo Hyeronimo,Euſebio,Palmerio.Vincẽtio,Antonino,Platina, Ioan.Andræa, Sabellico, & Volaterano: quod bene vertant omnes(oro)potiſsimum, qui de Chriſtiana religione bene ſentiunt.

182 Habemus hoc tempore ſocietatem nominatam Ieſus,cuius auctor,& inſtitutor fuit Ignatius Loiolla nobili loco natus in Hyſpania anno incarnationis Domini M.CCCCXCI.ſub Innoc.VIII. Pont. Federico. III.Impera. Ferdinando. atque Iſabella Catholicis Hyſpaniarum Regibus primum in bellica gloria rei militaris laude fuit illuſtris: & cũ in oppugnatione Põpeiopolitanæ arcis ciuitas Nauarræ regni caput crus eius dextrum pœnitus confractum eſſet,tandem medicorum remediis quaſi deſperatus lectione librorum à ſæculi vanitate ad Deum cõ uerſus eſt;& ſanitatem recepit. Ignatius Lutetia in Hyſpaniam, deinde in Italiã deſcendit. Socii a Lutetia peruenerunt Venetias ad octauum diem Ianuarii anni 1537.Vbi paulopoſt ad pedes Hieronymi Veralli Roſſanenſis Archiepiſcopi Sedis Apoſtolice apud Venetos legati paupertatis,caſtitatisque votis piè ſuſceptis ſacris ſunt iniciati, Sacerdotiiq; dignitatem ipſo die Diui Ioannis Baptiſtæ Ignatius,& reliqui ſex, ab Epiſcopo Arbenſi ſingulari quadam, & ſuſcipientium ordines, & conferẽtis conſolatione ſunt conſecuti.

Quia uerò Ignatio Ieſus apparuit, impetrauit à ſociis,ut ſocietas IESV.uocaretur;vt agnoſcãt non ordinem Ignatii ſecutos eſſe,ſed Dei filium.

Societas hæc à Paulo.III. confirmatur anno.M.DXL.V.cal. Octobris hac conditione; ut profeſſorum numerus ſexaginta non excederet.ſed poſtea ab eodem Põtifice numeri illa definitio ſublata eſt.

Poſtmodum hanc ſocietatem confirmauit, magniſque priuiligiis aucta eſt à Iulio. III.

111. Pont. Max. M.D.L. duodecimo cal. Augu. Collegia quam plurima inſtituta ſunt in diuerſis mundi partibus, & Ignatius obdormiuit in Domino pridie cal. Augu. anno. M.DLVI. Paulo. III. Pont. Maxi. in Vrbe Roma.

DE TEATHINIS.

Teathini non ſunt ſocietatis Ieſu.

Nam cum ordo uterque Ieſuitorum, & illorum clericorum regularium eodemq; ferè tempore nati, neque habitu ualde diſsimiles, populus rudis externa ſpecie deceptus alienum nomen Ieſuitis impoſuit.

Teathini originem habuerunt à Ioan. Petro Caraffa; qui poſtea fuit Paulus. III. qui Epiſcopatu Teathino relicto ad Caietanum Vicentinum Bonifacium Pedemontanum, & Paulũ Romanũ homines nobiles, & pios ſe ſocium adiunxerat, à quibus originem eorum hominum ordo traxit, qui Teathini Vulgò dicti ſunt; quod Teathinus, ut diximus, Epiſcopus illius uitę inſtitutum complexus eſſet. & hæc omnia ex vita ipſius Ignatii.

DE REGVLARIBVS EX CORPORE IVRIS.

Evo. pp.

183 Monacvs eſt nomen grecum latinè dicitur ſingularis. c. Placuit, in principio xvi. q. 1. & dicitur etiam unus triſtis; quia monos græcè, latinè unus dicitur: Archos græcè, latinè eſt triſtis: ſedeat igitur ſolitarius, & taceat; quia mũdo mortuus eſt: Deo autem uiuit: & ſicut piſcis ſine aqua caret uità; ità ſine monaſterio, d. c. Placuit. 2. xvi. q. 1.

Hier.

Item Monacus non docentis, ſed plangentis habet officium; & pauidus præſtolat Domini aduentum. c. Monacus. primo ead. nec debet eſſe in Vrbibus, quæ non ſunt ſolorum, ſed multorum, & debet habere ſimplicitatem columbæ, nec cuiquàm machinare dolos, & ſerpentis aſtutiam, & Chriſtianus, qui ſemper loquitur de nummis (excepta eleemoſyna) habendus eſt potius negotiator, quàm monacus. c. ſi cupis. 16. q. 1.

Idem.

In Nicæna ſynodo monacis fuerat prohibitum pœnitentiam tribuere, niſi ſibi inuicem, mortuum ſepelire, niſi monacum ſuum morientem, vel ſi fortuitu quenquàm aduenientium fratrum ibi mori contigerit. cap. placuit 16. q. 1. Sed quantum ad ſepeliendum mortuos interpretatum fuit prohibitos eſſe monacos de monaſteriis exire, & confluere more clericorum ad cuiuslibet exequias celebrãdas: cæterum ſi apud monaſterium aliquis ſemetipſum tumulari voluerit, non eſt prohibendus. ca. qui verè. in fi. & quatuor ſeq. ea. 16. q. 1.

Evo. pp. *Ex Cõcil. Cartagi. Et Greg. Papa. Et Gelaſius Papa. Et ex Cõc. Tributien.*

De pnĩa verò dãda, & exercẽdis cæteris ſacramentis primo decretũ fuit, monacos quamuis recipiant eandem poteſtatem, quam cæteri ſacerdotes; tamen executionem ſuæ poteſtatis non habere, niſi a populo fuerint electi & ab epiſcopo cũ conſenſu Abbatis fuerint ordinati. cap. adiicimus. §. monaci & cap. ſic uiue. & c. ſi quis monacus. cum aliis ſequentibus. 16. q. 1.

Gel. pp. Str. pp.

Sed poſtea obtinuit eos poſſe prædicare, baptizare, pœnitentiam dare, peccata ſoluere, communionem dare, & pro peccatoribus orare. c. doctos. cum quatuor ſequentib. ead. 16. q. 1.

Amb. Innoc. Greg.

DE VITA MONACORVM.

184 Carnem cuique monaco, nec guſtandi, nec ſumendi eſt conceſſa licentia, nõ quòd creatura Dei iudicentur indigna, ſed quòd carnis abſtinẽtia vtilis & apta monacis æſtimetur, ſeruato tamen moderamine pietatis erga ægrotos. Quod ſi quis monacus violauerit & contra ſanctionem regulæ vſumque veterem veſci carnibus præſumpſerit ſex menſium ſpatio retruſioni & pœnitentiæ ſubiacebit. cap. carnem cuiquæ. de conſecratio. diſtinct. 5.

Gre. VII.

Nunquam (dicit D. Hieronymus) de manu tua, vel oculis tuis liber pſalterii deſcedat, dicatur ad verbum oratio ſine intermiſsione, vigilet ſenſus, nec uagis cogitationibus patens corpus, pariterque

Hier.

animus tēdat ad dominum'. Iram vince patientia. Ama ſcientiam ſcripturarum, & carnis vitia non amabis: nec vacet mens tua variis perturbationibus, quæ ſi pectori inſederint, dominabūtur tui, & te deducent in delictum maximum. Facito aliquid operis, vt ſemper te diabolus inueniat occupatum. Si Apoſtoli habentes poteſtatem de Euangelio viuere laborabant manibus ſuis, ne quem grauarent, & aliis tribuebāt refrigeria, pro quorum ſpiritualibus debebant metere carnalia: cur tu in vſus ſuos ceſſura non præparas? Vel fiſcellam texe iunco, vel caniſtrum lentis plecte uiminibus: ſartiatur humus: areolæ æquo limine diuidantur, in quibus cùm olerum iactata fuerint ſemina, vel plantæ per ordinem poſitæ, aquæ ducantur irriguæ, hic pulcherrimorum verſuū ſpectator aſsiſtas. Ecce ſupercilio cliuoſi tramitis vndam elicit: illa cadens raucum per leuia murmur ſaxa ciet: ſcatebriſque arentia temperat arua. Inſeruantur fructuoſa arbores, vel gēmis vel ſurculis, vt paruo poſt tempore laboris tui dulcia poma decerpas. Apum fabricata aluearia, ad quas emittunt Salomonis prouerbia: & monaſteriorum ordinem, ac regiam diſciplinam in paruis diſce corporibus. Texantur & lina capiendis piſcibus. Scribantur & libri, vt & manus operetur cibum, & anima ſaturetur lectione. In deſideriis eſt enim omnis otioſus. Aegyptiorum monaſteria hunc morem tenent vt nullum abſque opere, & labore ſuſcipiant, non tam propter victus neceſsitatem, quàm propter animę ſalutem, ne vagetur pernitioſis cogitationibus mens; & ad inſtar fornicantis Hieruſalem omni tranſeunti diuaricet pedes ſuos, & in ſequentibus.. Quid ergo? peribunt omnes, qui in vrbibus habitāt? Ecce illi fruuntur ſuis rebus; miniſtrant eccleſiis; adeunt balneas; vnguenta non ſpernunt; & in omnium flore verſantur. Ad hoc ēt ante reſpondi, & nunc breuiter reſpondeo; me in præſenti opuſculo (dicit Hieronymus) non de clericis diſputare, ſed monacum inſtituere. c. nunquàm, de conſecr. diſtinct. 5.

186 Non permittendum eſt mulieres accedere in monaſterio, ac etiam prohibetur monacis ſibi cōmatres facere, c. peruenit. 18. q. 2. GREG. PP.

187 Item Epiſcopus prohibetur miſſas publicas celebrare, aut cathedram collocare, vel aliquam ordinationem quanuis leuiſsimam facere in monaſteriis, niſi de ordinatione ab Abbate rogatus fuerit. c. Luminoſo 18. q. 2.

At baptiſterium in monaſterio non permittitur fieri, c. pridem, ead. 18. q. 2.

188 Nullus tondeatur, niſi in legitima ætate, & ſpontanea voluntate. cap. 1. de regularibus.

Si Ananias dignus morte fuit, quia eos nummos, quos dederat Deo, abſtulit, quanto periculo erit diuino iudicio ille, qui non nummos, ſed ſemetipſum Deo omnipotenti, cui ſe ſub monaci habitu deuouerat, ſubtraxit. cap. Ananias. 17. quæſt. 1. *Idem.* *Idem.*

189 Ante Dei oculos cadūt, qui bona, quæ concipiunt, agere recuſant. Item qui cuncta relinquere, & Dei ſeruitio ſe ſubdere, & freno caſtitatis ſe aſtringere delibcrant ſe retrahendo meritum perducunt; vnde ſacerdos ad executionem ſui voti cogendus eſt; quia ſibi dānabile eſt non ſolum non fieri, ſed etiam non velle monacum fieri. c. qui bona 17. q. 1.

190 [Arguit auctor hoc modo.] Quod verò inter vouentes iſte computandus ſit, patet ex verbis Auguſtini dicentis, dixi, confitebor &c. Quia ſicut Propheta inter vouentes reputatur; quia dixit, ego confitebor, ſic inter eoſdem computandus eſt, quia dixit, fiam monacus. Sed reſpondet, aliud eſt propoſitum cōcipere in corde, & etiam ore nunciare; aliud eſt ſubſequenti obligatione ſe reum voti facere: quia ergo iſte propoſitum cordis ore ſimpliciter nūciauit, non autem monaſterio, aut Abbati ſe tradidit, nec promiſsionem ſcripſit, nequaquā voti reus habetur, vt deciditur in ſeq. q. c. 1. d. c. qui bona. §. quod verò, ead. 17. q. 1.

Presbyter infirmitate oppreſſus ſe monacū fieri promiſit: non tamē monaſterio, nec Abbati ALEX. PP. II.

an propoſuerit abſolutè vitam mutare; an conditionaliter experiri obſeruantiam regularem. Et primo caſu debet regulariter viuere, & ſaltim ad laxiorem regulam pertranſire: in ſecundo caſu poteſt ad ſæculum, non vt ſæculariter viuat remeare.& vt plenius cognoſcatur, quæ ſit eius intentio, à principio proteſtetur, quæ ſit eius intentio.cap.conſulti,20. de regul.& gloſſ.intelligit ſeculariter, ideſt diſſolutè.

195 Et qui portat habitum monacalem in monaſterio compellitur regulam profiteri,& ſeruare, ſecundum formam ordinis illius monaſterii.ca.ex parte tua, de regul.

196 Sed Epiſcopus viſitans monaſterium monialium non introducat ſæculares, ſed duos, aut tres canonicos, adiunctis aliis religioſis,quos viderit expedire.ca. vt iuxtà 17.de offi.ordi.

Et annis ſingulis debet viſitare; & numerus omnium ſit,viſitatores duo, notarii perſonæ duæ ſuæ eccleſiæ,& quatuor alii viri honeſti, clemen. 2. de ſtatu monacorum. De hoc idem in extrauaganti 1. de offi.ordi.in communibus, vbi diſponitur cum epiſcopo eſſe duos,aut tres clericos cum notario,qui ſimiliter clericus ſit.

197 De regularibus habetur in Concilio Tridentino ſeſſio.25.de regularibus. Cuius capita breuiter habentur in Compendio noſtro, ac breuius in ſinapſi ipſius Compendii.

PARS SECVNDA, ET DISTINCTIO. VI. FINIS.

TER-

TERTIA PARS
IVRIS CANONICI.

DE REBVS ECCLESIASTICIS,
DISTINCTIO PRIMA.

1 INTER res eccleſiaſticas principaliter ſunt Eccleſiæ Patriarcales, Metropolitanæ Et Epiſcopales, De quibus: quia exſtat Prouinciale omnium Eccleſiarum Ex Libro Cancellariæ Apoſtolicæ, Commoditatis gratiæ his tranſcribetur.

2 In ciuitate Romana ſunt quinque (Eccleſiæ, quæ Patriarcales dicuntur, videlicet Eccleſia Sancti Ioannis lateran. quæ conſueuit habere priorem ordinis. Sancti Auguſtini modo Decanum.

Eccleſia Sancti Petri, quæ habet Archipreſbyterum, qui debet eſse Card.

Eccleſia ſeu Monaſterium. Sancti Pauli extra muros Vrbis, quæ habet Abbatem ordinis S. Benedicti.

Eccleſia Sanctæ Mariæ maioris, quæ habet Archipresbyterum, qui debet eſſe Cardin.

Eccleſiæ, ſeu monaſterium Sancti Laurentii extra muros, qui habet Abbatem ordinis S. Benedicti.

DE SEPTEM EPISCOPIS.

3 Dominus Papa.
Epiſcopus Oſtienſis & Velletrenſis
Epiſcopus Portuenſis, & Sanctæ Ruffinæ
Epiſcopus Sabinenſis
Epiſcopus Tuſculanenſis
Epiſcopus Præneſtinenſis
Epiſcopus Albanenſis.

SINGVLIS AVTEM VRBIS

eccleſiis aſsignati ſunt presbyteri Cardinales 28. Diaconi verò XVIII.

DE ECCLESIIS PRESBYTErorum Card.

Tituli Sanctæ Crucis in Ieruſalem presbyter Card.
Tituli Sanctorum Marcellini & Petri preſbyter Card.
Tituli Sanctorum quatuor coronatorum presbyter Card.
Tituli S.S. Ioannis & Pauli presbyter Cardin.
Tituli Sanctæ Anaſtaſiæ presbyter Cardin.
Tituli Sanctæ Sabinæ presbyter Card.
Tituli S. Stephani in Cœlio montis presbyter Card.
Tituli Sancti Clementis presbyter Cardin.
Tituli Sanctorum Nerai & Archilai preſbyter Card.
Tituli Sanctæ Suſanæ presbyter Card.
Tituli Sanctæ Potentianæ presbyter Cardin.
Tituli Sancti Sixti presbyter Card.
Tituli Sancti Petri ad Vincula presbyter Card.
Tituli Sancti Martini in montibus presbyter Card.
Tituli Sancti Euſebii presbyter Card.
Tituli Sanctæ Priſcæ presbyter Card.
Tituli Sanctæ Praxedis presbyter Card.

Tituli Sancti Vitalis presbyter Card.
Tituli Sancti Ciriaci in Termis presbyter Card.
Tituli Sancti Marci presbyter Card.
Baſilicæ XII. Apoſtolorum presbyter Cardin.
Tituli Sancti Marcelli presbyter Card.
Tituli Sancti Laurentii in Lucina presbyter Card.
Tituli Sancti Laurentii in Damaſo presbyter Cardin.
Tituli Sanctæ Balbinæ presbyter Card.
Tituli S. Mariæ in Tranſtiberim presbyter Card.
Tituli Sanctæ Ceciliæ presbyter Cardinalis.
Tituli Sancti Griſogoni presbyter Cardin.

DE ECCLESIIS DIACONORVM CARDINALIVM.

5 Sanctæ Luciæ in Septiſoliis
Sanctæ Mariæ in Aquino
Sancti Theodori.
Sanctæ Mariæ in Coſmedin.
Sancti Georgii ad velum aureum.
Sanctorum Coſmæ & Damiani.
Sanctæ Mariæ Nouæ.
Sancti Adriani
Sanctorum Georgii & Bacchi.
Sanctæ Mariæ in via lata,
Sanctæ Mariæ in Porticu.
Sancti Angeli.
Sācti Nicolai in carcere Tulliano.
Sanctæ Mariæ in Dominica.
Sancti Euſtachii
Sancti Nicolai inter imagines.
Sancti Viti in macello.
Sanctæ Agathæ.

EPISCOPI, QVI SVNT SVB Rom. Pont. & non ſunt in alterius prouincia conſtituti.

6 Oſtienſis & Vallatrenſis
Portuenſis & S. Ruffinæ
Sabinenſis, Tuſculanenſis
Præneſtinenſis, Albanen.

CIVITATES MVNDI QVAE ultra vrbem tenentur a Chriſtianis.

In campania & maritima.

Anagnin.	Sagnin.
Ferentin.	Alatrin.
Verulan.	Terracinen.
Soran.	Fundan.
Aquinas.	Tiburtin.

In Aprucina, & Marſicana Prouincia.

Aquilen.) Forcanen.) Vniti.
Marſican.
Valuenſis, ſeu Sulmonen.
Theatinus.
Adrien.) Pennenſis.) Vniti.
Aprutinus, ſeu Theran.

In Tuſcia, & patrimonio.

Nepeſin.) Sutrin.) Vniti.
Ciuitatem, vel Ciuitatis.) Caſtellanen.) Vniti.
Ortan.
Balneorigen.
Montisfalconis.) Cornetan.) Vniti.
Vrbeuetan,
Viterbien.) Tuſcanen.) Vniti.
Caſtren. Suauen.
Cluſinus.
Peruſin.
Caſtellanus.
Aretin.
Groſſetan.
Vulteran.
Senen. Archiepiſcopus.
Lucan. Piſtorien.
Pientin.
Florentin. Archiepiſcopus.
Feſulan. Binenſis.
Lunenſis. Sarzanen.
Corthonenſis.

Archiepiſcopus Barenſis hos habet Suffraganeos.

Betontinenſis.
Caelphaian. vel Melphiten.
Inuenacenſis.
Rubentinenſis, vel Rubenſis.
Salpenſis.
Caurienſis.
Bitterenſis.
Conuerſan.
Mineruienſis.
Polignianenſis.
Catherinenſis.
Lauellinenſis.

Archiepiſcopus Tranenſis hos habet Suffraganeos.

Vigilienſis.
Andren. vel Adrien.) coniunčti.
Penenſis.)

Archiepiſcopus Sipontin. uel montis Garganeus hos habet Suffraganeos.

Veſcanenſis.) exempti.
Troianenſis.)
Melphienſis.
Monopolitanen.) exempti.
Rapollen.)

Archiepiſcopus Conſan. hos habet Suffraganeos.

Auranenſis.
Sarranenſis.
Montiſuiridis.
Laquedonen.
Sančti Angeli de Lombardis.
Biſacienſis.

Archiepiſcopus Acheronti. hos habet ſuffraganeos.

Potentienſis.
Gricarienſis.
Venuſinenſis.
Grauinenſis.
Angolenſis.

In Terra Laboris.

Archiepiſcopus Beneuentanus cuius ciuitas eſt Romanæ Eccleſiæ, hos habet Suffraganeos.

Theleſinen.
Sančtæ Agathæ.
Aliphienſis, vel Alipharen.
Montis Marani.
Auellinenſis.
Vican.
Arianenſis.
Boianenſis, vel Roianen.
Aſculanen. Nucerin.
Tertibulen. Draconen.
Vlturanenſis. Alarinen.
Ferentinenſis, uel Florentinen.
Ciuitatenſis.
Termolenſis.
Leſinenſis.
Frequentinenſis.
Triuentinenſis.
Biminenſis.
Vadienſis, vel Cadienſis.
Muſanenſis. Sančtæ Mariæ.

Archiepiſcopus Salernitan. non habet ſuffraganeos.

Caputaquenſis. Policaſtrenſis.
Nuſauitan. vel Nuſcan.
Saruenſis.
Acernenſis, uel Acernen.
Marſicenſis.
Rauellenſis eſt exemptus.

Archiepiſcopus Amalphitan. hos habet Suffraganeos.

Capricanenſis.
Scalenſis, vel Camenſis.
Minorenſis.
Siteranenſis.

Archiepiſcopus Surrenti. hos habet Suffraganeos.

Lobrenſis. Salpenſis.
Equen. uel Aquenſis, alias Vicen. vel Vican.
Caſtellimaris, vel Scabienſis.

Archiepiſcopus Neapolitanus hos habet Suffraganeos.

Auerſan. eſt exemptus.

 Nolan.

Nolan.
Puteolanenſis.
Cumanenſis.
Acerran.
Iſcalan.

Archiepiſcopus Capuanus hos habet Suffraganeos.

Theanenſis.
Caluenſis.
Calmenſis.
Sueſſan.
Venafran.
Aquitanen. vel Aquinaten.
Iſernienſis.
Caſertanenſis.
Caiacienſis.
Caſinen.eſt exemptus.

In Tuſcia, & Corſica.

Archiepiſcopus Piſan. hos habet ſuffraganeos.

Meſſanenſis.
Aiacenſis.
Alarienſis.
Segonenſis.
Ciuitatenſis.

Archiepiſcopus Ianuenſis hos habet Suffraganeos.

Bobienſis, vel Robienſis.
Aprumacenſis, vel Brumacenſis.
Metenenſis, vel Maranenſis.
Accienſis, vel Amprumacenſis.
Nubienſis, vel Nebienſis.
Nauenſis.
Albiganenſis.

In Sardinia.

Archiepiſcopus Calaritanenſis, hos habet Suffraganeos.

Sulcitan. vel Sulcien.
Dolienſis.
Suellenſis, hodie eſt unitus Calaritan.

Archiepiſcopus Turitan. hos habet Suffraganeos.

Sorrenſis.

Plonatenſis.
Ampurienſis.
Giſacenſis, vel Girardenſis.
Caſtrenſis.
Othauenſis, uel Othaicenſis.
Boſanenſis.

Archiepiſcopus Alborenſis hos habet Suffraganeos.

Vſſellenſis.
Sanctæ Iuſtæ.
Terræ albæ.
Ciuitanenſis.
Galtellinenſis. Iſti duo ſunt exempti.

In Flaminia, & Lombardia.

Archiepiſcopus Rauennas hos habet ſuffraganeos.

Adrienſis.
Comaclenſis.
Ceruienſis.
Foroliuienſis.
Forompilienſis.
Velliuienſis.
Ceſenatenſis.
Sarenienſis, uel Sarſinatenſis.
Fauentin.
Imolenſis.
Mutinenſis.
Bononienſis.
Reginenſis.
Parmenſis.
Barcinenſis.

Archiepiſcopus Mediolanenſis, non habet ſuffraganeos.

Bergomenſis.
Cremonenſis.
Nouarienſis.
Ipporegienſis.
Aſtenſis.
Albenſis.
Saonenſis.
Vintimilenſis.
Papienſis.
Ferrarienſis.
Iſti duo ſunt exempti.

Brixienſis.
Laudenſis.
Vercellenſis.
Vigleuienſis.
Aquenſis.
Terdonenſis.
Albinganenſis.
Placentin.

Archi-

Archiepiſcopus Taurinenſis hos habet Suffraganeos.

Caſalen. Salutiarum.
Montiſregalis.

In Dalmatia ſupra mare.

Patriarchatus Aquilegienſis hos habet Suffraganeos.

Mantuanenſis. Cuman.
Tridentinenſis. Veronenſis.
Marauenſis. Paduanenſis.
Vincentinenſis. Teruiſinenſis.
Concordienſis. Cenetenſis.
Feltrenſis.
Bellunenſis. Iſti duo ſunt vniti.
Polanenſis, vel Ponenſis.
Parentinenſis.
Trieſtinenſis, vel Tergeſtinenſis.
Comaclenſis, vel Petenenſis.
Capitis Iſtriæ, vel Iuſtinopolitan.
Maorienſis.
Ciuitatis nouæ, vel Emonenſii.

De epiſcopo Vicentino aliqua dicentur. Et in primis, quia modò vocatur Vicentinus, modò Vicentinus, credendum eſt pro veritate denominandum fore Vincentinum, quia fateor antiquo tempore, vt in libris Ciceronis & lapidibus inuenitur hanc patriam Vincentinorum vocatam fuiſſe. Sed poſteaquàm hæc ciuitas anno ſalutis c c c v. pro patrono ſuſcepit Diuum Vincentium Martyrem: Vincentina ciuitas nominata fuit. Qui igitur Vincentiam nominãt nec antiquo vtuntur nomine, nec deriuato a patrono Diuo Vincẽtio. Et cum impreſsionibus non facile credatur, tutiſsimum eſt ſequi ſtilum antiquum Romanæ Curiæ, quo in Bullis, & reſcriptis apoſtolicis ſemper & aſsiduè ſcriptum fuit epiſcopus Vincentinus, quamuis moderni nũc multi ſcribant epiſcopum Vicentinum.

Et in hanc ſententiam eſt Sebaſtianus Mõticulus Vincentinus I. C. Celeberrimus in ſuo tractatu de inuentario hæredis, c. 10. nume. 466.

Denominatur etiam epiſcopus Vincentinus Dux, Marchio & Comes. Nec ſine ratione, quia habemus Cronicham Baptiſtæ Pagiarini noſtri ciuis, in qua libro primo ſub anno M. L X X X I I I I. ita habetur. Henricus I I I. Romani Imperatoris & ſemper Auguſtus, cum in Italia eſſet, eccleſiam Vincentinam multis donis donauit, vnde in eius priuilegio ſic continetur.

Henricus tertius diuina fauente clementia Romani Imperatoris, & ſemper Auguſtus Eccelino Vincentino epiſcopo multa caſtella dono damus. Eccleſiamque Vincentinam noſtræ defenſionis muniburdium recipimus. Inſuper concedimus & donamus, & de noſtro iure & dominio in ius & dominium eccleſiæ Vincentinæ theatrum noſtri Regni iuris iuxta fluuium ſitum, quod Berga vocatur cum omni integritate, quæ adhuc reſtat. Et ſequitur in eadem cronicha. Epiſcopi verò ſuperioribus annis ab Imperatoribus Ducatus, Marchionatus, ac Comitatus dignitate donati hãc urbem diu cum utriuſque gladii poteſtate & Imperio tenuerunt.

Hæc autem ſunt caſtella ſiue loca, quæ ab Imperatoris ſiue Romanis Regibus ſuperioribus donata ſunt eccleſiæ Vincentinæ cathedrali ſiue dominis epiſcopis, videlicet, Barbaranum, Saluazanum, Nouenta Albeton. Aurelianum, Vincentia, Grancona, Brendulę, Cuſtodia, Altauila, Grumulus, Montedignius, Cornedum, Cluſæ, Maladum, Coculum, Vellum, Arſerium, Sarcedum, prout latius in eorum priuilegio continetur. Et ſequitur in eadem Cronicha.

Anno à ſalute noſtra M. C X I I. Torringus epiſcopus Vincentinus vrbis Imperium habebat, multoſque ciues ei aduerſantes ab vrbe expulit: cum verò populum inter ſe diſsidentem videret ad Brendularum arcem confugiebat.

M. C L I I I I. Federicus Imperatoris cognomento Barbaroſſa confirmauit eccleſiæ Vincentinæ priuilegium, quod Henricus eius patruus conceſſerat Vberto epiſcopo Vincentino. Et ex eadem Cronicha habetur.

Credatium olim oppidum fuiſſe in dominium epõrũ Vincentiæ, ſed ꝑ diſſenſiones,

nes,quas populus cum epiſcopis habuit, deſtructum fuit anno ſalutis MCCCXXX.

Poſſet deſiderari memoriam extare antiquiſsimorum epiſcoporum,vt extat multis in locis, præſertim Patauiò & Verona. Sed cum diœceſis ſit illius epiſcopi, qui primo baptizauit,& Diuus Proſdocimus epiſcopus Patauinus baptizauerit etiam in parte territorii:tunc Vincētini, ac contra diœceſis Vincentina extendatur in territorium Patauinum, & Veronenſe clarum eſt tempore,quo diui Proſdocimus & Zeno baptizabant fuiſſe eodem tempore epiſcopum Vincentinum baptizantem: quamuis ex calamitatibus ciuium memoria non extet.

Habemus tamen ex antedicta cronicha Pagiarini anno ſalutis CCII.fuiſſe Gallum Doctorem inſignem Vincentinum, qui tempore Zepherini Romani Pontif. aduerſus Proculum Montanum hæreticum diſputationem valde vtilem habuit,quod demonſtrat, ciuitatem antea Chriſtianam fuiſſe.

Ac ulterius,vt dictum eſt ſupra, anno ſalutis CCCV. Vincētini cum agnouiſſent Vincentium leuitam natione Hyſpanum beatiſsimi Papæ Sixti diſcipulum apud Valentiam Hiſpaniæ urbem propter Ieſu Chriſti nomen ſumma conſtantia & animi fortitudine martyrium acerbiſsimum paſſum fuiſſe, patronum ac ſuæ urbis defenſorem habere uoluerunt.

Ac eodem fere tempore Felix & Fortunatus fratres natione Vincētini apud Aquilegiam iuſſu Dioclitiani Impe.Martyriū pro Chriſti nomine paſsi ſunt.

In Iſtria ſuper mare.

Patriarchatus Gradenſis hos habet Suffraganeos.

Caſtellanenſis, uel Venetiarum.
Torcellanenſis.
Equilenſis,vel Enſulan.
Caprulienſis.
Clodienſis.
Ciuitatis nouæ.

In Sclauonia.

Archiepiſcopus Iadrenſis hos habet ſuffraganeos.

Auſarenſis.
Veglenſis.
Arbenſis.

Archiepiſcopus Spalatenſis hos habet Suffraganeos.

Traguríenſis.
Tenienſis.
Scardonenſis.
Tennenſis.
Nonenſis.
Almiſienſis.
Sibinicenſis.
Farenſis.

Archiepiſcopus Raguſin. hos habet ſuffraganeos.

Stagnenſis.
Roſſonenſis,vel Boſſononenſis.
Tribunienſis.
Catharenſis.
Bacenſis.) coniuncti.
Roſenſis.)
Biduanenſis.

Archiepiſcopus Antibarenſis hos habet Suffraganeos.

Dulcinenſis.
Suacinenſis.
Driuaſtenſis
Polaſtrenſis.
Scodrenſis.
Arbenſis.
Sardenſis.
Surtarēnſis,vel Acittarenſis.

In Regno Vngariæ.

Archiepiſcopus Strigonienſis hos habet Suffraganeos.

Agrienſis.
Nicienſis.
Vacienſis.

Quin-

Quinque Eccleſienſis.
Veſprimienſis. Laurienſis.

Archiepiſcopus Collocenſis hos habet Suffraganeos.

Zagabrienſis, uel Zagrabienſis
Tranſiluanenſis, Viſemburgenſis
Voccadrenſis. Cenadienſis
Suinienſis. Boſnenſis

In Regno Poloniæ.

Archiepiſcopus Guerzenſis hos habet Suffraganeos.

Vratislauienſis. Lubricenſis.
Vanienſis eſt exemptus.
Plorenſis. Cracouienſis.
Poznauienſis. Mazouienſis.
Pomeuarienſis, vel Vadiſlanienſis.

In Alemania.

Archiepiſcopus Maguntin. hos habet Suffraganeos.

Pragenſis caput regni Boœmiæ.
Marouienſis, vel Olomenſis.
Fiſtetenſis.
Herbipolenſis.
Conſtantienſis.
Curienſis.
Argentinenſis.
Spirenſis.
Vormacenſis.
Verdenſis.
Hildeshemenſis.
Halberſtatenſis.
Paldeborenſis.
Bambergenſis eſt exemptus.

Archiepiſcopus Colonien. hos habet Suffraganeos.

Leodienſis.
Traiecten. Arch.
Monaſterienſis.
Mindenſis.
Oſnaburgenſis, vel Oſemburgenſis.

Archiepiſcopus Bremenſis hos habet Suffraganeos.

Barduicenſis, nunc deſtructus.
Cadeburgenſis, uel Conuermen.
Lubicenſis.
Auernien. vel Mihiliburgen.

In Liuonia, & Pruſsia.

Archiepiſcopus Rigenſis hos habet Suffraganeos.

Oliſienſis. Trabatenſis.
Curomenſis.

De inſula ſanctæ Mariæ in Pruſſia.

Lithonienſis.
Zimalienſis.
Vermenſis.
Pomezanienſis.
Sambienſis.
Culmenſis, uel Curladenſis.

Archiepiſcopus Magdeburgenſis hos habet Suffraganeos.

Huergenſis.
Brandeburgen.
Miſnen. uel Miſen.
Manſeburgienſis.
Citen. vel Neuburgen.

Archiepiſcopus Salſeburgenſis hos habet Suffraganeos.

Patauienſis.
Ratiſponenſis.
Friſrenen. vel Fiſingen.
Gurcenſis.
Briſinenſis.
Sequouenſis.
Reinen. uel Enimo. de nouo creat.
Lauendinen. uel Lauentin.

Archiepiſcopus Treuerenſis hos habet Suffraganeos.

Metenſis.
Tullenſis.
Virdunenſis.

In Burgundia, & Sabaudia.

Archiepiſcopus Biſuntin. hos habet Suffraganeos.

Baſilienſis.
Lauſanenſis.

Belli-

Bellicenſis.

Archiepiſcopus Tarentaſienſis hos habet Suffraganeos.

Seduenſis. Auguſtenſis.

In Prouincia Prouinciæ.

Archiepiſcopus Eduenſis hos habet ſuffraganeos.

Dignenſis. Nicienſis.
Graſſenſis. Glaudatenſis.
Senetenſis. Vencienſis.

Archiepiſcopus Aquenſis hos habet ſuffraganeos.

Aptenſis. Regenſis.
Foroiulienſis. Vanicenſis.
Siſtaricenſis.

Archiepiſcopus Arelatenſis hos habet Suffraganeos.

Maſilienſis. Auinionenſis.
Vaſionenſis. Auraſicenſis.
Tricaſtrinenſis. Carpetoracenſis.
Cauallicenſis. Tholonenſis.

Archiepiſcopus Vienenſis hos habet ſuffraganeos.

Valentinen. Dienſem ſunt coniuncti.
Viuarien.
Grationopolitan.
Maurianenſis.
Gebennenſis.

In Francia.

Archiepiſcopus Lugdunenſis hos habet ſuffraganeos.

Eduenſis.
Matiſconenſis.
Gabilonenſis.
Lingonenſis.

Archiepiſcopus Seno. hos habet Suffraganeos.

Pariſienſis.
Carnotenſis.
Aurelianenſis.
Niuernenſis.
Antiſiodorenſis.
Træcenſis.
Meldenſis

Archiepiſcopus Rhemenſis hos habet Suffraganeos.

Sueſsionenſis.
Cathalonenſis.
Cameracenſis.
Tornacenſis
Morinenſis.
Attrebatenſis.
Ambianenſis.
Nouionenſis.
Siluenatenſis.
Beluacenſis.
Laudunenſis.

In Normandia.

Archiepiſcopus Rothomagenſis. hos habet Suffraganeos.

Baiocenſis.
Abrincenſis.
Ebroicenſis.
Sagienſis.
Lexouienſis.
Conſtantienſis.

In Britannia.

Archiepiſcopus Turonenſis hos habet Suffraganeos.

Cenomanenſis. Nannetenſis.
Cariſopitenſis. Venetenſis.
Leonenſis. Treeorenſis.
Andegauenſis. Briocenſis.
Maclouienſis. Redonenſis.
Dolenſis.

In Ducatu Aquitaniæ.

Archiepiſcopus Bituricenſis, hos habet ſuffraganeos.

Claromontenſis. Ruthenenſis.
Lemouicenſis. Mimatenſis.
Albienſis. Caſurcenſis.
Caſtrenſis. Vabrenſis.
Tutellenſis. Sancti Flori.
Anicienſis eſt exemptus.

Archi-

Archiepiſcopus Tholoſanus hos habet Suffraganeos.

Pictauienſis. Xantonenſis.
Engoliſmenſis. Petragoricenſis.
Agennenſis. Condomienſis.
Mallacenſis)
Lucionenſis) de nouo creati.
Salatenſis)

¶ Ante Ioannẽ XXII. Archiepiſcopus Tholoſanus erat Ephiſcopus: & quia vnicus paſtor tantæ multitudini populi quanta fœcundauit Altiſimus ciuitatem & diœceſim Tholoſam ſingulorũ uultũ nequibat inſpicere: Et in redditibus plurimum abundabat, neç extabat memoria aliquid peruenifse in Diuini cultus augumentum à Ioanne XXII. Papa eximitur à ſubiectione Archiepiſcopi Narbonen. & in nouam Metropolim erigitur: & pro ſuffraganeis eccleſiis tunc deputauit quatuor Villas in nouas ciuitates erectas, adiecta etiam Appaminarum ecclesia, ac ſtatuit Pont. vt Tholoſana Metropolis de bonis & iuribus dicti quondam Epiſcopatus Tholoſani ipſi Tholoſano decem milia, & ſingulis aliis quatuor eccleſiis quinque milia librarum Turonen. annui redditus & perpetui prouentus percipiant. Extrauagan. 5. de præbend. & dignitati. in communibus.

In Vaſconia.

Archiepiſcopus Auxitan. hos habet ſuffraganeum.

Aquenſis.
Ledroenſis.
Conuenarum.
Conſeranenſis.
Taruienſis.
Olorenſis.
Vaſatenſis.
Baionenſis.
Laſcurenſis.
Adurenſis.

In Gotia.

Archiepiſcopus Narbonenſis hos habet ſuffraganeos.

Carcaſſonenſis. Bitercenſis.
Agathenſis. Ledouenſis.
Sancti Pontii Thomeriarum.
Electenſis.
Nemanſenſis.
Magalonenſis.
Vticenſis.
Elnenſis.

In Regno Aragonum.

Archiepiſcopus Tarraconenſis hos habet Suffraganeos.

Barchinonenſis. Gerundenſis.
Vicenſis. Illerdenſis.
Vrgellenſis. Dertuſenſis.
Valentinenſis.
Maioricenſis.

Archiepiſcopus Cæſaraugustan. hos habet ſuffraganeos.

Oſcenſis. Tiraſonenſis.
Pampilonenſis. Calaguritan.
Segobricenſis.

In Regno Caſtellæ, & Legionis,

Archiepiſcopus Toletanus hos habet ſuffraganeos.

Seguntinenſis. Oxomenſis.
Burgenſis. Palentin.
Segobſenſis. Conchenſis.
Cordubenſis. Carthaginenſis.

Archiepiſcopus Compoſtellanus hos habet Suffraganeos.

Abulenſis. Placentinenſis.
Salamantin. Elborenſis.
Caurinenſis. Vlixbonenſis.
Legionenſis.)
Ouetenſis.) exempti.
Samorenſis. Ciuitatenſis.
Egitanenſis. Lamentenſis.
Pacenſis.

In Regno Portugaliæ.

Archiepiſcopus Bracharenſis hos habet ſuffraganeos.

Portugalenſis caput regni.
Columbrienſis.
Viſenſis.
Aurienſis.
Tudenſis.
Lucenſis.
Aſtoricenſis.
Mindonienſis.

Archiepiſcopus Iſpalenſis hos habet Suffraganeos.

Gienenſis.
Godicenſis,uel Gaden.
Siluenſis.
Mariochitan. in Aphrica.
Rubicenſis.

In Regno Angliæ.

Archiepiſcopus Eboracenſis hos habet Suffraganeos.

Dulenenſis.
Barleobenſis.

Archiepiſcopus Cantuarienſis hos habet Suffraganeos.

Londouienſis.
Roffenſis.
Ciceſtrenſis.
Exouienſis.
Vinconienſis.
Vellenſis.) vniti.
Marthonienſis.)
Garesbienenſis.
Vuigornienſis.
Herefordenſis.
Conuertenſis.) coniuncti.
Lichefeldenſis.)
Lincolinenſis.
Noruicenſis.
Helienſis.
Menenenſis.
Laudanenſis.
Bangorenſis.
De ſancta Aſaph,ſiue Aſſanen.

In Regno Hyberniæ, ſiue Iſlandiæ.

Archiepiſcopus Armachan. hos habet ſuffraganeos.

Dundelegalenſis.
Lugundunenſis.
Mirdenſis.
Conuarenſis.
Argadenſis.
Bachabonenſis.
Bathugurenſis.
Damligiriarenſis
Darcikienſis.
Cluanenſis.
Dondalerkglan.
Lumidinenſis.
Tubernenſis.
Cluenaria.
Drumorenſis.

Archiepiſcopus Dublanenſis hos habet ſuffraganeos.

Gledoralenſis. Fetruenſis.
Offorienſis. Leglinenſis.
Rildarenſis,uel Darendis.

Archiepiſcopus Caſſelenſis, hos habet ſuffraganeos.

Laonienſis, uel Linuricenſis.
Finabrenſis.

De Inſula Catai.

Dexerua. Imilicenſis.
Roſſenſis. Vatrafordenſis.
Liſinorenſis. Clonenſis.
Corxarenſis. Deroſaylichit.
Lumbricenſis.

Archiepiſcopus Tuanienſis hos habet Suffraganeos.

Duacenſis. Demageo.
Guachdunenſis. Deroſcomon.
Decholam. Clonfertenſis.
Achadenſis. Alachdenſis.
Detelmunduach.
Elſinenſis.

In Regno Daciæ.

Archi-

Archiepiſcopus Lundenſis, Sueti&que primas hos habet ſuffraganeos.

Roſtrildenſis.	Othomenſis.
Seſtleuicenſis.	Ripenſis.
RaueIienſis.	Vuibergienſis.
Aruſienſis.	Burhlanenſis.

In Regno Noruegiæ.

Archiepiſcopus Nidroſienſis hos habet ſuffraganeos.

Bergenſis.
Stauagienſis.
Hemetenſis.
Asloenſis.
Horcadenſis.
Pharenſis.
Sodrenſis.
Greualadienſis.
Eaenſis.
Scolarenſis.
Olenſis.
Grandenſis.
Nellandenſis.

In Regno Suetiæ.

Archiepiſcopus Vpſalenſis hos habet ſuffraganeos.

Scarenſis.	Lincopenſis.
Stirunienſis.	Agurienſis.
Aloenſis.	Vaxionenſis.
Abdenſis.	

In Regno Scotiæ.

Archiepiſcopus Sancti Andreæ hos habet Suffraganeos.

Glaſquenſis.	Ergadienſis.
Candidæ caſæ.	Catanenſis.
Abredonenſis.	Dumblanenſis.
Brichinenſis.	Murenenſis.
Roſſenſis.	Dumxeldenſis.
Glauidenſis.	

In Regno Sardiniæ.

Archiepiſcopus Calarita. hos habet Suffraganeos.

Sulcienſis, vel Sulcitan.
Dolenſis, vel Dolienſis.
Suellenſis.

Turitanus Archiepiſcopus hos habet Suffraganeos.

Sorrenſis.
Plonaccenſis.
Ampurienſis.
Giſardenſis.
Caſtrenſis.
Othanenſis.
Roſan.

Archiepiſcopus Arborenſis hos habet Suffraganeos.

Vſelenſis.
Sanctum Iuſtum.
Terræ albæ.
Ciuitatẽſis eſt exemptus.
Galcellinenſem.

In Vltramarinis partibus, & quæ tenentur ab infidelibus.

Patriarcha Hieroſolymitanus hos habet Suffraganeos.

Ebronenſis.
Lidenſis
Aſcalonenſis, qui dicitur Bethleem.

Archiepiſcopus Tyrenſis hos habet Suffraganeos.

Aconenſis.
Sidomenſis.
Bericenſis, vel Bencenſis.
Pencenſis, uel Paueadenſis.

Archiepiſcopus Cæſareæ hunc habet Suffraganeum.

Sabaſten. qui alias dicitur Samaria.

Archiepiſcopus Nazarenus hunc habet Suffraganeum.

Thiberiadienſis.

Patracenſis Archiepiſcopus nullum habet ſuffraganeum.

In Patriarchatus Antiochen. ſunt CLIII. Eccleſiæ Cathedrales, ad inſtar illius verbi Euangelici, impletum eſt rete magnis piſcibus CLIII. de quib. his temporib hos habet Archiepiſcopos, qui inferius annotantur.

Suffraganei verò ſunt iſti.

Cabulenſis. Laodicenſis.
Anencendenſis. Tripolitan.
Biblien. qui dicitur Gibiler..

Archiepiſcopus Tarſen. nullum habet ſuffraganeum.

Archiepiſcopus Edeſen. qui aliàs dicitur Rex Medorum, nullum habet ſuffraganeum.
Archiepiſcopus Apparien. hunc habet ſuffraganeum.

Valanienſis.

Archiepiſcopus Tulupden. qui aliàs dicitur Elioſepolitan. nullum habet ſuffraganeum.
Archiepiſcopus Conzen. nullum habet ſuffraganeum.
Archiepiſcopus Manuſtren. nullum habet ſuffraganeum.

Iuxta traditiones veterum & etiam quædam ſcripta, quæ auctoritatem habent non mediocrem apud Paleſtinos, & maximè Græcos: Ieroſolymitana Eccleſia vſque ad tempora Diui Iuſtiniani Auguſti Epiſcopum habuit nulla vel modica dignitatis prærogatiua gaudenſem. Tempore verò prædicti principis, congregata eſt Synodus generalis apud Conſtantinopolim tempore Domini Vigilii Papæ, Elicii Conſtantinopolis, Apollinarii Alexandrini, Dom. Euſtachii Antiochenſis Patriarcharum ſuper trib. capitulis, videlicet ſuper ſcriptis Theodorici Thiſil. Item ſuper ſcriptis Theodorini Mopſueſtæ, & epiſtola Hibæ ad Marim Perſam. In qua Synodo poſt alias eccleſiæ Dei neceſſarias inſtitutiones, quas pro tempore promulgandas decreuerat, ſanctorum patrum, qui ad eam conuenerant, auctoritate prædicta Deo amabilem honorare eccleſiam, & eius Epiſcopo locum inter Patriarchas dare communi ſanxit voluntate, reuerentiam exhibens Sanctæ Reſurrectionis: & quoniam prædicta Dei ciuitas Ieruſalem, & ciuitas quaſi in limitibus Alexandrini, & Antiocheni Patriarcharum erat, nec haberent vnde illi vrbes ordinarent ſuffraganeos, niſi vtrique Patriarchæ aliquid detraheretur, viſum eſt expediens ab utraque aliquid de corpore, vt eidem iuxta formam aliorum Patriarchatuum ordinarent ſubiectos. Subtraxerunt ergo Antiocenſem, Cæſarienſem & Supolitanen. Metropolis. Alexandrinum vero Raquibenſem, qui eſt hodie Patracenſis, vbi non eſt Archiepiſcopus Metropolitanus. & quonam eũdem Patriarcham oportebat habere præter ſupradictos Metropolitanos familiares ſuffraganeos, ſubtraxerunt prædictis Metropolitanis quoſdam Epiſcopos & quoſdam de nouo creauerunt vſque ad XXV. quorum vrbium numerum, & nomina computatis prius Metropolitanis, & eorum ſuffraganeis ordo eſt talis.

In Paleſtina.

Prima ſedes Cæſarea Manconia, quæ & Paleſtin. vocatur, quam readificauit Herodes, ſub hac ſunt Epiſcopatus decem & octo.

Semantipadrida.
Yamas, id eſt, Arſur.
Nicopolis.
Sorucis.
Rafias, aliàs Rabos.
Regum Apogos.
Regum Serico.
Regum Homas.
Bemmemgãdaron.
Adotus Regum.
Pamlias. i. Palmenum.
Aziotus typum.
Ephromaſon.
Eſtilion.
Tricomias.
Toxus, vel Trexus.
Scalcum.
Conſtantunaquis.

In

In Galilæa.

Sedes ſecunda Seitopolis, ſed hodie ob venerationem Annunciationis Dominicæ, & Natiuitatis Beatæ Mariæ Virginis trãslata eſt ſedes ad Nazareth.

Sub hac ſunt Epiſcopatus IX. videlicet.

Capitelidos.	Miru.
Gedeum.	Pelon, uel Pilen.
Mulius.	Yppus.
Tretacomas.	Climangaulanus.
Comanas.	

In Arabia, & Syria.

Sedes tertia Vetera Arabiæ. Sub hac ſunt Epiſcopatus XXXV.

Adraſon.	Neiu.
Ierapolis.	Neupolis.
Phenuſtus.	Conſtandas.
Tricomias.	Saltum.
Exacconnas.	Comogonias.
Comaſtanis.	Comocoreatus.
Comonilutinos.	Conuſueatis.
Conuſeraconas.	Diaſreraſon.
Philodelphios.	Eſuis.
Philopopoles.	Dionyſias.
Pontaconicas.	Canofados.
Vocaneos.	Conuſeraconas.

Suffraganeorum prima Ledda, quæ eſt hodie ſanctus Georgius.

Ioppe, ideſt, Iaffe.

Aſſaon.	Meunas.
Neapolis.	Iericuntus.
Tyberiadis.	Legionum.
Capicolmo.	Maittonen.

Nazareth, ubi hodie eſt Archieſcopus.
Tabor, ubi Transfiguratus eſt Chriſtus.

Caraca, vel Petra.	Hadraga.
Helrenopolis.	Fram.

Monſina, ubi in pedemontis eſt Abbatia in vertice Epiſcopatus.

Hæc eſt ordinatio ſub Apoſtolica ſede Antiochiæ Catholicorum Metropolitanorum Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum.

Catholicus Yrampolis, quæ eſt Baldoch.
Catholicus, qui eſt perfidus.

Sedes prima ſecundæ ordinationis, ſub hac ſede ſunt hij Epiſcopatus.

Porphireon.	Plomaidis.
Sidon.	Sarepta.
Biblium.	Berion.
Orchoſia.	Beritus.

Secunda ſedes ſecundæ ordinationis Tharſus, ſub hac ſede ſunt hij Epiſcopatus.

Sebaſtis.	Mallos.
Tina.	Thoricos.
Poderados.	

Sedes tertia Edeſſa, ſub hac ſunt hij Epiſcopatus.

Virromi.	Conſtantia.
Carron.	Matropolis.
Vachaon.	Cedmaron.
Intheria.	Querquenſia.
Tapaſaron.	Calimicos.

Sedes quarta Appamia, ſub hac ſunt hij Epiſcopatus.

Epiphania.	Lariſſa.
Riphania.	Valanea.
Archuſa.	

Sedes quinta Ierapolis, ideſt Malbech, ſub hac ſunt hij Epiſcopatus.

Scuma.	Sunon.
Varnallis.	Neoſemea.
Petri.	Errimon.
Balichi.	Europi.

Sedes ſexta Roſtra, ideſt, Buſelech, ſub hac ſede ſunt hij Epiſcopatus.

Ceraſon.	Philadelphia.
Auſcadon.	Zotoyma.
Hetri.	Yem.
Parambo.	Dionyſia.
Neylon.	Lorea.

In Armenia.

Sedes ſeptima Anauerſa, ſub hac ſunt hi Epiſcopatus.

Epiphania.	Roſſos.
Alexandres.	Ymorpolis.
Camprifopolis	Flamas.

Caſtanelli. Eguas.
Siria.

Sedes octaua Seluiſia, ſub hac ſede ſunt hi Epiſcopatus.

Claudiopolis. Diocefaria.
Oropi. Dalixandos.
Senila. Kelenderis.
Anemori. Sicopolis.
Lamos. Antiochia parua.
Irmopolis. Nephelia.
Riſtra. Yompi.
Philadelphia parua.
Germanico. Mobda.
Domeciopolis Zinoepolis.
Adraſon. Miloi.
Neapolis.

In Syria.

Sedes nona Damaſcus, ſub hac ſede ſunt Epiſcopatus innumerabiles.

Pamiponi. Laudacia.
Guuakonechora. Zabrudaldanabi.

Archiepiſcopus Tornualentis, qui eſt primus totius Bulgariæ, & nullum habet Suffraganeum.
Archiepiſcopus Velesbudien.

Archiepiſcopus Profexalmſis hos habet Suffraganeos.

Scopien. Pizrienſem.
Budinenſis, vel Bruſiberenſis.
Luoſienſem. Brunciberenſem.

In Romania.

Eccleſia Conſtantinopolitana hos habet Suffraganeos.

Colubrienſem. Naturenſem.
Spigacenſem. Dorkenſem.
Pauadenſem. Calcedonenſem.

Archiepiſcopus Iracblienſis hos habet Suffraganeos.

Redeſeonenſis Periſtacienſis
Galipolenſis. Darnenſem.
Curlotenſem. Archadopolitan.
Miſsinenſem.

Archiepiſcopus Patracen. hos habet Suffraganeos.

Lapſacenſem.

Dinenſem de Sallaria.

Archiepiſcopus Squiſicen. vltra brachium ſancti Georgij hos habet Suffraganeos.

Troianum. Andrunicanum.
Iacorenſem. Decandimonia.
Lupudienſem. De Epigonia.
Libarienſem.

Archiepiſcopus Veriſien. hos habet Suffraganeos.

Roſsionenſem Aprenſem.
Ripſalenſem.

Madricenſis Archiepiſcopus, & Adrinopolitanus Archiepiſcopus, nullos habet Suffraganeos.

Traianopolitan. Archiepiſcopus vnum habet Suffraganeum.

Auienſem.

Malziacen. vnum habet Suffraganeum.

Maronenſem.

Meſſipolitan. Archiepiſcopus hunc habet Suffraganeum.

Xanocienſem.

Philippenſis Archiepiſcopus hos habet Suffraganeos.

Criſtopolitanum. Dragonenſem.
Criſopolitanum.

Archiepiſcopus Serreſſ. nullum habet Suffraganeum.

Archiepiſcopus Theſſalonicen. hos habet Suffraganeos.

Citren. Verienſem.

Archiepiſcopus Lariſſenus hos habet Suffraganeos.

Dinutrien. vel Dinutricen. Almurēſem.
Cardicenſem. Nazarocenſem.
Sidonienſem. Dinucenſem.

Archiepiſcopus Neopatenſis hos habet Suffraganeos.

Lariaten. vel Lauacen.

Archi-

Archiepiſcopus Thebanen. hos habet ſuffraganeos.

Zorocemenſis. Caſtorienſis.

Archiepiſcopus Athenienſ. hos habet ſuffraganeos.

Termopilenſis. Daualienſis.
Salonenſis. Nigropontenſis.
Albelonenſis. Reouenſis.
Molgarenſis. Eginnenſis.

Archiepiſcopus Corinthien. hunc habet ſuffraganeum.

Arguinenſis.

Archiepiſcopus Patracenſis hos habet ſuffraganeos.

Colonienſis. Mothonenſis.
Coronenſis. Amiclenſis.
Andreuillenſis.

Archiepiſcopus Corſienſ. non habet ſuffraganeum.
Archiepiſcopus Duracenſis non habet ſuffraganeum.

In Inſula Creten.

Archiepiſcopus Cretenſis hos habet ſuffraganeos.

Kirokenſis. Archadienſis.
Gerapetrenſis. Sicinenſis.
Milopotanienſis. Arienſis.
Calamonienſis. Agienſis.
Riſſanienſis.

Archiepiſcopus Atridenſis hos habet ſuffraganeos.

Caſenſis. Scopulenſis.
Napronenſis. Margaricenſis.

Archiepiſcopus Soltanienſis hos habet ſuffraganeos.

Helenenſis. Sudenſis.
Monouaſienſis. Tauriſienſis.
Marrochitanienſis.

Archiepiſcopus Voſprenienſis hos habet ſuffraganeos.

Thephelienſis. Matrehen.
Cerſon.

Archiepiſcopus Colloſſen. qui dicitur Rhodonaen habet ſuffraganeum.

Archiepiſcopus Cambalien. in dominio Tartarorum, non habet ſuffraganeum.

Tempore Pipini regis Francorum fuit compoſita hæc deſcriptio.

Ex parte Aegypti detinet Soldanus ſuper maritimam ſenlonam, vbi fuit tempore Græcorum ſedes Archiepiſc.

Item detinet Gazarum, & Varonem, quæ fuerunt caſtra Templariorum, & fuit ſedes Epiſcopalis tempore Græcorum.
Verſus Ieruſalem detinet Sebaſten, quæ fuit, & eſt ſedes Epiſcopalis.
Item detinet Neapolim, quæ eſt una cum terra Sebaſten. antiquitus Samaria dicebatur.
Item detinet grande Gericum, & Caſtrum planorum, & Caſtrum Falbarum, quæ fuerunt Caſtra nobiliſsima tẽplariorum, hæc omnia detinet cum pertinentiis ſuis.
Verſus Arabiam, & in Arabia detinet Ebron quæ nunc ſanctus Abraham nuncupatur, & eſt ſedes Epiſcopalis.
Item Caſtrum nobiliſsimum, quod Caphila dicitur.
Item Patracen. Cumaten. & Archiepiſcopalis ſedes, quæ nunc Eracum vulgariter nuncupatur.
Item Caſtrum montis regalis & Sebe cum pluribus aliis Caſtris quorum nomina ignorantur, & hæc terra debet eſſe filiæ principis Pipini, & protenditur à Ieruſalem per XVI. dietas.
Itẽ vallem de moſſa, quæ eſt pars Idumeæ, & hæc eſt verſus Damaſcum vbi ſunt plura Caſtra & villæ, quorum nomina ignorãtur, & debent eſſe domicellę prędictæ,
Item verſus Atton, & verſus Nazareth caſtrum Saporiæ, quod fuit regis.
Item montem Tabor, & Caſtrum Burię, quę fuerunt Abbatis dicti montis.
Item ciuitatem Vaim, vbi olim fuit ſedes Epiſcopalis.
Item Bethſaidam ciuitatẽ Petri & Andreæ.
Item caſtrum, quod bellum videre dicitur, quod fuit hoſpitalis Ieroſolimitani.
Item in terra de Gor, vbi fuit Sodoma & Gomora, caſtrum quod Mareſcalcia dicitur, quod fuit dicti regis.
Item Iericho, quod fuit Abbatiſſæ ſancti Lazari de Bethania, & diſtat ab hac parte

Ieruſalem per ſeptem leucas.
Item ſupra mare Gallilææ ciuitatem Tyberiadis, quæ eſt ſedes Epiſcopalis & protẽditur hæc terra per duas dietas, & amplius, & hæc omnia detinet cum pertinentiis ſuis.
Item verſus Arabiam ex hac parte caſtrum quod dicitur Cauadeſuet quod eſt Fluuius, qui iuxta Tyberiadim fluens Fluuio Iordanis iungitur. Dominus autem Tyberiadis eſt princeps Gallilææ.
Item Tyron & Accon verſus montanam, Caſtrum Saphet quod fuit templariorũ.
Item Caſtrũ Nouum quod fuit domini Tyronis, quod eſſe debet filiæ dicti principis.
Item vadum Iacob quod eſt templariorũ.
Item Cæſaream Philippi, quod Bellinas vulgariter appellatur, & eſt Epiſcopalis ſedes; & debet eſſe filiæ dicti Principis, & hæc terra protenditur per vnam dietã ſupra Tirum in Cauas maximas.
Item Epiſcopatum Symoden. Caſtrũ, quod Belfeth dicitur & Canam Belciaſſem, & protẽditur hæc terra per dietam & plus.

In Aphrica.

Qui colliguntur ex Concilijs Aphricanis.

Archiepiſcupus Tingenſis.
Septenſis. Feſſenſis.
Bugienſis.
Cyrenenſis, qui dicitur Bonandrenſis.
Hipponenſis.

Archiepiſcopus Carthaginenſis ſiue Tuniſenſis.

Tripolenſis. Baianenſis.
Capritanenſis. Baienſis.
Baſilitanenſis. Sebaſtianenſis.
Vſulenſis. Eſtuagenſis.
Martirienſis. Calamenſis.
Conſtantin. hodie. Madaurenſis.
Tagaſtenſis. Seleniſeliatenſis.
Abriritanenſis. Neopolitanẽſis.
Vticenſis. Vſiparenſis.
Verenſis. Lacurarienſis.
Adrumentinenſis. Sunenſis.
Maſsylitanenſis. Aquiſregni.
Fulſiculenſis. Sitiphenſis.
Horocellorum. Opoenſis.
Aurenſis. Abiritanenſi.
Ruſurenſis. Icoſitanenſis.
Puſquilenſis. Vuilenitanenſis.

Et eſt ſciendum quòd in primitiua Eccleſia fuit aſsignatum & determinatum per dominum Papam, & de conſilio fratrum ipſius, quomodo deberent venire ad Eccleſiam Romanã pro ſoluendo tributo domino Papæ. Et hoc de exemptis intelligitur, & aliarum Eccleſiarum Prælatis, vel per legitimos procuratores ipſarum Eccleſiarum, Monaſteriorum, & locorũ aliorum religioſorum ſeu domorum, & de filiis; quæ tenent feudum à dicta Romana Eccleſia. Et ita deſcribitur ad ſoluendum tributum.

Apuli, Italici, ſingulis annis quando curia eſt vltra montes: quandò verò citra, ſingulis bienniis.
Gallici prouinciales, Cathalani ſingulis bienniis quando curia eſt vltra montes. quando verò curia eſt circa montes, ſingulis annis.
Theutonici, Vngari, Siculi, ſingulis bienniis.
Anglici, Hiſpani, ſingulis trienniis.
Vltramarini ſingulis quadrienniis.

Imperatores Chriſtianorum.

Imperator Romanorum.
Imperator Conſtantinopolenſis.

Reges Chriſtianorum.

Rex Francorum. Rex Angliæ.
Rex Caſtellæ & Legionis.
Rex Ciciliæ. Rex Aragonum.
Rex Vngariæ. Rex Portugaliȩ.
Rex Maioricarum. Rex Nauarræ.
Rex Armeniæ. Rex Cypri.
Rex Scotorum. Rex Sardiniæ.
Rex Daciæ. Rex Noruueyæ.
Rex Trinacliæ. Rex Bohemiæ.
Rex Poloniæ.
Rex Suetorum, vel Suætiæ.

In

In Ibernia.

Catholicus Comachiæ.
Rex Colonienſis. Rex Minauiæ.
Menæ, Cathelinæ. Ibi hodie non ſunt reges, ſcilicet, tota Ibernia eſt ſub rege Angliæ.

Iſti ſunt ſeudatarij Eccleſiæ Romanæ.

Rex Siciliæ.
Rex Sardiniæ.
Rex Ieroſolimitan.
Rex Aragonum.
Rex Vngariæ.

Dominus Clemens Papa V. fecit fratrem Ioannem de monte Coruino ordinis minorum exiſtentem in dominio Tartarorum Archiepiſcopum Cambalienſis in partibus Orientis, & fecit conſecrari in curia nouem fratres eiuſdem ordinis in Epiſcopos, quos miſit ad partes illas Suffraganeos, & in auxilium ipſius Archiepiſcopi, & fuit ſibi miſſum Pallium de Curia, & ordinatum etiam quòd eſſet pro ſucceſſore propter loci diſtantiam.

Dominus Ioannes Papa XXII. fecit quendam de ordine Prædicatorum Archiepiſcopum. Soltamen. in partibus Aquilonis, & eodẽ modo miſit ſibi ſeptẽ fratres ipſius ordinis pro Suffraganeis, quos fecit conſecrari in Curia in Epiſcopos, & fuit ſibi miſſum pallium ſucceſſorum, vt ſupra.

Et eſt ſciendum, quòd hodie non ſunt plures Eccleſiæ Patriarchales, ſeu Epiſcopales, niſi de nouo crearentur per ſedem Apoſtolicam.

12 In Eccleſiis autem cathedralibus ſunt Canonici, quorum aliqui habent officia & dignitates. Archidiaconus, Archipresbyter, Præpoſitus, ſiue Decanus, Primicerius, & Theſaurarius.

13 Sunt ulterius Eccleſiæ collegiatæ, quæ & ipſæ habent Canonicos. Poſtea ſunt eccleſiæ Parochiales & per diœceſim, quarum aliquæ ſunt Archipresbyterales, Rectores quarum appellantur rurales Archipresbyteri.

14 Sunt etiam Monaſteria uirorum, Prioratus Præpoſituræ, ac aliæ dignitates conuentuales & præceptoriæ generales diuerſorum ordinum etiam militantium, ac alia Beneficia, quæ ſimplicia ſunt, & diuerſimodè nuncupantur, de quibus multis eſt mentio in regulis Cancellariæ.

DISTINCTIO. PRIMAE. FINIS.

DE ELECTIONE EPISCOPORVM & diſpoſitione omnium beneficiorum,

DISTINCTIO SECVNDA.

16 ROMANI Pontifices generaliter reſeruant ſuæ ordinationi, diſpoſitioni & prouiſioni omnes Eccleſias Patriarchales, Archiepiſcopales, Epiſcopales, nec non omnia Monaſteria uirorum ualorem ducentorum florenorum auri ſecundum communem eſtimationem excedentia.

Quapropter Sum. Pont. Epiſcopos eligit, quamuis aliquibus regibus indultũ ſit; ut habeãt in ſuis regnis denominationẽ.

17 Sed beneficia quæcunquæ conferuntur Tam à Põtifice, quam ab Epiſcopis; quia Papa eſt ordinarius ordinariorum.

18 Si uerò reperitur prouiſum de eodem beneficio & à Pontifice & ab Epiſcopo, pręfertur ille, qui poſſeſsionem adeptus eſt, ſi neuter poſsideat, præfertur prouiſus a Papa. c. ſi a ſede de præbend. in 6.

At ſi prouiſio ordinarii habet horam pręfertur prouiſioni Papæ, ut per Rotam in caſſiadoro deciſ. 20. de præbend.

19 Item reſeruant Pontifices Canonicatus, & præbendas, & eccleſias, cęteraque beneficia cum cura & ſine cura, ſæcularia & regularia quęcunque & qualiacunque fuerint, etiam ſi ad illa perſonę conſueuerint, ſeu debuerint per electionem, ſeu quemuis alium modum aſſummi apud Sedem Apoſtolicam quocunque modo uacantia, nec non per depoſitionem, uel priuationem, ac etiam per obitum Cardinalium, & officialium dictæ ſedis, aut aliorum ad Curiam accedentium, uel ab ea recedentium peregrinationis, infirmatis, aut recreationis, ſeu alia quacunque cauſa, ad quæ uis loca, ſi moriatur in locis ultra duas dietas legales ab eadem Curia non remotis, dummodo eorum proprium domicilium nõ exiſtat ibidem. c. ad regimen 14. de præbend. in communibus extrauagantibus.

Et hęc conſtitutio, quę eſt Benedicti x I I. Semper renouatur in regulis cãcellariæ.

20 Item ex regulis Cancellariæ reſeruãtur diſpoſitioni Põtificis, omnes dignitates maiores poſt pontificales in cathedralibus et metropolitanis Eccleſiis ualorem decem florenorum auri communi æſtimatione excedentes, principales in collegiatis, ac etiã prioratus, præpoſituras, ac alias dignitates ordinum quorumcunque, ſed non militantium. Ac quæcunq; beneficia, quæ ſui & dum Cardinalatus fungebatur honore exiſtentes ac S. R. E. Viuentium, & qui erunt ſuo Tempore Cardinalium familiares continui commenſales obtinent, & in poſterum obtinebunt eorum familiaritate durante; ac in quibus, ſeu ad quæ ius eis competit, aut competierit, etiam ab ipſa familiaritate per obitum cardinalium uel alias deceſſerint: Ac declaratur, dignitates, quæ in cathedralibus etiam metropolitanis poſt pontificales non maiores exiſtunt, & quæ ex Apoſtolicæ ſedis indulgentia, uel ordinaria auctoritate, aut cõſuetudiue præſcripta, uel aliàs quouis modo in collegiatis Eccleſiis principalem præeminentiam habere noſcuntur ſub reſeruatione prædicta comprehendi debere.

21 Item reſeruantur generaliter omnia beneficia eccleſiaſtica quorumcunque collectorum & unicorum in quacunque ciuitate uel diœc. qui ſuo tempore eorum officia exercuerint. Subcollectorum fructuum & prouentuum Camaræ Apoſtolicæ debitorum, Illa uidelicet beneficia duntaxat, quæ durante eorum officio obtinerint, ac in quibus, ſeu ad quæ ius Tũc eis competierit.

Item reſeruantur omnia & ſingula beneficia eccleſiaſtica quorumcunque Curialium, quos dum Curia Romana de loco

ad

ad locum transfertur eam ſequendo decedere contigerit, & in quouis loco quantumcunque etiam a dicta curia remoto.

Item reſeruantur generaliter diſpoſitioni Papæ omnia beneficia cubiculariorum & curſorum ſuorum.

Item reſeruantur generaliter diſpoſitioni Papæ quæcunque Canonicatus & præbendæ, & dignitates, perſonatus & officia in principis Apoſtolorum & S. Ioannis Lateranen. ac beatæ Mariæ Maioris de vrbe eccleſiis: Nec non ad collationem, prouiſionem & præſentationem. S.R.E. Cardinalium à Romana curia abſentium ratione ſuorum Epiſcopatuũ Cardinalatus, ac ipſorum Cardinalium titulorum ſpectantia quandiu abſentia ſua durauerit Canonicatus & præbendę, dignitates, perſonatus adminiſtrationes, & officia, cæteraque beneficia eccleſiaſtica cum cura & ſine cura uacantia & in antea uacatura tam in eadem vrbe, quàm in eccleſiis, ciuitatibus & diœceſibus dictorum Epiſcopatuum conſiſtentia, ac decernitur irritum etc.

22 Ac inſuper ex eiſdem regulis cancellariæ eſt reſeruatio Pontifici omnium beneficiorum cum cura & ſine cura, ſęcularia & quorumuis ordinũ regulariæ qualitercunque qualificata, & ubilibet exiſtentia in antea uſque ad quinquẽnium a die conſtitutionis computãdum in ſingulis Ianuarii, Februarii, Aprilis, Maii, Iulii, Auguſti, Octobris, & Nouembris mẽſibus, aliàs quam per reſignationem extra Romanam curiam quomodolibet uacantia, ad collationem, prouiſionem, præſentationem, electionem ſeu quamuis aliam diſpoſitionem quorumcunq; collatorum, & collatricum, ſæcularium & regularium non tamen S.R.E. Cardinalium, aut aliorum ſub concordatis inter ſedem Apoſtolicam & quoſcunq; alios initis, & per eos, qui illa acceptare debuerunt, acceptatis & obſeruatis.

Gratificatur tamen Epiſcopis, Archiepiſcopis, & Patriarchis pro tempore reſidentibus, & quandiu apud eorum Eccleſias, ſeu in eorum diœceſi reſederint dun taxat, ut facultatẽ habeant liberè diſponẽdi, de quib. uis dignitatib. perſonatib. adminiſtrationib. officiis, canonicatib. & præbendis, ac aliis beneficiis eccleſiaſticis cũ cura & ſine cura, ſæcularibus & quorumuis ordinum regularibus ad eorum collationem, prouiſionem, præſentationem, electionem, ſeu quamuis aliã diſpoſitionem (non tamen ſimplicem inſtitutionem) pertinentibus, quæ inantea in ſingulis Februarii, Aprilis, Iunii, Auguſti, Octobris, & Decembris menſibus uacare contigerit: dummodo aliàs diſpoſitioni Apoſtolicæ generaliter, uel ex generali reſeruatione Apoſtolica affecta non fuerint. At Epiſcopi, Archiepiſcopi, Patriarchæ prædicti intra tres menſes a die publicationis conſtitutionis computandos ſe alternatiuam huiuſmodi acceptare, uel recuſare coram notario publico & teſtibus declarare tenẽtur, alioquin lapſo trimeſtri alternatiua huiuſmodi illis nullatenus ſuffragatur.

23 Eſt etiam reſeruatio Rom. Pont. Si reſignat beneficiũ in manibus ſuę Sanctitatis, & reſignans obierit ex infirmitate infra 20. dies. Nam & ſi collatio nulla ſit: reſignatio eſt tamẽ ualida, & ſolus Pont. de beneficio prouidet ſtante reſeruatione: Vt declarat Lud. Rom. in conſ. 342. & Lud. Gom. in regul. de infirm. reſignant. quæſt. xxxiii.

24 Et beneficia quæcunque ſint diſpoſitioni Apoſtolicæ reſeruata per talem reſeruationem ſunt affecta, ita ꝙ illorum collatio nõ tenet, ſi per alium à Rom. Pont. fuerit facta extrauag. ad Romani. x1111. de præbend. in communibus.

Propterea ſi beneficia aliqua ſedi Apoſtolicæ reſeruata conferuntur à ſede, & contingat etiam de illis alicui etiam conferri ignoranti, & ex hac dimittat beneficia, quæ obtinet, & de illis etiam prouidetur, ſi certiores de reſeruatione, & collatione Pontificis ſine difficultate ea dimittunt, licitè reuertuntur ad ſua priora beneficia collatione quibuſcunque facta non obſtante: Alioquin ſi fecerint difficultatem, ſit ipſis interdicta facultas. c. ſi beneficia. 20. de præben. Sed iſtæ reſer-

ſeruationes de uacantibus apud Sedem expirant mortuo Papa, uel ſi non prouidet de uacante ante mortem, & ordinarius confert utroque caſu. c. ſi Apoſtolica.35. de præben.in 6.

25 Conferuntur etiam ab epiſcopis in caſibus non reſeruatis,ſed beneficium collatum ab epo alicui, antequam diſſentiat ille alteri conferri non poteſt. c.ſi tibi ab ſenti.17. de præbend. in 6.

26 Conferuntur etiam à capitulis mediante electione, de qua materia aliqua dici poſſunt. Vnde poteſtas interdum competit Epiſcopo & capitulo communiter, prout in c. poſtulaſtis, de conceſſ. præb. ſed ad ſuperiorem, niſi ut canonicus ius habeat conferendi. d.c.poſtulaſtis.

Sed mortuo epiſcopo,uel ſuſpenſo,capitulum conferre poterit,& econtra,ſuſpenſo capitulo,uel ſingulariter, omnes maiori excommunicatione innodati epiſcopus confert. c.unico,in princip.ne ſe de vacante. in 6.

Sed beneficia ſpectantia ad collationem Prælati non poſſunt conferri à capitulo ſede vacante c.2. ne ſede vacan. & iudicium habitum ſede vacante contra eccleſiam non tenet. c.fin.eo.

Interdum ſolo Epiſcopo, ſed cum conſilio ſui capituli,uel aſſenſu,& hoc caſu defuncto Epiſcopo ſuſpenſo, niſi ſit in mora in petenda relaxatione ſuſpenſionis capitulum ſe non poteſt intromittere de eiſdem,d.c.unico.§.cum uerò.

Vbi uerò de ſpeciali conſuetudine collatio ad aliquem pertinet cum cõſilio Epiſcopi ſublato ipſo de medio(cum tunc conſilium non poſſit peti)non eſt differenda collatio beneficii; ac idem ſi Epiſcopus egerit in remotis; quia in petendo, uel expectando eius conſilio poſſet uacanti beneficio præiudicium imminere, d.c. vnico. §.vbi uerò.

Sed multis caſibus capitulum confert ſine Epiſcopo, imò conſuetudine poteſt induci; ut electio canonicorum ad ſolum capitulum pertineat, c. cum eccleſia 31. de electio.

Quando autem Epiſcopus cõfert diſiũctim & per ſex menſes conferre diſtulerit, ad capitulum collatio deuoluitur.

Et econuerſo negligente capitulo deuoluitur ad Epiſcopum.c.2.§.cum verò, de cõceſſ.præb.

Sed tempus ſex menſium non currit legitimè impeditis.c.quia diuerſitatem, de cõceſſ. præb.

Item ſi electio non habet effectum ex diuerſis cauſis electi, integrum tempus habetur à die diſſenſus,renunciationis,vel ſimilis cauſæ,ac ſi vacatio noua eſſet. ca. ſi electio.26.de elect.in 6.

Item poterit obtineri diſpenſatio circa collationem factam poſt deuolutionem.ca. pen.de ſuppl.negl.

Sed ſi electio caſſatur non vitio perſonæ electæ, ſed modo electionis, idẽ electus poteſt iterum promoueri etiam in eadem eccleſia.cap.ſuper eo.12.de electio. ſed promotio impeditur, ſi forte ſimoniacæ prauitatis aliquid interceſſiſſe cõſtiterit, d. cap. ſuper eo.§. niſi. & hoc verum, etiam ſi ignorante electo ſimonia commiſſa ſit: quia ſi electio propter hoc contigerit reprobari, cum eo ſuper prælatione non poteſt Epiſcopus diſpenſare. Quamuis circa eum, qui ignoranter recipit ſimplex beneficium per ſimoniacam prauitatem poſt liberam reſignationem Epiſcopi diſpenſatio toleretur. ca. penult.§.quamuis,de elect.& ſimplex beneficium intelligitur præbenda,canonicatus; quia ignoranti diſpenſatio iuuat. c.ex inſinuatione.26.de ſimonia.

Et in iſta ſimonia ſi quatuor à capitulo conſtituti ſint pro electione plebani, & amici illius,qui eligi ſperabatur,vni,vel omnibus eligẽtium promiſerint pecuniam, ignorante tamen eo,qui huiuſmodi promiſſione interueniente fuit electus,eius electio tanquàm ſimoniaca prauitate præſumpta eſt reprobanda.ca.nobis fuit 13.de ſimonia.

Et illa verba,prauitate præſumpta, ſoluunt difficultatẽ, quare factum vnius noceat omnibus eligentibus, quia præſumitur omnes promiſſioni conſenſiſſe. Nam ex promiſſione facta vni tantum eſſet expreſſa prauitas,dum dicitur, ergo prauitate præſumpta, Pontifex intelligit omnes

nes illos quatuor præſumptiuè promiſſioni conſenſiſſe,& eſt intellectus amplectendus;quia poſt gloſſ.doctores in d.ca. nobis, dubitant, an promiſsio pecuniæ noceat, ſi electores etiam ſine tali conditione eundem eſſent electuri, & diſtinguunt, ſi promiſsio facta ſit electori, vel etiam tertio ab ipſo electo,quòd repellatur:ſi autem facta ſit non electoribus,ſed alii perſonæ,& neſciente electo;tunc talis promiſsio nihil noceat, ſtante hoc ſi non nocet electoribus ſcientia promiſſionis factæ tertio,multofortius non debet nocere, ſi nihil pœnitus ſciuerint de promiſsione vni tantum.

DE INDIGNIS PROVISIS.

27 Sed qui ſcienter eligunt indignum, priuantur illa vice,& ſequenti in elect.c. cum mana.de elect.

Ac ſimiliter collatio beneficii, quæ facta fuit publico aleatori,ac vſurario,quamuis iudicanda ſit irrita;non tamen antequàm reprobetur, ſecunda poteſt fieri, immo ſi fiat,non valet, & collator pro temeritate priuatur illa vice poteſtate conferendi.cap.inter dilectos xi. de exceſſ. prælat.

Ac collatio facta excommunicato non tenet,nec ille beneficium poteſt retinere, niſi miſericorditer fuerit diſpenſatum . cap.propoſuiſtis.7.de cler.excomm.miniſtrante, etiam quòd ſit occultus, vt in Rota Caſsiod.dec. 1. de præb. Ac etiam ſuſpenſus a diuinis non poteſt eligi; nec eidem beneficium conferri. c. cum dilectus.§.quia nobis,de conſuetud. gloſſ. in l.cum bona,in verbo,ſuſpenſi, de æta.& qualita.

Non tamē obſtat excommunicatio, ſi prius fuit abſolutus tempore collationis.c.pro poſuiſtis.7.ead.

Et qui ſcienter contulerunt excommunicatis,debent ſuſpendi à collatione beneficiorum,donec veniam conſequantur, d. cap.7.§.illi verò, de clerico excommunicat. etiam quòd ſit legatus minori excōmunicatione, nam ſcienter electus, electio eſt irritanda.c.ſi.§.ſi tamen, de cleri. excomm.

Sed quanuis conſentiatur in indignum , ſi non ſequatur electio,non ſunt poteſtate eligendi priuati.cap. perpetuo. de elect. in 6.

28 Ac electio facta non vocatis vocandis infirmanda erit, niſi ii contempti propter bonum pacis curauerint conſentire,cap. quod ſicut 28.eod.tit. quàmuis ſi electio eſt facta à minori parte capituli: quia ab initio nō ualebat,per ſubſequentem conſenſum non poterat eſſe rata. ca. auditis. 29.eod.de electio.& non ſufficit electionem fieri à maiori parte , niſi etiam ſit ſanior. cap. eccleſia. eodem de electio.

Vt autem electio ſit legitima, omnes, qui fuerint in prouincia, conuocandi ſunt ; & quæ maiori,& ſaniori parti placuerit, obſeruabuntur.cap.coram dilectis, eod. quia ſi in electione vnus ſolus contemnitur,electio non valet,cum plus obeſt cōtemptus vnius,quàm multorum contradictio in præſenti,cap.bonæ,2. 36. eod.

29 At in electionis negotio procurator nō conſtituitur regulariter,niſi ſit abſens eo loco,de quo debeat conuocari,iuſtoque impedimento detento venire non poſſit.cap.quia propter.§.illud.de elect.

Impeditus autem accedere poteſt vni, vel pluribus de capitulo votum ſuum demandari. cap. quia propter , de electio. in fine,& cap. penult. in princip.eodem in 6.

Et quis effectus ſit ex hac demandatione, habetur per totum d.cap. penult. nam ſi pluribus inſolidum demādatum eſt, melior eſt conditio occupantis:ſi ambo cōcurrunt;ille,quem capitulum elegerit.Si non inſolidum,ipſorum aliquis non debet admitti,& ſibi imputet,qui ſic eos cōſtituit indiſcretè.

Si autem vni,ille non poteſt eligere vnum nomine proprio, alium procuratorio, niſi mandatum acceperit de certa perſona eligenda.

30 Sed iſte abſens,quàmuis nullus de capitulo velit eſſe procurator; non tamen potuit per literas uotum ſuum exprimere, quod non eſt ante ſcrutinium , ſed in ipſo

ſo ſe ſcrutinio ſecretè, & ſigillatim tantũ modo exprimendum.

31 Vlterius excommunicati minori excommunicatione poſſunt eligere, cap.il la quotidiana,de elect.& cap.fin. de cler. excomm.

Idem in ſuſpenſo à canone cap.fin. de cler. excomm. Secus ſi ſuſpenſus ſit per iudicis ſententiam.ca.cum inter, de electio. in fin.

32 Quando autem eliguntur duo, ſi caſſatur electio facta à maiori parte,illa facta à minori parte effectum habebit,ca. con gregationis,eo.de elect.

33 Ille autem, qui excipit contra electionem, cum ſit electi inimicus manifeſtus, & contra eum teſtimonium dixerit,non admittitur.cap.meminimus.13.de accuſationib.

34 Sed quiſquis electioni de ſe factæ per ſæcularis poteſtatis abuſum conſentire præſumpſerit, electionis commodo careat,& ineligibilis fiat,nec ad aliã dignitatem erit eligendus ſine diſpenſatione. c.quiſquis.43.de elect.

Qui verò præſumpſerint celebrare prætextu huiuſmodi electionis irritæ, ab officiis, & beneficiis penitus ſuſpendatur per triennium;in quo triennio poteſtate alios eligendi priuati ſint,d.c. 43. ſi quis verò.

35 Et quia electio debet fieri vno contextu, ſi aliquando protracta ſit poſt publicationem cõſenſuum,& collationis tractatum ex ipſius duntaxat inordinato proceſſu caſſatur. cap. cum poſt 46. eod. titul.

Ac ſimiliter collatio in communi fieri debet publicato ſcrutinio,quę ſi omittitur, electio non valet. cap.cumana 50.& cap. In geneſi,de electio.Circa quam electionem quamuis capellani duobus electionibus interfuerint; ſi non conſtat eis ius eligendi competere, vel ex conſuetudine iam præſcripta, non poſſunt electioni interuenire d.cap.Cumana.§. nam etſi.

Vltimò publicato ſcrutinio electores nequeunt variare, cum ſit facienda collatio,& electio celebrãda, ad quod ſi oportuerit,per ſuperiorem compellantur. ca. publicato.58.de elect.

In electionibus verò perpetuò prohibetur vſus ſortis.cap.fin.de ſortileg. & in quantum diuus Matthias Apoſtolus ſorte electus fuit, hoc licuit, antequàm accepiſſent Apoſtoli Spiritumſanctum,ſed poſt effuſionem ſpiritusſancti ſorte non uſi ſunt,vt atteſtatur Beda in Actib.Apoſtolorum.c.1.in gl.vlt.

36 Si contradicens electo ceſſauit a cõtradictione pecunia accepta, ſimoniacus eſt.c.Matthæus,de ſimonia.

37 Sed non imputatur electo,ſi pecunia datur ipſo inuito. cap. ſicut tuis. 33. de ſimonia.

Nam & qui purè,& ſine pacto offert rogãs, vt in canonicum admittatur,& bona ſua retinere ſibi liceat pro præbenda,& clerici purè conſentiant,non eſt ſimonia. c. tua nos,de ſimonia.

38 Quando autem opponitur electo, quid faciendum ſit,habetur in cap.1. de elect. in 6.& in cap.4.8.x1.& 19.eodem magiſtraliter.

39 Sed qui opponit, non poteſt pœnitere. Ratio eſt;quia punitur, ac ſi non probaſſet.c.ab eo.31.de elect.in 6.

40 Et duobus contẽdentibus ſuper electione,etiam quòd vnus moriatur, vel renũciet,aut non proſequatur,non tamen poteſt fieri ſecunda electio.ca.1.ut lite penden.in 6.

41 Vltimò collatio ualet facta à collatore quolibet,præterquàm in legato, & ſi de primo beneficio, quod obtinet, non faciat mentionem, clemen.2. de officio ordinarii.

DE POENA EORVM, QVI EXprimunt maiorem valorem, vt obtineant beneficium cum penſione.

42 Aliqui volentes penſionem maiorem,quàm fructus patiantur,exprimunt valorem beneficii eſſe tantæ quantitatis,vt obtineant deſideratam pẽſionem: ſed ſi fraus iſta detegitur, ille, qui exprimit falsò hunc valorẽ, debet priuari penſione:quia iurat non ineſſe fraudem,vel labem ſimoniæ, & periurus priuãdus eſt omni-

omnibus beneficiis, Io. de Sylu. tract. de benef. par. 3. q. 2. num. 23. Staph. tracta. de gratiis, & expect. rub. de uariis modis uacationum, nu. 121. Io. de Syl. tract. de iuramento, par. 4. q. 7.

Ille autem, qui conſentit dictæ penſioni, ſi ſcit verum ualorem, debet priuari beneficio, quia conſentit penſioni indebitæ, vt beneficium obtineret, ac aliàs puniri debet. c. 6. de pact.

DE RENVNCIATIONE.

43 Conferuntur etiam beneficia, quando vacant ex renunciatione, ſed admonentur vniuerſi; ne ſine aſſenſu Epiſcopi audeant eccleſias dimittere. c. 4. de renunc. & qui petit, & obtinuit cedendi licētiam ad cedendum cōpellitur, c. 12. de renunc.

Sed qui renunciat ſpe ingrediēdi monaſterium, & animo mutato uult ad eccleſiā redire, non admittitur, c. 3. de renunc.

Beneficium verò illius, qui religionē ingreditur, intra annum probationis non eſt alicui cōferendum, ſed interim debet deſeruiri per alium aſsignata congrua portione; ſed ſi conſentit, aut in ingreſſu abſolutè voluerit uitam mutare, nec profeſſionem expreſſam fecerit, ſeu ſcienter receperit habitum profeſſorum, tūc poteſt de beneficio prouideri. c. beneficium, de regul. in 6.

DE RECIPROCIS RESIGNATIONIBVS PRESBYTERORVM.

44 Clemens VII. correxit conſtitutionem Alex. III. in c. ex tranſmiſſa, de filiis preſbyterorum, qua concedebatur, filium ſacerdotis poſſe ſuccedere in patris eccleſia, ſi media perſona interceſsit, & prohibuit obſeruatam cautelam, qua pater ſacerdos rēſignabat, puta, Titio; & ille Titius poſtea etiam poſſeſsione non habita reſignabat in fauorem dicti filii ſacerdotis. Dat. Romæ anno Domini 1523. nonis Ianuarii.

Et poſt dictam conſtitutionem iterum inuēta fuerat alia cautela. Nam duo presbyteri, puta, A. & B. habentes filios A. reſignabat in fauorem filii B. & idem B. reſignabat in fauorem filii A. quæ ſunt reciprocę reſignationes; & ſic euitatur dicta conſtitutione Clementis. VII.

At cōcilium Tridentinum in ſeſsione. xxv. de reform. c. xv. diſponit has reciprocas reſignationes cenſeri factas in fraudem.

DE PERMVTATIONE BENEFICIORVM.

Qui propria auctoritate permutant ſua beneficia, ea perdunt. c. cum olim. de rerum permuta. Sed ſimplicitate uenia tribuitur ei, qui non ex malitia ſuo beneficio renunciauit, decepto ab alio, qui promiſerat permutare, vt conſequatur ſuum beneficium. c. penul. eod. titulo. Item ſi concederetur expectatiua ipſa non nōceret permutantibus. c. unico, de rerum permut. in VI. Et collatio de beneficio permutato alteri facto quàm permutanti non ualet, clem. unica. de rerum permut. Et hæc uera ſunt, etiam quòd expēctatiua ſit motu proprio, ut per rotam in Caſsiadoro deciſ. unica, de rerum permutatione.

Sed qui permutat beneficiū magni valoris pro paruo, permutatio eſt ſuſpecta de ſimonia in tantū, quòd ordinarius nō debet admittere teſtes ſuper ipſa pmutatione propter periculū periurii, niſi eſſent teſtes, de quorū periurio non timeretur. c. quia veriſimile, de preſumptionibus.

DE REQVISITIS IN OBTInendis beneficiis parochialibus.

46 Collationes de parochialibus eccleſiis iis, qui non attingerint. xxv. annum uiribus omnino carent.

Is etiam, qui ad huiuſmodi regimen aſſumetur, ut gregis ſibi crediti diligentius cūrā gerere poſsit in parochiali eccleſia, cuius Rector exiſtit, reſidere perſonaliter teneatur, & intra annum à ſibi commiſsi regiminis tempore numerandū, ſe faciet ad ſacerdotiū promoueri. Quod ſi infra idem tempus promotus non fuerit, eccleſia ſibi commiſſa nulla etiā premiſſa

monitione erit priuatus canonis diſpoſitione. Super reſidentia verò poterit ordinarius gratiam diſpẽſationis ad tempus facere, prout cauſa rationabilis id expoſcit. c. licet canon, de elect. in 6.

DE CAVSIS NON PROMOVENDI.

Illud aũt, quod dictum eſt de promotione intra annum, procedit, ut nõ ſit vacatio, niſi ex toto fuerit ipſe annus elapſus, nec alteri antea conferri poterit, nec annus ille non currit iuſtè impedito. At facta ꝑ priuatione eccleſiæ eidem conferri non poteſt. Collator verò, qui nõ crederet illum, cui contulit, non promouendum fore, præter diuinam, quam exinde incurrit offenſam, ad ſeruandam indemnem eandem eccleſiam obligatur. c. commiſſa. de elect. in 6.

Poſſunt tamen epi, & eorum ſuperiores, diſpenſare vſque ad ſeptennium literarum ſtudio inſiſtentes, ut promoueri minimè teneantur, niſi ad ſubdiaconatus ordinẽ duntaxat, ad quem infra prædictum annum recipiendum adſtringuntur. c. cum ex eo, eod. in 6. & plures limitationes habentur in pract. benefic. Petri Rebuff. 2. par. tit. de non promotis, nu. 21.

DE CAVSIS NON RESIDENDI.

47 Iuſta eſt cauſa non reſidendi, ſi obſequium exhibetur Ro. Pont. aut proprio epiſcopo. c. de cætero, & c. cum dilect. de cleric. non reſiden.

Item ſi iura, & negotia propriæ eccleſiæ fideliter proſequitur, c. ex parte tua, eo. ti.

Itẽ ſtudiorũ cã. c. tuæ fraternitatis, eod. titu.

Item quando iuſto impedimento detinetur c. inter quatuor, & c. fi. eo. tit.

Nam clericus ex ægritudine nõ impeditur percipere fructus ſui beneficii. c. 1. de clerico ægrotante.

Et ſtudenti in ſacra pagina integrè prouentus eccleſiaſtici miniſtrantur, ſed nõ quotidianas diſtributiones hẽbit, c. 32. de pb.

Et presbyter accedens ad ſedem Apoſtolicam, ſi ei aliquid ſubtractum eſt, debet reſtitui, quia debet eſſe ſub protectione Põtificis, c. unico, de cleri. peregrinantibus.

Item accedens ad ſedem pro inſtruendo negotio electionis recipit fructus beneficii c. cum non deceat, de elect. in 6.

DE VICARIIS ADIVNCTIS.

Presbyter, qui Vicariã eccleſiæ obtinuit, ſi beneficium curatum poſtea ſit adeptus, Vicaria priuabitur. c. 1. de offi. Vicarii.

Item quia Vicarii tenentur perſonis, & eccleſiis deſeruire, alienũ eſt ab ordine iuris, vt Vicariam quis habeat præter unã. c. 2. eo. tit.

Perpetuus ẽt Vicarius nõ põt remoueri ab illo, qui in perſonatũ illius ſubſtituitur, vel minuere aſsignatam portionem, niſi aliquid committat, propter quod per iudicem Vicaria priuetur. c. 3. eo.

Sed Vicarius non põt ſubſtituere alium Vicarium, cum illud ſatis ſit abſonum, & abſurdum. cap. 4. eo.

Imò Vicarii cõpellũtur ab ordinariis in eccleſiis, in quib. Vicariam obtinent, reſidere, & ſe in presbyteros (vt eorũ cura exigit) faciant promoueri per ſubtractionẽ prouentuum, vel ipſarum Vicariarum. c. fi. eo. de offi. Vicarii.

At ſi Vicarii eccleſiarum falsò ſibi aſſumũt perſonatum in eodẽ Epatu, ad officii ſui executionẽ nõ admittãtur. c. 6. de exc. pl.

DE DANDO COADIVTORE EX CAVSA.

48 Vna eſt cã, quando Epiſcopus propter infirmitatem nõ põt paſtorale officium exercere; quia nõ cogitur cedere Epatui, ne afflicto afflictio ſit addẽda, imo potius ipſius miſeriæ miſerandum, & tã epo, q̃ eccleſiæ prouidendo aſſociandus eſt adiutor, per quẽ tam epo, q̃ populo utiliter conſulatur. c. pen. de clerico ægrotante.

Imo eps, ſi ſenex ſit, & inſufficiens, nõ facile obtinet licẽtiam cedendi epatui, maximè quãdo ineſt vigor deuotionis, quia tutius eſt eccleſiã gubernari ſub nõie boni epi, quàm alteri perſonæ incognitę cõmittere eccleſiã gubernãdã. c. 1. de renũ.

Sed ẽt eps põt aſſumere coadiutorẽ de conſenſu capituli, & ſi ſit demens, capitulum conſtituet. & ſi nollet aſſumere, notitia datur ſedi tam hoc caſu, quàm dementiæ, ſummo Pont. & coadiutor accipiat moderatos ſũptus alienatione prohibita.

habita.c.vnico,de clerico ægrotãte, in 6.
Quando autem ſine mortis periculo nõ poteſt morari in eccleſia,habet licẽtiam cedendæ.c.9.de renun.
Ac ſimiliter licẽtiam obtinet in aliis ſex caſibus,de quibus.c.10.eod.
Sed etiam poſt ceſsionem poteſt reaſſumi, & aliquando non,de quo amplè in c.11. eo.de renun.
Similiter ſi Archidiaconus amiſit officium linguæ morbo paralitico datur ipſi coadiutor.c.fi.de clerico ægrotante.
Vlterius ſi rector eccleſiæ eſt leproſus; quia ſine ſcandalo ſeruire non poteſt,ſanis datur coadiutor, qui curam animarum habeat. Leproſus autem de fructib. certam portionem recipiat ad ſui ſuſtentionẽ. c.3.& ſeq.de clerico ægrotante.

DE VNIONIBVS.

49 Fit vnio multis caſib. de qua vnione per Petrum Rebuffum in practica beneficiorum,prima parte,de vnionib.nu.38.
Sed addi poſſunt aliqua de vnionib. nam ſolo epiſcopo conceditur hæc facultas,vnde ſi prior monaſterium ſubiecerit monaſterio etiam aſſenſu, vel confirmatione Metropolitani,nihil agit.c. ſicut unire,de exceſſ.prælat.
Et talis unio põt fieri ab epiſcopo ſuo cõſentiẽte capitulo, & quòd rector eccleſiæ vocatus, vel ſi vacabat, defenſor datus non ſit,cle.2.de reb.eccl.alie. quòd ſi vniatur menſæ Epiſcopi,vel capituli, erit irritũ, & inane,cl.fi.de reb.eccl.non alien.
Item eccleſiæ parochiales non vniantur eccleſiæ cathedrali, etiam ſi epiſcopus habeat ius patronatus in eis c.tua nobis,de iis,quæ fiunt a præl.
Et idem ſi eſt collegiata eccl. ut per Petr. de Peruſ.tract.de unionib.5.ca.q.3.princ.
Sed ſecuta unione ſtatim priuilegia unitæ eccleſiæ accedunt ad illam, cui eſt vnita. c.& temporis.16.q.1.
Quando aũt eccleſia, puta diœceſis Vincentiæ vnitur eccleſiæ diœceſis Paduanæ,ex hac vnione epiſcopo Vincentiæ præiudicium non fit.c.2.de relig.domib.
Diſſoluitur autem unio ceſſante cauſa,propter quam facta eſt,& probatur hęc regula in c.poſt translationem,de renun.& c. 1.de reg.iur.in antiqu.
Et qui cupit alia ſcire de vnionib. uideat dictum tractatum Petri de Peruſio.

DE ERIGENDA NOVA PAROCHIA.

50 Quando parochialis eccleſia tantum diſtat a villa, vt tempore hiemali cum pluuiæ inundant, non poſsint parochiani ſine magna difficultate ipſam adire,& congruo tempore eccleſiaſticis officiis intereſſe;& dicta eccleſia ita reditib. abundat, quòd præter illius villæ prouentus miniſter illius cõuenienter valeat ſuſtentationem habere,eccleſia ibi ædificatur,& inſtituitur ſacerdos ſublato appellationis obſtaculo ad præſentationem maioris eccleſiæ cum canonico fundatoris aſſenſu ad ſuſtẽtationem ſuam eiuſdem Villæ obuentiones eccleſiaſticos percepturus, ita tamen, vt competens honor eccleſiæ matrici ſeruetur. Quod quidem fieri poſſe videtur,cum d.uillæ 20. acras terræ frugiferæ uelit ad uſus ſacerdotis conferre. Si uerò rector matricis præſentare diſtulerit,uel opus illud uoluerit impedire, eps opus ad perfectionem deducit, & uirum bonum appellatione ceſſante inſtituere nõ omittit.c.ad audientiã, de eccl.ædifi.
51 Sed ſi tot leproſi ſub cõi uita congregati fuerint, quòd eccleſiam cum cymiterio ſibi conſtituere ualeant, & gaudere proprio presbytero,ſine contradictione aliqua admittatur habere.c.2.de eccl.ædifi.
Et epiſcopus non obſtante iuramẽto de nõ alienandis propter indigentiam poteſt nouam eccleſiam ędificare.c.fi.de eccleſ. ædific.
52 Sed aliquãdo occurrit eccleſiã ædificari in præiudicium baptiſmalis,& denunciatur,ne ædificetur,& non deſiſtitur. Vnde mandatur deſtrui eccleſia ædificata poſt denũciationẽ noui operis, ſiue iure, ſiue iniuria, quia ſicut leges ſacros canones non dedignantur imitari, ita & ſacris canonibus principum conſtitutiones adiuuantur.c.1.de noui oper.nunc.& hoc ex-

penſis ædificantis.c.2.in prin. eo. tit.Nec procedi poteſt ad ædificationem ét ſub cautione demoliendi,c.3.eo.

53 Et volens ędificare tenetur expectare denunciantem per tres menſes c. fi. eo.

54 Quando aũt legitimè ędificatur eccleſia & cõſecratur,in dedicatione eps nõ excedat indulgentiam anni in ipſa dedicatione,& in anniuerſario dedicationis 40. dies c.cum exactè 14.de pœnit. quia Ro. Pont.quanuis habeat plenitudinem poteſtatis,vtitur hac moderatione.

55 Prælatus cum maiori parte capituli contradicente minori poteſt ſtatuere de expendendo in reparatione fabricę.c.fi. de iis quæ fiunt a maio.par.cap.

DE IVRE PATRONATVS.

56 Acquiritur ius patronatus fundatione, uel dotatione. c.filiis.16.q.7. & ſucceſsione,nam dicitur in c. 1.de iure patr. nobis uiſum eſt,quòd eccleſia inter hæredes patroni diuidi non debet, ſed circa ſucceſsionem iuris patronatus notandũ eſt, plures hęredes relictos ab vno patrono vocem vnius tantum habere in pręſentatione rectoris,cle.2.de iure patr.

Vnde ſi forte uota patronorũ in plures partes ſe in præſentando diuiſerint, ille inſtituendus eſt,qui maiorib.iuuatur meritis, & plurium approbatur conſenſu.ca.3.de iure patr.

58 Quòd ſi ob diſcordiam patronorum nõ poſsit de ſacerdote prouideri,ſi aliter fieri nõ pęſsit, pręcipere debet Eps; ne ibi miſſarum ſolẽnia celebrentur,donec patroni ad concordiam redeant,c.1. de iure patr. & ſi hoc ſine ſcandalo eſſe nequiuerit, aut poſt quatuor menſes; eps ordinet eccleſiam,ſicut melius ſecundum Deum iudicauerit ordinandam,d.c.3.in fi. de iure patr.&c.cum propter,eo.tit.

Quòd ſi neceſſarium, aut expediens eſſe duxerit, poterit ét interim eccleſiam commendare alicui,ita tamen, quòd ſi parochialis ſit,nemini commẽdetur, qui nõ ſit in ſacerdotio conſtitutus.Nec talis cõmenda duret ultra ſemeſtris tẽporis ſpacium,& unica fieri poterit tantũ in unius perſonã.c.nemo deinceps, de elect.in 6.

Sed erit ét facultas ẽpo ponere œconomos appellatione remota, qui fructus percipere debeant in eccleſiarum utilitatem erogandos,aut his, qui quandoque inſtituẽtur,fideliter reſeruãdos.c.4.de offi.or.

59 Vt autem facilius prouideatur eccleſiis, viſum fuit, patronos ipſos inter ſe poſſe liberè conuenire de rectore ab eis alterius vicibus præſentando.

Ac ét ex eadem cã permittitur, ut plures ad vacantem eccleſiam præſentare ualeãt, ita vt vnus ex eis eligi poſsit per epm, & admitti,cle.2.in 2.reſp.de iure patr.

Fundatores eccleſiarum ordinandos in eis offerant epiſcopo, qui ſi ſpretis eiſdẽ fundatorib.rectores ibidem pręſumpſerit ordinare,erit irrita ordinatio.cap.decernimus,& duob.ſeq.16.q.7.

Ex Concilio Toleno 4. & Roma. 2. & Gre. pp.

60 Epiſcoporum prouidẽtia eccleſię honorentur a fundatorib. & cohæredib. ſi aũt contradixerint,in epiſcopi poteſtate maneat,vtrum eas cõſiſtere permittat,an reliquias inde auferre uelit.ca.conſiderandum 16.q.7.nam ét auferuntur reliquiæ, ſi plures hæredes contendant de eccleſia, donec cõi conſenſu, & conſilio epiſcopi ſtatuant ibi presbyterum, & vnde viuat. c.ſi plures 16.q.7.

Idem

Ex Cõcilio Tribunienſi

61 Vlterius interdum accidit,vt qui patronus non eſt,ſi tamẽ præſentat,ea rata habenda eſt, ut cum ordinarius ad eius præſentationem clericum inſtituit, qui & iuris patronatus erat poſſeſſor,& patronus credebatur,nam ſi poſtea alius ius patronatus in iudicio euicerit, inſtitutus propter hoc non debet ab eccleſia remoueri,cũ ex hoc ei, qui euicit, de iure, quod debet habere,nullum in poſterum præiudiciũ generetur.Si uerò poſsidebat, ſed tantum credebatur eſſe patronus, ille inſtitutus poterit ab eadem eccleſia remoueri, capitulo conſultationibus, de iure patron.

62 Eſt & alia pœna contra laicos,nã ſi laici auſu temerario propria auctoritate ab inſtitutione proceſſerint,tã ipſi anathemate feriẽdi sũt,quã ét clerici perperã iſtituti cõione ſunt priuãdi,q ſi adhuc perſtiterint,à miniſterio eccleſiaſtico, & ordine

deponendi

deponendi ſunt c.præterea,de iure pat.
63 Vlterius patronus,quàmuis clericus ſit, & idoneus,& quibuſcunque ſtudiis iuuetur, nõ tamẽ poteſt ſeipſum præſentare, c.per noſtras, aliàs per tuas,de iure patr.
64 Et ſimiliter patronus ante vacationem non poteſt facere promiſsionem de præſentando in eccleſia, in qua obtinet ius patronatus, & ſi fecerit, decernit irritũ, & inane. c.ſi. de conceſsione præbendæ.
65 Et ſi laici clericis, uel collegiis de cõceſſionibus, vel donationibus inſtrumenta confecerint per hæc, vel ſimilia uerba, conceſſi, uel dedi eccleſiam, & præſenti carta firmaui, ſi conſenſus Epiſcopi non acceſsit, nihil agi videtur. cap.quod autem,in fine,de iure patronatus. Nam in
66 tantum conſenſus Epiſcopi requiritur, ut ſi patronus ſucceſsiuè præſentet duos idoneos,& epiſcopus inſtituat ſecundũ, qui poſſeſsionem corporalem tenuerit, dubium non eſt,quin iſto caſu melior ſit conditio poſsidentis, quoniã antequàm præſentatio per epiſcopum approbetur, ratum non eſt, quod à patrono fuerit inchoatum,d.c.quod aũt,in prin. Sed ſi collegiũ, vel eccleſiaſtica perſona præſentationẽ haberet, qui prior eſt tẽpore, iure potior eſſe videtur.c.cũ autẽ, de iure pat.
67 Verumtamen conſtitutus eſt,ut Epiſcopus, qui præſentatum primo loco idoneum à laico malitioſè recuſauit admittere, compellatur ad prouidendum eidẽ de competenti beneficio, quatenus puniatur in eo, in quo ipſum non eſt dubiũ deliquiſſe. cap. paſtoralis, de iure patr.
68 Quando autem Epiſcopus conſentiẽte patrono viris religioſis eccleſiam aliquã cõcedẽdo his verbis vtitur, concedimus vobis, trãsfertur ius patronatus, & quod Epiſcopus temporaliter obtinet in eadẽ præter cathedraticum, ſed conſenſus ſui capituli requiritur, c.paſtoralis,de dona. & c.paſtoralis,de iis,quæ fiunt a præl.
69 Sed eo caſu,quo capitulum habet ius patronatus,ſi conceſsiſſent eccleſiam, puta A. clerico, ac poſtea I. clericum in eadẽ eccleſia præſentauerint, quia ex vi iuris patronatus non cõceſſo, ſed præſentatio pertineat ad patronũ.Pręſentãdus debet inſtitui,vt pote potior, ſi ei aliquid canonicum non obſiſtat.c.ſi.de iure patr.
Præſẽtatio aũt faciẽda eſt de cõſenſu maioris,& ſanioris partis, niſi probetur & approbata conſuetudine conſenſum nõ requiri.c.ea naſcitur, quæ fiunt a præl.
70 Sunt præterea in iure patronatus aliqua ſingularia,nam & ſi capitulum ſede vacãte beneficia, quæ ad collationem Epiſcopi pertinent,conferre non poſsit,præſentatos tamen à patrono poteſt admittere, ſi idonei ſint, & eos inſtituere in beneficiis,ad quæ fuerint præſentati.c.1. de inſtitutionibus,in 6.
71 Et ſi is, ad quem Rectoris præſentatio in aliqua parochiali eccleſia pertinet, quẽpiam nõ conſtitutum in ſacris præſentet ad eam,ipſum decernitur admittendum, dummodo aliàs ſit idoneus,& infra tempus à iure ſtatutũ ad ordines, quos ipſius eccleſiæ cura requirit,valeat promoueri. c.2.de inſtitutio.in 6.
72 Vlterius,ſi patronus laicus,qui habet ad præſentãdũ quadrimeſtre dũtaxat trãſtulerit ius ſuũ præſentandi eccleſiæ,vel monaſterio, eo caſu tempus erit præſentãdi ſemeſtre, quia quãtũ ad pręſentationem pertinet,nõ ut patronus laicus, ſed ut patronus eccleſiaſticus debet reputari. cap. vnico.§.ſi.de iure patr.in 6.
Itẽ ſi laicus ius patronatus eccleſiæ ſibi competẽs eidẽ eccleſiæ,uel alteri eccleſiæ,ſeu loco religioſo duxerit cõferẽdum, huiuſmodi collatio,quãuis abſque aſſenſu Epiſcopi factæ fuerit efficax eſt conferenda, ſine tamen aliquo præiudicio Epiſcopi, qui aſſenſum non præbuit. d.c.unico. in prin.de iure patr.in 6.
73 Ex quo tex.Doctores uolunt; quòd ſi epiſcopus acquirit ius patronatus eccleſiæ,ipſam eccleſiam eſſe liberã à iure patronatus,quæ opinio uera eſt.
74 Sed notabiliter põt dubitari, quòd hęc opinio uera ſit,& procedat ſolum ſtãtib. terminis iuris cõis,quo ordinarius habet collationem oĩum beneficiorũ; ſed ſtãte reſeruatione,quã ſummi Pont.faciũt,uel ſex menſium,uel octo,uidetur dicẽdum, quòd dicta opinio nõ ſit uera in menſib. reſeruatis Pont. nã ea potiſsimũ eſt ratio

N 3 docto-

doctorum; quia Epiſcopus non poteſt præſentare,& inſtituere,ſed iſta ratio ceſſat in iſtis menſibus reſeruatis,quia Epiſcopus poteſt in illis præſentare,& Pontif.inſtitutionem faciet,& conſequenter non in totum erit extinctum ius patronatus, quando epiſcopus acquirit ius patronatus eccleſiæ.

Et hæc, quæ dicta ſunt in epiſcopo, procedunt etiam in inferioribus collationib. vt in menſibus reſeruatis, vel Pont. vel Epiſcopo,poſsint exercere ius patronatus,& ſic præſentare ſi habẽt ius patronatus de aliquib. eccleſiis acquiſitum quacunque ratione ex teſtamento, & hoc ultra inſtitutionem prius competentem.

DISTINCTIO. II. FINIS.

DE DECIMIS.

DISTINCTIO TERTIA.

Dion. Epiſ.

75 DEcimae debentur iis, qui baptizarũt,ac quemadmodum præcepto diuino debebantur Leuitis,ita debentur ſacerdotibus nouæ legis, quia Leuitis dabantur pro miniſterio, in quo ſeruiebant in tabernaculo,& nos (dicit Dionyſius) ſeruimus domino in tabernaculo offerendo preces, & ſacrificia. capitulo unico 13. quæſt. 1.

Greg. PP.

76 Decimæ à laicis non poſsideantur, nam ſiue ab Epiſcopis,vel Regibus eas acceperint,niſi eccleſiæ reddiderint, crimen ſacrilegii,& æternæ damnationis periculum incurrunt: oportet autem epiſcopos decimas,& primitias, quas ſancitum eſt ſacerdotum eſſe,ab omni populo accipere,quas percipiente domino fideles offerunt cap.decimas,1.16.qõ.7.& ex fructibus decimæ nec cenſus, nec tributa pœnitus deduci poterunt. cap. cum non ſit, de decimis,& ideo de omnibus,quæ proueniũt ad homines, decima ſolui debet. c.non eſt in poteſtate,de decimis.

Et non ſolum Chriſtiani tenentur,ſed etiã Iudæi,ſi terras poſsident,ca. de terris,de decimis. Nec aliquod priuilegium etiã Imperatoris poterit aliquem eximere à ſolutione decimæ,quæ diuina inſtitutione debetur. cap.tua. 25. de decimis. Ac nec etiam laycus poteſt ab Eccleſiaſtica poteſtate decimam recipere,& ad hæredes tranſmittere.cap.ad hæc,& cap.prohibemus,de decimis. Quæ diſpoſitio eſt in Concilio Lateranenſi ſub Alexan. III. celebrato anno Domini M.C.LXXIX. vt atteſtatur Ioan. Andræas in cap. cum Apoſtolica,de his, quæ fiunt a Prælatis. Nam idem Alexan. fuit creatus Pont. anno Domini M. C. LXXIII. de quo ſupra parte 1.diſt. 3. Vnde conceſsiones factæ ante dictum Concilium non includũtur in illa diſpoſitione,imo poſsidentes non debent moleſtari.

Sed qui perſoluit decimam per quadraginta annos contra priuilegium, tacitè priuilegio renunciaſſe præſumitur.ca.accedentibus,de priuil.

Sed remiſsio decimæ facta ſecundum canonicas ſanctiones intelligitur de poſſeſſionibus etiam acquirendis: cum indefinitè remiſsio facta ſit,& nihil exceperit, & potuerit excipere,cap.quia 22.de priuilegiis.

Et priuilegium de non ſoluẽdis decimis de noualibus,hoc perpetuò debet intelligi. c.fi. de priuil.

77 Quoties igitur oritur difficultas circa decimas, quia prætendat laycus legitimè poſsidere, vel aliqui prætendant ſe non obligatos ad ſolutionem decimæ, quia

multis

multis annis non perſoluerit.

Inquirẽdum eſt,an poſſeſsio laicorum, vel libertas non ſoluendi,ſit ante,vel ne, ipſum concilium Lateranenſe. Nam ſi poſſeſsio, vel libertas eſt ante dictum Concilium, tutus erit, nec poterit inquietari.

Si autem dicta poſſeſsio, vel libertas originem habuit poſt dictum concilium Lateranenſe, tunc ille laicus debet probare eam decimam recepiſſe auctoritate Põtificis, & ſimiliter liberatum fuiſſe à poteſtatem habente liberandi;aliter obſtãte Lateranenſi Concilio erit vſurpator. Nec aliqua poſſeſsione inuabitur.

78 Quia cum commune ius reſiſtit, debet allegari titulus,& probari,cap.1.in princip.de præſcriptio.in 6. & quia in decimis cum poſſeſsio legitima non probatur,præſumitur occupatio.cap.fin.de reſtit.ſpol.in 6.& prout dicetur tit. de præſcrip.in parte 4.

79 Si quis in campis poſſeſsis habet ius decimandi,& campos vendat cum clauſula generali,cum omnibus iuribus, iuriſdictionibus &c. non includitur decima; immo eam exiget ab emptore.Inn.Hoſt. Io.Andr.Butr.in ca.ex literis,de iure patronatus.

DISTINCTIO III. FINIS.

DE IMMVNITATE Eccleſiarum,

DISTINCTIO QVARTA.

80 IMMVNITAS eccleſiarum eſt triplex, localis, perſonalis,& realis.

81 Quantum ad localem, prima immunitas fuit tempore Conſtantini magni Imperatoris, qui conceſsit licentiam ędificandi eccleſias, vt habetur in hiſtoria eccleſiaſtica lib.9. cap.10.in litera B. ac ex donatione eiuſdem Imperatoris, quando diſceſsit Roma,ut habetur diſtinct.96. cap. Conſtantinus.de qua ſupra.1.par.diſt.6.

Quæ donatio facta fuit inſpiratione diuina,ut dixit Petrus Iacobus in ſua practica titul. de acquiſitis ab eccleſia. Et de his copioſè de conſecrat. diſtinct. 1. per totum.

Imperatorũ. Conſtantinus, & conſtans immunitatem eccleſiæ dederunt, dicentes, in qualibet ciuitate, in quolibet oppido, vel vico, vel caſtello, vel municipio, quicunque voto chriſtianæ religionis meritum eximiæ,ſingularisq; virtutis oneribus intimauerit ſecuritate perpetua potiatur. Gaudere eum,& gloriari ex fide ſemper volumus, ſcientes magis religionibus, quàm officiis,& labore corporis, vel ſudore noſtram rempub.contineri. Valentinianus quoque, & valens decreuerant dicentes. Vniuerſos, qnos conſtiterit, cuſtodes animarum vel eccleſiarum eſſe & ſanctorum locorum, ac religionis obſequiis deſeruire, attẽtationis nullam moleſtiam ſuſtinere decernimus. Item Imperator Iuſtinianus dixit. Sancimus res ad venerabiles eccleſias, vel Xenones, vel Monaſteria, vel Prochotrophia, vel brephotrophia, vel orphanotrophia, vel gerontocomia, vel ſi quod eſt aliud tale conſortium deſcendentes ex quacunque curiali liberalitate habita a lucratiuorum inſcriptionibus liberas eſſe, & immunes.cap.in qualibet 23.quæſt.8.

82 Data autem hac libertate fuerunt ædifi- *Felix Epiſ.*

catæ tot eccleſiæ, quot uidemus in toto orbe terrarũ; & ſtatutũ fuit nõ alibi, quã ſacratis locis ſacramenta eſſe adminiſtrãda.c.ſicut. de conſecrat. diſtinct.1. Niſi ex neceſsitate : quia Eccleſiæ ſint combuſtæ, in capellis cum tabula conſecrata, & in itinere ſub diu uel in tentoriis. c. cõcedimus.ead.diſtinct.

Ex cõcil. Tributtẽſi.

Qui in priuatis domibus celebrant ſine licẽtia, deponuntur.c.clericos.ead.diſtinct.

Ex VI. Synodo.

Omnes Baſilicæ cum miſſa debent ſemper conſecrari. c. omnes Baſilicæ. de conſecrat.diſtinct.1.ſed Eccleſia, quę pactione conſecrata fuerit, potius execrata, quàm conſecrata dici debet.c.Eccleſia 1.q.4.

Igin. PP. Gre. PP.

Singulis annis dedicationum ſolemnitates celebrentur, & conſecretur etiam eccleſia, de cuius conſecratione dubitetur. c. ſolemnitates.de conſecr. diſt. 1.

Fel. PP.

Et ſolemnitas dedicationis celebranda eſt exemplo Domini Noſtri: quia ad feſtum dedicationis templi interfuit.c.ſolemnitates. 2. Eccleſiarum, ead.diſtinct.1.

Gre. PP.

In Eccleſia conſecrata abſq; permiſſu Epiſcopi aliud altare nõ erigatur, nec presbyter dedicationem fingat; quod ſi fecerit degradetur, ſi fuerit laicus anathematizetur. c.nullus presbyter, de conſecr. diſtinct.1.

Hormisda. PP.

Euertantur altaria, quæ ſine ſanctorum reliquiis eriguntur; ſi autem propter tumultus populares nõ ſinitur plebes admoneantur, ne in illa loca frequententur, ut qui rectè ſapiunt, nulla ibi deuicti ſuperſtitione teneantur. c. Placuit ut altaria. De cõſecrat.diſtinct.1.

Ex Cõcil. Aphricano.

Altaria ſi non fuerint lapidea, chriſmatis unctione non conſecrentur. cap. altaria. primo.ead.diſtinct. Sed placuit non ſolum unctione chriſmatis, ſed etiam ſacerdotali benedictione ſacrari.c.altaria. 2.ead.diſtinct.

Ex Cõcil. Hyponenſi. & Agathenſi.

Eccleſiæ uerò conſecratæ ab illis, qui in numero catholicorum nunquàm fuerunt, non dici poſſunt cõnſecratæ.ca. nos conſecrationẽ. & c.per illicitã §.ſed excommunicati.& c.ſi.1x. q.1. Nam quæ ab epiſcopis quondam catholicè ordinatis, ſed in ſciſmate à Rom. eccleſia ſeparatis conſecratę ſunt, ii nimirum cum ad eccleſiæ unitatem redierint, ſeruatis propriis ordinibus miſericorditer ſuſcipiuntur : ſi uita & ſcientia eos commendat.c.ordinationes.1x.q.1.

Gre. PP. Dama. PP. Vrb. PP.

Quando autem res aliena conſecratur, non ultra debet reſtitui, ſed Epiſcopus pretiũ debet dare.c.ſi res §.ſi uerò.& ſeq.x1111. q.v1.

Aug.

Omnes Baſilicæ, quæ per diuerſa loca conſtructæ ſunt, uel quotidie conſtruuntur, in epiſcopi poteſtate conſiſtunt, in cuius territorio poſitæ ſunt.ca.omnes Baſilicæ xv1.q.v11. Nam omnes Eccleſiæ cum dotibus ſuis, & omnibus iuribus in Epiſcopi poteſtate conſiſtunt atque ad ordinationẽ ſuã ſemper permanent.c. decretũ eſt.x.q.1.

Ex cõcil. Aureliaænenſi. Ex Cõcil. 2. Cabilonẽſi.

Sed Epiſcopus non ualet ſibi uendicare cõſecrationem Eccleſiæ, quam in alterius diœceſi adificauit.c.ſi quis Epiſcoporũ. & c.lator.xv1.q.v.

Nic. PP. & Gre.

Si dubitatur, à quo Epiſcopo debeat Baſilica conſecrari, inſpicitur, quis Epiſcopus incolas baptizauerit.c. 1.de religioſis domibus.

Et Eccleſia conſecrata non debet iterum conſecrari, niſi igne exuſta, aut ſanguinis effuſione, aut cuiuſq; ſemine poluta fuerit.c. Eccleſiis de conſecrat. diſtinct.1.& c.propoſuiſti.de conſecrat.Eccleſiæ, uel altaris. Imò ſi eccleſia non conſecrata polluitur, debet reconciliari. c.finali.de conſecrat. Eccle. Ac etiam ſi excomunicatus ſepellitur.c.v1. de conſecra. Eccle.

Ex Nicen.Cõcil.

Sed ſi dubitetur de conſecratione; quia nec teſtes, nec inſtrumẽta adſint; eccleſię ſunt conſecrandum. c.ſolemnitates. 1.de conſecr.diſtinct.1.

Si motum fuerit altare, aut lapis ſuperpoſitus, qui ſigillum cõtinet, confractus fuerit, aut diminutus, ſolum altare denuò cõſecrandũ erit.c.1.de conſecrat. Eccleſiæ, uel altaris. ſed lignis ædificii conſumptis, parietibus tamen illæſis, ac menſa principalis altaris modicã paſſa fracturã in ſua extremitate, nec eccleſia, nec altaria debent denuo conſecrari.c.v1.eod.

Conſecratio fieri poterit omnibus diebus. ca.2.eod. & ſimul plura altaria, & plures Epi poſſunt conſecrari. c.v.de cõſe.eccl.

Sed

Sed etiam aqua benedicta non poterit ſimplici ſacerdoti committi cõſecratio, vel reconciliatio.c.aqua.eod.

Ex concilio Agripinenſi. Sed non debet conſecrari illa eccleſia, vbi ſepulta ſunt corpora infidelium, ſed ſi apta videbitur conſecrationi, euulſis inde corporibus; eraſis inde parietib.& tignis; conſecrari poterit.c.eccleſiam.2.de conſecr.diſt.1.

Gel. pp. 84 Aedificata eccleſia, ſi fundator cupit eã conſecrari, conuenit ex more dedicari, collata prius donatione ſolemni miniſtris eccleſiæ deſtinata, ſed ædificator ſciturus eſt ſine dubio præter proceſsionis aditum, qui omni chriſtiano debetur, nihil ibidem, ſed proprii iuris habiturum. c.piæ mentis.16.q.7.

Ex concilio Aurelianenſi Sed nemo eccleſiam ædificet, antequam epiſcopus ciuitatis veniat,& ibi crucem figat, publicè atrium deſignet, & ante præfiniat, qui ædificare vult, quæ ad luminaria, & ad cuſtodiam, & ad ſtipendia cuſtodum ſufficiunt, & oſtenſa donatione ſic domum ædificet; & poſtquam conſecrata fuerit, atrium eiuſdem eccleſiæ ſancta aqua conſpergat.ca.nemo eccleſiam 4.de conſec.diſt.1.

DE PROHIBITIS IN ECCLESIA.

Orig. 85 Sed quia eccleſia debet eſſe domus orationis.cap.& hoc diximus 16.quæſtio.7. ſtatutum eſt, quòd in domibus eccleſiarum, neque miſſus, neque comes, vel iudex publicus vindicent ſibi hoſpitium. ca.1.de immunitate eccleſiarum, & non conuiuia, non hoſpitia celebrentur in eccleſiis, niſi neceſsitate cogente.cap.quieſcamus,& ca.nulli diſtinct.42. & idem in oratoriis, cap.penult.ead. diſtinct. Et cauſæ ſanguinis in eccleſiis, vel cemeteriis agitari non debent, ſub pœna anathematis, quia eſt abſurdum, ibi iudicis ſanguinis exerceri, vbi eſt tutela refugii conſtituta.cap.5.de immu.eccl. Et proceſſus, & ſententia prolata contra talem prohibitionem robore firmitatis carebit.c.2.§.fi. de immunit.eccl.in 6.

Ioãnes Chriſoſt. & Ex concilio Cartaginenſi.4. 86 Nam ad eccleſias humilis,& deuotus ingreſſus eſſe debet, & conuenientes ibidem, quando audiunt nomen Iesv, flectant genua cordis ſui, quod vel capitis inclinatione teſtẽtur; & attendatur in locis eiſdem intentis præcordiis ad ſacra ſolemnia, ac deuotis orationibus inſiſtatur, nullus excitet ſeditionem, conclamationem moueat, impetumve committat. dicto cap.2. vſque ad §.ceſſent. Ceſſent in locis illis vniuerſitatum & ſocietatum conſilia, conciones, & publica parlamen-
87 ta. Ceſſent vana & fœda & prophana colloquia & quælibet confabulationes. Et poſtremò ſint prorſus extranea omnia, quæ diuinum poſſunt turbare officium, aut oculos diuinæ maieſtatis offendere.

88 Ceſſent etiam in eccleſiis, & cemeteriis negotiationes, & præcipuè nũdinarum, & fori tumultus, & ſtrepitus ſæcularium iudiciorum. Nulla ibi pro laicos cauſa maximè criminalis agitetur, & ſint à cognitionibus laicorum loca illa aliena. d. c.2.§.ceſſent, vſque ad §.ordinarii.

89 Vlterius in eccleſiis non debent exponi ſupellectilia, nec propria clericorũ, nec aliena. Ne videantur potius domus laicæ, quàm Baſilicæ Dei. Niſi propter hoſtiles incurſus, aut incendia repẽtina, ſeu aliàs neceſsitates vrgentes; ſic tamen vt neceſsitate ceſſante res in loca priſtina reportentur.cap.2.de cuſtod.euchariſtiæ.

DE FVGIENTE AD ECCLESIAM.

90 Localis etiam immunitas eſt, quia fugiens ad eccleſiam, quantumcunque grauia maleficia perpetrauerit, non eſt violenter ab Eccleſiam extrahendus, nec damnari ad mortem, vel ad pœnam, & rectores eccleſiarum debent obtinere ſibi membra & vitam, ſed aliàs puniẽdus eſt. c.inter alia.de immu.eccl.

91 Et palatium epiſcopi gaudet immunitate eccleſiaſtica, vt in tractatu Ioannis de Viſchis.de immunit.eccl.nume.51.

92 Sed ſi publicus latro ſit, uel nocturnus depopulator agrorum ab eccleſia extrahi poteſt.d.cap.inter alia, uerſicul.& hoc verum. Et idem ſi ſæpe immunitatis in ec-

cleſia

cleſia,uel cœmeterio delinquunt.c.fin.de immunit.eccl.

Gel. pp. 93 Et qui ex eccleſia hominē reluctātem,reclamantisque uiolenter extraxerit, indignus iudicatur ſacra communione; nec enim iure ad ſupplicandum debet admitti,qui admittere ſacrilegium non dubitauit; & ab omnibus Epiſcopis, & parochis,acceſſu eccleſiarum indignus iudicatur.c.frater, & ſeq.17.q.4. Et uiolentus laicos eccleſiarum cohercere, non eſt cōtra legem agere, ſed legi facere ſubſidiū. c.2.de priuilegiis.

Ex concilio Aurelianenſi 94 Et idem priuilegium eſt conceſſum atriis eccleſiæ,uel domo Epiſcopi.c. id cōſtituimus.xvii.q.4.

Nic. pp. 95 Et ulterius maior Eccleſia habere debet per circuitum quadraginta paſſus, minores Eccleſiæ triginta:& qui talia confinia tentauerit, & perſonam hominis ſubtraxerit,niſi reddat,quod rapuerit, excomunicabitur.c.ſicut antiquitus. xvii.q.4.

Ioan. pp.viii Imo ſacrilegium committitur confringēdo eccleſiam, uel triginta eccleſiaſticos paſſus,qui in circuitu eccleſiæ ſunt,ſeu quando iniuria,uel ablatio rerum infertur clericis; uel aliis eccleſiaſticis perſonis. c. quiſquis.in principio.xvii.q.4.

96 Sed capellæ, quæ ſunt intra ambitum caſtellorum, non ponantur in hac triginta paſſuum obſeruatione.d.c. quiſquis §. Capellæ, quæ ſunt.

Ex Cōcilio Tributienſi 97 Si quis in atrio eccleſiæ,pugnā cōmittat, aut homicidium fecerit, quicquid pro immunitate uiolata emendandum eſt altario ſoluatur cuiuſcunque fuerit illa Eccleſia.c.ſi quis in atrio. xvii.q.4.

Leo pp. Et generaliter eccleſiarum priuilegia cunctis temporibus intemerata ſeruari debent.cap.priuilegia 2.25.qō.2. Nam qui deſtrueret ea, quæ anteceſſores ſui ſtatuerunt,non conſtructor,ſed euerſor eſſe rectè probaretur. cap.ſi ea deſtruerem.25. quæſt.2.

Greg.

DE ORATORIIS.

Ex concilio Aurelianenſi. 98 Vnicvique fidelium in domo ſua oratorium licet habere,& ibi orare, miſſas autem ibi celebrare non licet. cap.unicuique de conſecrat.diſtinct.1.Quod intelligitur de miſſa ſine cōſenſu epiſcopi. Nam cum conſenſu epiſcopi poſſunt.ca. clericos.ead.diſt.

Ex ſexta ſynodo.

Ex Cōcilio Agathēſi. Sed ſi quis extra parœcias,in quibus eſt legitimus,ordinariuſque conuentus, oratorium habere voluerit,permittitur in feſtiuitatibus miſſam audire propter fatigationem familiæ. Paſqua verò, Nata-

99 li Domini, Epiphaniæ, Aſcenſione Domini,Pentecoſte, & Natali Sancti Ioannis Baptiſtæ, & ſi qui maximi dies in feſtiuitatibus habentur, non niſi in ciuitatibus, aut in parœciis audiatur miſſa.c.ſi quis extra.de conſecr.diſt.1.

Et clerici,qui ibi miſſas iiſdem temporibus celebrare uoluerint,a communione priuentur,dicto capitulo ſi quis extra.§.clerici.

Aug. 100 In oratoriis tamen præter orādi, & pſallendi cultum pœnitus nihil agatur,ut nomini huic & opera iugiter impenſa concordent.c.ſi.diſt.42.

In oratoriis tamen campanæ publicæ teneri non poſſunt, capitulo parentibus 10. de priuil.

In Concil.Triden.Seſſ.22.

101 In decreto de obſeruandis, vel euitan. in celebrat. miſſarum oratoria ſunt deſignanda ab ordinariis.

Ioan. pp. 102 Ligna eccleſiæ dedicata non debent ad aliud opus iniungi, niſi ad aliam eccleſiam,uel ignem ſunt comburenda,uel ad profectum in monaſterio fratribus,in laicorum opera non debent admitti.c.ligna.de conſecr.diſt.1.

Cle. pp. 103 Altaris palla, cathedra, candelabrum, & uelum; ſi fuerint uetuſtate conſumpta, incendio dantur; quia non licet, ea, quæ in ſacrario fuerint,malè tractari;ſed incēdio uniuerſa tradantur, & cineres eorum in baptiſterio inferantur, vbi nullum trāſitum habeat; aut in pariete, aut in foſsis pauimentorum iactentur, ne introeuntium, pedibus coinquinentur.ca.altaris palla.de conſecrat.diſtinct.1.

Idem. 104 Item mortui inuoluantur ueſtimentis altaris pœna diaconi excōmunicationis trium annorum, & ſex menſium:presbyteri decem annorum & ſex menſium. c. nemo,

c.nemo in prin.de conſecr.diſt.1.

Sixt. pp. 105 Vaſa ſacra non niſi a ſacratis hominibus contractentur, nè pro talibus præſumptionibus dominus iratus plagas imponat populo ſuo; & hi, qui non peccauerunt, pereant: quia perit iuſtus ſæpiſſime pro impio.c.in ſancta apoſtolica.de conſecr.diſt.1.

DE TRANSMVTANDO LOCA SANCTORVM.

Aug. Ex Cõcil.Maguntinen. 106 Loca ſanctorum transmutanda ſunt tribus ex cauſis. Prima, cum neceſsitas proſecutorum loca eorum grauauerit. Secunda, cum difficultas locorum fuerit. Tertia, cum malorum ſocietate grauantur, & corpora ſanctorum de loco ad locum transferuntur cum Principis, vel epiſcoporum conſilio.c.tribus.& ſeq. de conſecr.diſt.1.

DE IMMVNITATE PERSONALI, ET REALI.

Ex Pariſienſi Cõcil. 107 De immunitate perſonali habetur in concilio Pariſienſi, ſecundum canonicam auctoritatem, & conſtitutionem D. Imperatoris Ludouici de agro eccleſiaſtico, uel ſi quilibet pro loco ſepulturæ aliquid largitus eccleſiæ fuerit, de decima etiam & oblationibus fidelium nullus quenquam presbyterorum aliquem cenſum perſoluere cogat, vel quidquàm ſubtrahat, aut redhibitionem quancunque exigat temporalem, quòd ſi fecerit communione vſque ad ſatisfactionem priuetur, & regia poteſtate dare cogatur, capitulo ſecundùm canonicum. 23. quæſt.8.

Gre. pp. Sunt epiſcopi contenti leuitica tãtum portione, & talibus nulla occaſio relinquitur ſecularis militiæ, quia viuunt de decimis & primitiis, & in omni Regno, tanquã filii ſummi Regis à terrenis exactionib. liberi ſunt.

109 Item ſunt epiſcopi, qui non contenti decimis, & primitiis prædia, Villas, Caſtella, & ciuitates poſsident, ex quibus Cæſari debent tributa, dicente Domino. Reddite, quæ ſunt Cæſaris Cæſari; & quæ ſunt Dei, Deo. Et Apoſt. reddite omnib. debita, cui tributum, tributum; cui uectigal uectigal.c.ſi in mortem.§.ſed notandum, 23.q.8.

Mel. pp. 110 Apoſtoli prouidebant futuram eccleſiam in gentibus, idcirco prædia in Iudea non ſunt adepti, ſed pretium tantũmodo, ſed eccleſia facta magna & licentia Imperatorum fabricatæ ſunt eccleſiæ, & prædia tributa. Nam Imperator Conſtantinus donaria immenſa contulit, & inſtituit fabricam beato Petro, adeo ut ſedem Imperialem relinqueret, & beato Petro, ſucceſſoribusque ſuis profuturam concederet. cap. futuram. 12.q.1.

Vrb. pp. 111 Prædia non fuerunt alienata a ſacerdotibus, & fidelibus videntibus plus vtilitatis poſſe conferre, ſi traderent eccleſiis, quibus epiſcopi præſidebant, ita, vt Epiſcopi, qui locum tenent Apoſtolorum, ſint diſpenſatores eorum bonorũ, omnibus communi vita degere volentibus, prout melius poterit, vt nemo in eis egens inueniatur. capitulo videntes. 12.q.1.

Ex Cõc. Mart. pp. 112 Epiſcopi debent reſeruare in iure eccleſiæ omnia, quæ de prouiſione ſuæ eccleſiæ fuerint. De propriis vel acquiſitis poſſunt derelinquere hæredibus ca. epiſcopi 12.q.1.

At epiſcopi ſi indigent, percipiant ex rebus eccleſiæ in ſuas neceſsitates, & peregrinorum fratrum vſus, vt nihil ei omnino deeſſe poſsit, lex enim Dei præcipit, vt qui altario deſeruiunt, paſcantur de ipſo c.ex his autem 12.q.1.

Ex Cõcil. Iſpalenſi. 113 Itẽ eccleſiaſtici viri poſſunt teſtamẽto conficere, & res, quæ ſui iuris erant, ante ordinationem, aut acquiſitæ ſunt iure hæreditario, poſt ordinationem poſſunt, cui velint relinquere, acquiſita ex facultatibus eccleſiæ aut ſuo aut alterius nomine debent ad eccleſiam deuenire. c.fixum.12.q.5.

Amb. 114 Aurum habet eccleſia nõ ut ſeruet, ſed ut eroget, & ſubueniat in neceſsitatib. & melius eſt, ſacerdotem ſubuenire pauperibus, quàm vt hoſtis ſacrilegus conta

minet

DE IMMVNITATE A IVDAEIS.

121 Sed inter Immunitates eccleſiæ perſonales, illa etiam cõnumerari poteſt; quia nulli Iudæo licet emere pabtizatum, uel baptizare uolentem. c.fin.de Iudæis.

Immo ſi per tres menſes uenalem non poſuerit, uel emerit ad ſeruiendum nullo precio perducitur ad præmium libertatis.d.c.fi.§.ſi autem.

Et ſi chriſtianus factus ſit ſeruus Iudæi datis ſolidis 12. pro quolibet mancipio, quicunque chriſtianorum habet libertatem eum redimendi, ſeu ad ingenuitatem, ſeu ad ſeruiendum ſibi.c.1. de Iudæis.

Et ſi ſeruus deſideret fieri chriſtianus, & Iudęus non permiſerit, idem erit; quia Iudæus cogitur permittere, ut fiat chriſtianus; quia nephas eſt blaſphemũ Chriſti detinere in uinculis eum, quẽ Chriſtus redemit. d.c.1.de Iudæis.

Prohibentur ulterius Iudæi habere mancipia chriſtiana etiam ſub obtentu alendorum puerorum, uel pro aliquo ſeruitio, & excommunicatur, qui præſumpſerit cũ eis habitare.c.v.eod.

Chriſtiani etiam pro aliqua mercede non debent ſe exponere pro Iudæis, & obſtetricibus prohibetur, ne infantes Iudæorum in eorum domibus nutrire præſument.c.VIII. & XIII. eod.de Iudæis.

Poſſunt autẽ tenere adſcriptitios pro colendis terris, licet ſint liberi diſpoſitione legum.c.2.§.ſi uerò.de Iudæis.

Iudæis, permittitur habere ueteres ſynagogas, ſed nauas erigere prohibẽtur. c. 3.& ult.de Iudæis, Ac etiam poſſunt ueteres ſynagogas reſtaurare in priſtinũ.c.VIII. de Iudæis.

Sed die Veneris ſancta non licet Iudæis tenere oſtia, uel feneſtras apertas.c.4.eod. tit. nec in publicum debent ire eodẽ die. c.in nonnullis §.in diebus.de Iudæis.

Si qui uerò Iudæorum inſpirante domino ad fidem chriſtianam ſe conuerterint à poſſeſsionibus ſuis non excludãtur: cum melioris conditionis eſſe oporteat ad fidẽ cõuerſos. Et præcipitur principibus chriſtianis locorum ſub pœna excommunicationis, ut portionem hæreditatis ſuæ & bonorum ſuorum ex integro eis faciant exhiberi.c.v.§.ſi qui uerò.de Iudæis. Et idem diſponitur in extrauagantibus communibus titulo de Iudæis, incipit dignum.c.2.Et Paulus III. cõceſsit, quod debeatur portio bonorum paternorum, ac etiam parentibus uiuentibus de acquiſitis, ſcilicet uſura uoluit, quòd reddant illis, a quibus ſciunt ſe extorſiſſe, ſi ignorant; quia Eccleſia hæc acquiſita debet in pauperes diſtribuere, ipſis baptizatis in fauorem baptiſmi reliquuntur. Datum Romæ.die XXI.Martii.M.D.XLII.

Filii etiam reddi debent patri facto chriſtiano. ſi detinentur a matre Infideli poſt triennium.c. finali. de conuerſ. infidelium.

Chriſtiani differẽtes ſaracænis arma, ferrũ, ac lignamina galearum excommunicati ſunt, & priuati reb.ſuis, & ſunt ſerui capiẽtium.c.ità quorũdam.6. de Iudæis.

Et ſimiliter qui tempore belli aliquod commercium habẽt cum eis, uel præſtant ſubſidium. c.12. & expreſsius.17. de Iudæis.

Iudæi autẽ inuiti non ſunt baptizandi, nec ſine iudicio puniendi, aut rebus ſuis ſpoliandi, uel in ſuis feſtiuitatibus moleſtandi. Et nemo cæmiterium Iudæorum mutilare, aut inuadere audeat, ſiue obtentu pecuniæ corpora humana effodere. c.ſicut Iudæi 9.de Iudæis.

Iudæus percutiens clericum punitum pecuniaria pœna, uel alia ſi ſubſit epiſcopo, ſin autem Domino temporali, ipſi Dominus monetur ut ſatisfieri faciat iniuriam paſſo & eccleſiæ, quòd ſi Dominus neglexerit, interdicitur chriſtianis omnibus, ne eum ipſo Iudęo, antequam ſatisfaciat, præſumant commercium exercere.c.poſtulaſti.14.de Iudæis.

Et Iudæi utriusque ſexus debent uti habitu, per quem diſcernantur à chriſtianis c.in non nullis.15.eod.

Iudæi publicis officiis non pręferantur: quoniã ſub tali prætextu chriſtianis plurimũ infeſti ſunt. c.XVI.de Iudæis. Et Tali Iudæo officiali tandiu chriſtianorum communio in commerciis & aliis denegatur, donec in uſus pauperum chriſtianorum

prouidentia epiſcopi conuertatur, quidquid à chriſtianis ſuſceperit occaſione officii.d.c.xvi.& c.penul. de Iudæis.

Item Iudęi & ſaraceni per teſtes chriſtianos conuinci poſſunt non obſtantibus contrariis priuilegiis Regum & principum, qui in Domino exhortantur, ne concedãt, aut ſi Iudæi utantur, ſubtrahitur illis chriſtianorum commercium, & ſi opus fuerit, compelluntur cenſura eccleſiaſtica.clem.1.de teſtibus.

In clementina unica, de Iudæis, inhibetur omnibus principibus chriſtianis, ne ueneretur Machometus.

DISTINCTIO. IIII. FINIS.

DE REBVS ECCLES. ALIENANDIS, VEL NON.

DISTINCTIO QVINTA.

122 SED non eſt aliena ab immunitate eccleſiarum cõſideratio de prohibita alienatione bonorum ipſarum eccleſiarum.

Nam regulariter irrita erit donatio, uenditio, uel commutatio Epiſcoporum rei eccleſiaſticę abſque collaudatione, & ſubſcriptione clericorum. c.1.de iis, quæ fiunt.à Prælatis.

Et taciturnitas habetur pro conſenſu.c.2. eod.ac etiam per ratificationem roboratur.c.3.eod.

Et perpetua alienatio facta de rebus eccleſiæ uacantis non præcedente tractatu diligenti, & ſolemni, & ſine iuſta cauſa, non ualet.c.1.de rebus eccleſ.alien.in 6.

Nam prohibentur uniuerſi, & ſinguli prælati ſubmittere, ſeu ſupponere bona eccleſiarum laicis abſque conſenſu capituli, & Apoſtolicæ Sedis licentia ſpeciali.

Non concedendo bona ipſa in emphytheuſim, ſeu aliàs alienandum in forma, & caſibus à iure permiſsis.

Sed conſtituendo, uel recognoſcendo, ſeu profitendo ſe tenetur ea ab illis tanquam à ſuperioribus. uel ſtatuendo ipſos patronos, uel aduocatos eccleſiarũ perpetuò, aut ad tempus non modicum.d.c.finali.§. Non concedendo, in 6.

Et contractus omnes etiam uelati iuramento ſine conſenſu, & licentia huiuſmodi uiribus omnimodo careant, d.c.finali §. Contractus.

Et unus ſolus poteſt impedire compoſitionem factam à cap.c.fin. de maior. & obedient.& ibi glo. quia in re communi potior eſt conditio prohibentis.c.in re communi.de reg.iur.in 6.

123 Prælati, qui ſecus fecerint, ipſo facto ab officio, & adminiſtratione triennio ſint ſuſpenſi.& clerici, qui denunciare neglexerint, à perceptione beneficiorum, quæ obtinent in eccleſia ſic grauata eo.triennio ſint ſuſpenſi.

Si tamen capitulum dederit Literas Abbati, uel priori, de ratihabitione circa tranſactionem, & facta ſit, & aliquot annis ſeruata, capitulum & ſi non conſenſerit in eam, non poterit reuocare.c.3.de tranſactionibus.

124 Laici, qui Prælatos, ſeu alias perſonas eccleſiaſticas compulerint ad tales ſubmiſsiones, ſint innodati excommunicatione, niſi poſt competentem monitionẽ dimittant eccleſias, & bona eccleſiaſtica in ſua libertate. & qui decætero ad talia facienda compulerint eadem excommunicatione teneantur.d.c.fin.§.Laici, & §. ille quoque, de immuni.eccle.in 6.

125 Prēterea Laici ultra id, qđ ex natura cõtractuum, uel adhibita in illis lege ꝑmittitur

tiur aliquid non uſurpetur occaſione cõ tractuum ſine conſenſu,& licentia initorũ,& in futurũ fiendorũ, d.c.fi.§.illi uerò. Qui ſecus egerint,niſi reſtituẽdo ab uſurpatione deſtiterint, ipſo facto incurrant excommunicationem;& ex tunc ad ſupponendum terram ipſorum (ſi opus fuerit) eccleſiaſtico interdicto liberè procedatur,d.c.fi.§.Qui uero.

126 Poſtea ſecuta eſt alia prohibitio ſtrictior à Paulo.II.in extrau. g. cõibus,titulo, de rebus eccle. non alien. Nam non ſolum alienatio, ſed etiam omne pactũ, per quod transfertur dominium,conceſſionem,hypothecam, locationem, ultra triennium,& emphyteuſim, ſunt prohibita præter quàm in caſibus à iure permiſſis,ac de rebus, & bonis ab antiquo concedi ſolitis, & cum eccleſiarum euidenti utilitate,ac de fructibus, & bonis, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt. Alijs decretis ſuper hoc editis in ſuo robore permanſuris.

Pœna ei, qui alienat, & qui alienatas res recipit, excommunicationis cum alijs grauiſſimis pœnis,ut in ea,tam contra Prælatos,quàm inferiores Rectores eccleſię. Nec Epiſcopus ſolus poteſt inſtituere,& deſtituere Abbates, Abbatiſſas, & alias eccleſiaſticas perſonas;quia ipſæ, & capitulum unum corpus ſunt,illi caput,& illi membra.c.4.de iis, quæ fiunt a Prælato.

Et in conceſsionibus,& confirmationibus, & alijs eccleſiæ negotijs fratres requirendi ſunt;ut cum eorum conſilio, uel ſanioris partis tractentur, & ſtatuantur, quæ ſtatuenda ſunt, & errata corrigantur; & euellenda diſsipentur, & euellentur.c.5. eodem.

127 Nam ſemper obſeruatur id, quod pluribus, & ſanioribus,uiſum fuit.c.1.de his, quæ fiunt à maiori parte capituli,ſed maior pars illa,quæ maiori ratione nititur:ut patet in d.c.1.in uerbo rationabiliter. & nõ ſemper ſtandum eſt numero in electione, ſed plura cõſideranda ſunt; de quo plene per glo.in c.eccleſia, in uerbo,non conſenſerit,de electio.

128 Sed nec etiam licitum eſt Epiſcopo, uel Abbati terram unius eccleſiæ uertere ad aliam;quàmuis ambæ ſint in eius poteſtate.tamen ſi commutare uoluerit terras earum cum conſenſu ambarum partium faciat.c.1.de reb. eccle.uel non.& ſi altera altari præponderit,ad æqualitatem inducendam poteſt pecunia refundi;prout uiſum fuerit expedire.c. ad quæſtiones, de rerum permut.

129 Poteſt etiam Epiſcopus licitè ex cauſa neceſſaria transferre perſonam de uno loco ad aliũ, ut qui uno loco minus ſunt utiles, alibi ſe ualeant utilius exercere.c. 5.de rerum permut.

130 Item Princeps poteſt facere permutationem cum re immobili eccleſiæ ex rationabili cauſa; & res,quæ pręſtatur,fuerit maior,uel æqualis.c.1.de rerũ permu. Sed ſpirituale cum temporali permutari nõ poteſt.c.fi.eod.

Qui eccleſiæ ſuæ aliquid reliquit,uel aliqua pdia acquiſiuit pôt aliquos de familia eiuſdem eccleſiæ manumittere iuxta rei collatæ modum decretum.c.Epiſcopus.xii. q.2.ita ut cum peculio, & poſteritate ſua ſub patrocinio eccleſiæ maneat.c.3. de rebus eccleſiæ non alien. ſed glo.intelligit de male meritis;nam ſi frugi ſunt, nõ poſſunt permutari, niſi fiant liberi.c.3.& 4.de rerum permut.

131 Sed terras, quæ de ſyluis extirpatis factæ ſunt arabiles, poſſunt concedi hæreditario iure eis,a quibus ſuo, uel parentum liberè cõſtitit, extirpatas. niſi poſsit aliis conferri ad maiorem utilitatẽ cum eodem labore,& onere.c.ad aures.

Et poſſeſsiones,quæ minus ſunt utiles, pro alijs utilioribus de fratrum conſilio, & aſſenſu, aut ſanioris partis alienari, ſeu commutari poſſunt.c.8.§.fi.eod.

Et idem de ruinis, quas eccleſia reficere nõ ualet.c.ea enim, §.ſi quas uerò. x. q.2.

Terrulas quoque, aut uineolas exiguas, & eccleſiæ minus utiles, aut longè poſitas, uel domos plus incommodi, quàm utilitatis,ſi neceſsitas fuerit, Epiſcopus poteſt diſtrahere.c. terrulas.xii.q.2.

Conceditur præterea aliquo caſu donatio ſecundum quantitatem rei datæ,& illius terræ conſuetudo.c.3.de donatio.

132 Item conceditur feudum in tribus caſi

bus non obſtante iuramento de non infeudando de nouo.

Primus eſt, quando feudum reuertitur ad dominum: nam ſi epiſcopus uiderit expedire, alii concedet.

Secundus, ſi vaſſallus feudum alienet: nam epiſcopus inueſtiet filium, uel cōſanguineum alienantis.

Tertius, quando feudum alienatum non facilè poteſt recuperari. Nam licenter poteſt concedi ei, per quem eccleſia feudū valeat rehabere. c. 2. de feudis.

133 Sed eſt caſus, in quo occiſo I. Epiſcopo Vincentino delinquentes feudis, & beneficiis fuerunt priuati, & prohibitū, ne ipſis, aut eorum hæredibus reſtituantur, aut de nouo conferantur, & hæredes excluſi ſunt vſque ad quartam generationem. cap. ad aures, de pœnis. De quo delicto eſt grauior pœna in clem. 1. de pœn.

134 Sed pœna impoſita poſteris non includit poſteros ex fœminis deſcendentes. c. 4. de pœn. in 6.

135 Alius eſt caſus priuationis feudorum; nam ſi ſtatuarii contra libertatem eccleſiæ multa de bonis eccleſiæ tenenr in feudum, ſi illa non deleuerint, priuatur feudis. ca. grauem. 53. §. cæterum, de ſenten. excommunic. Cadit etiam a feudo percutiens epiſcopum, capiens, ſeu banniens, vel hæc mandans, vel ratificans, ac ſocius, conſiliarius, fautor, & defenſor, clemen. 1. de pœnis, verſicul. a feudis inſuper.

136 Ac etiam poteſt epiſcopus non obſtante prædicto iuramento [illegible] feudum, ſi apparet feudatarium in [illegible] fuiſſe deceptum, qua eccleſia in [illegible] ſuis non debet fraudem ad[illegible]. ca. 5. de donat.

137 Sed vt conſulatur indemnitati eccleſiarum, non eſt valida conſtitutio laicorū, vt qui ſe ad inopiam vergere probabiliter allegauerit, poſſit feudum libere alienare, quod ab eccleſia tenet. c. 7. de conſtitutionib.

Et generaliter [illegible] etiam [illegible] eſt attributa facultas [illegible] & p ſoni eccleſiaſticæ [illegible] ipſis [illegible]di manet neceſsitas, non auctoritas imperandi; quare ſi quid motu proprio ſtatutum fuerit, quòd eccleſiarum reſpiciat commodum, & fauorem, nullius firmitatis exiſtit, niſi ab eccleſia fuerit approbatum. c. 10. de conſtit.

DE INVASORIBVS RERVM ECCLESIARVM.

138 Sed qui Chriſti pecunias, & eccleſiæ aufert, fraudat, & rapit, vt homicida in conſpectu iudicis deputabitur. c. qui Chriſti 12. q. 2.

Et quicquid domino cōſecratur ad ius pertinet ſacerdotis. cap. nulli liceat, eadem cauſa, & q. 2. Sed qui [illegible] de ſacratis vaſis, vel miniſterio clerici [illegible] traxerint ſine mora eccleſiæ [illegible]. cap. [illegible] Auguſtino, & cap. qui [illegible], eadem 12. q. 2.

Sunt [illegible] legum in qua [illegible] de [illegible] tudine eccleſiæ ſine a[illegible] ſua ablata recipere debet, cap. in legibus, & ſeq. eadem.

Qui autem prædia eccleſiæ inuadit, excommunicatus eſt; ac eſt ſacrilegus. cap. quicunque, & ſeq. 12. q. 2. Ac [illegible] inuaſores rerum eccleſiarum præter [illegible] legum ſæcularium puniantur, [illegible] pecuniaria pœna. capitulo cum deuotiſsimam. 12. quæſt. 2.

Sed etiam [illegible] text. in c. mone[illegible]us. cū quinque ſequ[illegible] c. diaconi. cum [illegible]bus [illegible]. 12. q. 1.

Si d[illegible] eccleſiæ ſupprimantur, aut ne[illegible] clericis de propriis [illegible] bus damnum reficiatur eccleſiæ [illegible] munione priuentur. cap. [illegible] clericis. 12. q. 2.

139 Epiſcopo d[illegible] ſupremis agente, de re[illegible] vel immobilibus n[illegible] qui fecerint [illegible] & uix ei p[illegible] tur. c. p. hæc [illegible]us. 12. q[illegible].

N[illegible] Metropolitano licet inuadere res [illegible] Epiſcopi [illegible] ei. c.

non

non liceat,eadem cauſa,& q.2.

Laici verò, qui audent bona clericorum morientium diripere, excommunicantur.c.de laicis.12.q.2.

140 Et ſi quis Principum,vel aliorum laicorum diſpoſitionem,ſeu donationem rerum,ſiue poſſesſionum eccleſiaſticarum ſibi vendicauerint,vt ſacrilegus iudicetur.ca.ſi quis Principum.17.q.4.

Item ſacrilegium facit,ſi quis quod venerabilibus locis relinquitur,prauæ voluntatis ſtudiis tentauerit ſuis commodis retinere.c.ſacrilegium.17.q.4.

Et idem,qui domum Dei violauerit,& aliqua inde abſtulerit, ſciat ſe communione priuatum, donec admonitus legitimè ſatisfecerit. Si verò poſt trinam admonitionem noluerit ſatisfacere, periculo ſacrilegii ſit obnoxius, vt nemini fidelium miſceatur. ca. quiſquis.§. item ſi quis.17.q.4.

141 Res autem eccleſiæ iudicio, non manibus defenduntur;nam ſi quis eccleſiaſticorum vnquam titulos ſiue in ruſtico,ſiue vrbano,ſua ſponte ponere præſumpſerit,anathema erit:& is, qui eccleſiæ præeſt, ſi hoc fieri præceperit, vel neglexerit,factum ſine ſuo præcepto dignè punire,ſimiliter anathema ſit. c.conſuetudo. 16.q.6.

Et epiſcopus cauſæ ſuæ detrimentum patiatur, qui eccleſias ſuas ab alio detentas propria auctoritate quærit adire.ca.placuit,16.q.6.

142 Si verò epiſcopus(quod abſit)ex culpa fuerit depoſitus,omnes res, quæ ablatæ fuerint, reſtituantur; quia delictum perſonæ in damnum eccleſiæ conuerti non debet. ca. ſi epiſcopus,& ſequen. eadem 16.q.6.

De lapſis verò ſacerdotibus,vel clericis, in rebus eorum nulla contaminatione miſceatur epiſcopus;ſed traduntur cum rebus pauperculo monaſterio ad agēdam pœnitentiam. Sed ſi habent parentes, res illorum dantur parentibus,ita ut procurent lapſis ſtipendia debita.cap.de lapſis.16.q.6.

143 Et ſimiliter qui uult exhæredato filio hæredē facere eccleſiā, quærat alterū, q ſuſcipiat,nō Auguſtinum,imò Deo propitio neminem inueniet.ca. quicunque. 17.q.4.

Sed in quantum ibi dicitur fuiſſe in poteſtate epiſcopi nō reddere donata ei, cui poſt donationem filii ſunt nati, iure fori,non iure Poli, in iure ciuili eſt contrarium;quia donatio reuocatur natis filiis c.de reuocan.donat. l.ſi unquam.

DE REBVS VOTO DEDICATIS DEO.

144 Ea tamen,quę non debemus Deo,ſi vouentur,neceſſariò reddantur.c.ſunt quædam 17.q.1.

Et ratio nulla permittit, vt proprio vſui applicetur, quod pro cōmuni vtilitate datum eſſe cognoſcitur.cap.ratio nulla.17. quæſt.4.

145 Vnde ſi iuſſerit teſtator monaſterium fundari,datur terminus anni, quo tranſacto ſecundum piiſsimas leges latas de functorum pias voluntates omni decēs eſt ſtudio adimpleri.c.3. de teſta.& l.nulli.C.de epiſ.& cler.

Et pecunia relicta in vſus pios non debet aliis vſibus applicari, & per locorū epiſcopos prouidēdum eſt,vt vniuerſa procedant ſecundum voluntatem defuncti, licet contingat à teſtatore interdici.cap. tua nobis.ead.

Executores teſtamenti poſt mandatum ſuſceptum per epiſcopum cogi debent,teſtatoris ultimam uoluntatem explere. c. Ioannes,ead.

Sed etiam debetur legatum,licet nudis verbis relictum ſit ca.4.de teſtam.quod etiā diſponitur iure ciuili in l.ſi.C. de fideic. & inſt.de fideic.hæred.§.ſi.

Et qui extremam voluntatem ſuam in alterius diſpoſitionem committit, non videtur decedere inteſtatus.c. cum tibi,13.de teſtamentis.

Et vlterius ordinarius exigit rationem ab executoribus religioſis,clemen.5.de teſtamentis.

Sed iſti religioſi non poſſunt ſuſcipere officium executoris ſine licentia ſuperioris. c.1.de teſtam.in 6.

Sunt vlterius alia, quæ vtiliter addi poſſunt.

DE PIGNORIBVS, FIDEIVSſoribus, & ſolutionibus.

146 Nam nullus presbyter debet præſumere dare in uadum, ideſt, pignus calicem, vel patenam, vel veſtimentum ſacerdotale, aut librum eccleſiaſticum, tabernario, vel negociatori, aut cuilibet laico, vel fœminæ, niſi iuſtiſsima neceſsitate urgente. c. 1. de pign.

Et clericus fideiuſsionib. interueniens abiiciatur. c. 1. de fideiuſſ. ſed intelligitur de frequentia, ut per gl. ibid.

Si verò pro clerico fideiuſſor interuenit, clericus eum indemnem ſeruare debet per aſsignationem redituum ſuorum. c. 2. de fideiuſſ.

Item ſi religioſus ſine licentia Prælati, vel maioris partis capituli fideiuſſerit, vel mutuum acceperit, non tenetur eccleſia, niſi ſit, verſum in eius vtilitatem, imo ipſe punitur. c. 4. de fideiuſſ.

Sed fideiuſſor poteſt agere contra debitorem, vt à fideiuſsione eum liberet, ſi debitor diu ceſſauerit a ſolutione debiti, aut diſsipare cœperit bona ſua. ca. fin. de fideiuſſ.

Itē prælatus tenetur ſoluere debita ſui prædeceſſoris contracta pro eccleſiæ neceſſitate. c. 1. de ſolutionibus.

Et decimum Papalem, aut charitatiuū ſubſidiū epiſcopi (licet inter doctores ſit diſſicultas) reſeruato iure cōtra hæredes prędeceſſoris, aut alium, qui percepit fructus, & non ſoluit, vt per Io. Andr. in regula, non eſt in mora, de reg. iur. in 6. qui ita decidit poſt diſpoſitionem ad partes; & latius per Bellenzinum tract. de charitatiuo ſubſidio. q. 51.

Sed ad penſiones non ſolutas ſucceſſor nō tenetur, vt latè arguit Caſsiod. in deciſ. 4. de locato. Nec videtur verò opinio Gigantis poſt Cacialupum in tract. penſio. q. 39. dum uult, ſucceſſorem teneri, ſi prędeceſſor nullos fructus percepiſſet, de quo mirandum eſt: quia ipſe concludit. q. 62. penſionem non deberi non collectis fructibus & nihil iuuat: quòd penſio non poſsit retardari, cum poſsit repeti, ac etiam litigari ante tempus ſolutionis. Ideo cùm ceſſet eo caſu penſio, falſum eſt ſucceſſorem teneri.

In quātum etiam tenet Gigas, eſſe in facultate illius, cui debetur penſio, agere contra ſucceſſorem, vel hæredem prædeceſſoris, hoc etiam non eſt verum. Nam in primis obſtant argumenta Caſsiodori, de quibus ſupra, & penſio eſt aſsignata ſuper fructibus, reditibus, prouentibus, & obuentionibus vniuerſis. & nō poteſt argumētum ſumi à decima Papali; quia in ea eſt lōgè diuerſa ratio, ut colligitur ex Bellenzino in ſupra alleg. q. 51.

DE PECVLIO CLERI. TESTAM. ET SVCCESS.

147 Sed nōn ſolùm intelliguntur res eccleſiæ, quæ antiquitus ſunt in eius dominio ſed etiā ea, quæ presbyter acquirit, quādo tempore promotionis ad ordines eccleſiaſticos nihil patrimonii habebat. c. 1. & 3. de pecul. cleric. & cap. placuit, 12. quæſt. 3.

Et ne ius eccleſiæ incertum ſit, curabit preſbyter nomine eccleſiæ ſcripturam facere de his, quæ ſuperemerit, alioquin ab eius ordinatione diſcedat. c. 2. de pecul. cleric. & c. fi. 12. q. 4.

Et inquirendum eſt, ne presbyter de reditibus eccleſiæ, vel oblationibus, vel votis fidelium alieno nomine res comparet, quia unā ſic fraudem facere debet, quoniam hoc ſacrilegium eſt. cap. 4. eod. de pecul. cleric.

Qui verò de ſuis, & eccleſiæ rebus aliqua acquirūt, ſi quantitas vtriuſque ſit æqualis inter eccleſiam, & decedentis hæredes, æquo iure diuidantur. Sed detrimenta ſacerdoti, vel eccleſiæ reſarciātur, quę alterius occaſione alter ſenſerit. c. ſacerdotes, cum ſeq. 12. q. 4.

Item ſi quis clericorum probabitur feciſſe agella, vel vineolas in terra eccleſiæ ſuſtentādæ uitæ cauſa poſsidebit vſque ad diem obitus, & poſt mortem erit eccleſiæ; nec hæres teſtamento, aut ab inteſtato;

to; niſi ſit is, cui epiſcopus pro ſeruitiis, ac præſtatione eccleſiæ largiri velit. c. ſi. eo. de pecul. cleric.

Nam nullus de clero, ſiue de populo eccleſiaſtica bona iure conſanguinitatis ſibi requirat habenda. c. 1. de præb.

Et etiam epiſcopus de acquiſitis intuitu eccleſiæ teſtari non poteſt. cap. 1. de teſtamentis.

Et idem de aliis clericis. cap. 7. eod. de teſtamentis. Etiam ſi ſint mobilia. c. 12. eo. de teſta. & pertinere eccleſiæ dicitur, ſi ſit collegium clericorum; quia communis congregatio intelligitur curam, & diſtributionem habere illarum rerum. Si verò vnus tantum eſt ordinandus, is ea bona in Dei timore diſpenſet, d. c. 12. §. nomine autem, ac etiam pertinet ad eccleſiam, ſi Pontificibus ab extraneis, vel cũ eccleſia, vel ſequeſtratim dimittitur, aut donatur, quia hoc ille, qui donat pro redemptione animæ ſuæ, non pro commodo ſacerdotis probatur offerre, non quaſi ſuum proprium, ſed quaſi dimiſſum eccleſiæ computabitur; quia iuſtum eſt, ut ſicut ſacerdos habet, quod eccleſię dimiſſum eſt, ita eccleſia habeat, quod relinquitur ſacerdoti. c. Pontifices. 12. q. 3.

Sanè per fideicommiſſum dimiſſum ſacerdoti, aut eccleſiæ cuicunque alii poſtmodum profuturum, id inter facultates ſuas eccleſia computare, aut retinere non poterit, d. c. Pontifices. §. ſanè quicquid.

Sed conceditur licentia fieri eleemoſinam moderatam de iis acquiſitis c. 8. eo. & d. c. 12. §. licet.

Ac etiam clerici poſſunt teſtari de acquiſitis paternæ ſucceſsionis, aut de adeptis de artificio, & peruenerunt non habito reſpectu ad eccleſiam. c. 9. eod. & d. c. 12. §. cæterùm.

Item epiſcopis, presbyteris, & clericis, ſi in tuitu perſonæ aliquid acquiſierint, licitum eſt de his donationẽ facere, cui voluerint, dum uiuunt: ſi autem ante obierint, quàm hoc fecerint, altari, cui ſeruiunt, omnia perpetuò ſauctificentur. c. 1. de ſucceſſ. ab inteſt.

Sed iſtud eſt uerum, ſi iſti non habent conſanguineos, qui eis ſuccedant ab inteſtato: quia ipſi ſuccedent, non eccleſia: ut per gl. in d. c. 1. in verbo, tradantur. & eſt tex. in c. epiſcopus. 12. q. 5.

Seruus presbyter factus, & decedens cũ peculio, id diuiditur in quatuor partes; quarum vna ſit epiſcopi; altera eccleſiæ; tertia pauperibus, quarta parentibus aſsignetur. & ſi parentes nõ ſint idonei, epiſcopus eam quartam recipiat, & in uſum eccleſię diligenter diſtribuat. c. 2. ead. de ſucceſſ. ab inteſt.

Item compoſitio interfecti presbyteri epiſcopo ſoluatur tribuenda medietas utilitatibus eccleſiæ, altera in eleemoſinis. Ratio eſt; quia nullus eſt proximior hæres, quàm qui ipſum domino ſociauit. c. 2. de pœnis, gl. dicit compoſitionem eſſe ſolidorum ſexcentorum, & ſociauit baptizando, & ordinando ipſum presbyterum.

Et hæc materia iuſta de cauſa fuit addita; quia plerunque hæredes prælati, aut clerici, ſunt laici; & agendo contra laicos opus ut Principes ſæculares ſint memores officii ſui; & conſeruent iſtis caſibus libertatem eccleſiaſticam.

PARS TERTIA, ET DISTINCTIO. V. FINIS.

QVARTA

QVARTA PARS
IVRIS CANONICI.

DE FORO IVDICIALI, ET ordine iudiciorum.

1 FORVS eſt exercendarum litium locus à fando dictus, ſiue a Foroneo Rege, qui primus Græcis legem dedit, cõſtat autem Forus cauſa, lege,& iudicio. cauſa à caſu, quo venit, dicitur: eſt enim materia,& origo negocii, nedum diſcuſsionis examine patefacta, quæ dum proponitur, cauſa eſt, dum diſcutitur iudicium, dum finitur, iuſtitia. Vocatur autem iudiciũ, quaſi iuriſdictio;& iuſtitia, quaſi iuris ſtatus. Iudicium autem prius inquiſitio vocabatur, vnde & auctores iudiciorum præpoſitos quæſtores, vel quæſitores vocamus. Negocium multa ſignificat, modò actum alicuius rei, cuius contrarium eſt otium; modò actionem cauſæ, quod eſt iurgium litis,& dictum eſt negotium, ideſt ſine ocio. Negotium auté in cauſis, negociatio in controuerſiis dicitur, vbi aliquid datur, vt maiora lucrẽtur. Iurgium dicitur quaſi iuris garrium, eo quòd ſi qui cauſam dicunt, iure diſceptant: lis autem à contentione limitis prius nomen ſumpſit: de qua Virgil. lib. 12. Limes erat poſitus litem vt diſcerneret agris. Cauſa, aut argumento, aut probatione conſtat. Argumẽtum nunquam teſtibus, nunquam tabulis dat probationem; ſed ſola inueſtigatione inuenit veritatem; vnde dictum eſt argumentum, quaſi argutè inuentum. Probatio autem teſtib.& fide tabularum conſtat; de verb. ſignific. c. forus. in prin.

2 Iudices ſunt delegati,& ordinarii; vt patet ex rubricis Decretal. & etiam delegatus maior eſt ordinario; ideo prius de ipſo tractabitur.

DE OFFICIO IVDICIS DELEGATI.

DISPOSITVM eſt poſſe delegare Principem iudicem ordinarium, ac etiam ipſum delegatum; Hoſtienſis in ſum. §. quis poſsit delegare, de offi. deleg.

3 Sed delegatus à Principe cæteris longè præſtat, quia alteri poteſt delegare, cap. quamuis. 6. & cap. paſtoralis. in princip. & §. item cum totum. de offi. delega. cum ſimilib.

4 Item delegatus Papa delegat principiũ, medium,& finem, c. ſuper quæſtionum. §. intentionis. eod.

Intelligendo quando delegat pro debilitate, vel qualibet alia graui cauſa, cap. 3. eod.

Et ita tamen, quòd ſi res tanti eſt, ſubdelegatus conſulere debeat delegatum. d. c. 3. §. ſi tamen.

Sed ſi forte cauſæ ita graues ſint, quòd ſine præſentia delegati non poſsint commodè terminari, non permittitur delegatio d. c. 3. §. niſi forte.

Prout contingit, quando non expreſſa certa perſona committitur delegato, vt alicui perſonæ de certa eccleſia vel beneficio prouideatur: quia circa eligendam perſonam eius induſtria videtur electa, prouiſionem ſibi commiſſam alteri demandare non poteſt. Niſi forma commiſ

ſionis

ſionis habeat; vt per ſe, vel per alium id valeat expedire ca. is qui, §.ſed ſi, de offic.deleg. in 6.

Quãuis ſi committitur, vt prouideatur certæ perſonæ, poſsit cõmittere vices ſuas. d.c,is cui.in prin.

Item ſi committitur cauſa, vt perſonaliter exequatur,conſentientibus partib.delegatus poteſt ali i ſubdelegare.

Præterquàm ſi mandaretur,inquiſitionem fieri, vel eccleſiis prouideri de prælatis, uel aliis miniſtris cum in his caſibus induſtria, & fides perſonæ, cui talia committuntur,uideatur electa,d.ca.fin.§.præterquam.

Quando etiam committitur [illegible] miniſterium,utpota [illegible] ex communicari,u[illegible] aliquos,uſpẽſari cum irregularibus, [illegible] pœnitentia:quia non iuriſ[illegible] datur,delegatio denegatur. Salua tamen [illegible] ſed apoſtolicæ auctoritate, d. cap.fin. §. finali.

5 Quando autem ſubdelegatus iuriſdictione vti cœperit, a delegato reuocari non poteſt cap.[illegible] de offi.del.

Sed ſi iuriſ[illegible] delegatum [illegible] humanis exi[illegible] gat,delegatus cauſam [illegible] aſſumere poteſt. c.quan[illegible]is.eo.in 6.

Quare ſi alicui commiſerit delegatus vices ſuas, quoties [illegible] abeſſe contigerit, eo delegato [illegible] humanis exempto cum [illegible] eſſe, [illegible] ſubdelegatus [illegible] viuente [illegible] ctione vti cœperit negotium diffinire ca.ſi delegatus.eod.in 6.

Eodem ſi commiſerit [illegible] donec eas duceret [illegible] non eſt in [illegible] tur [illegible] io, & poterit [illegible] ſenten tia [illegible] ſi delegatus.§.[illegible]

Subdelegatus autem ex mandato iuriſdictionem [illegible] habet, ne videatur deluſoria & poterit promulgare ſententiam inter[illegible] cap.ex literis de offi.delegati.

Item poteſt delegatus principis propriam ſententiam exequi cap. ſignificaſti. eod. uſque ad integrum annum cap. quærenti, 26. eod.

6 Item quia gerit vices Papæ. Si epiſcopus vel alia perſona rebellis, aut contumax fuerit in illa cauſa delegata ſecundum qualitatem facti poterit vel interdicti, vel ſuſpenſionis ſententia a iudice delegato compelli,ita quòd iudex delegatus ſecundum qualitatem negocii temperate procedens epiſcopo vel ingreſſum ecclesiæ, vel ſuis erdo [illegible] tale officium [illegible] cat,aut eti[illegible] illius quo[illegible] d iuriſdictionem [illegible] interdicto ſupponat, cap.ſane quia,de offi. deleg.

Quia ordinarius ad mãdatum delegati exequitur ſententiam, etiam ſi [illegible] eam iniuſtam, [illegible] ab hoc onere abſoluat cap. [illegible] §. quia veró.eod.

7 Sed non omnibus promiſit, ut poſsit committere vices ſuas demandari, ſed illis tantum, qui exprimuntur in cap. ſtatutum. §. [illegible] & §. in [illegible] de reſcrip. in 6. [illegible] 18. dari po[illegible] tibus,& cõ[illegible] precipue c.cum [illegible]

8 [illegible] mandare poteſt iuriſdictionem vel [illegible] pluribus, quod patet titulo de reſcriptis, & de officio delegati,ac ali[illegible] appa[illegible] hoc modo re[illegible]

Sed cum [illegible] duobus committitur ſimpliciter,ſ[illegible] p.cauſam [illegible] & idem ſi tribus ſimpliciter committitur, quia non poteſt procedi vno inconſulto, vel non delegante vices ſuas. cap. cum cauſa 22. de offi.deleg.

Si vero ſint duo iudices a principe delegati,& vnus committit [illegible] vices ſuas ille ſolus non poteſt procedere, appellatione remota. Nec cauſam alii delegare, quamuis in commiſsione fuerit expreſſum quòd alter ſolus poſsit procedere appellatione poſtpoſita. c. ſuper quæſtionum.§.ſi vero.eod.

Et ſi [illegible] cõmittitur cum clauſula, & ſi non omnes priuſquam appareat de impotentia tertii, duo procedere non poſſunt,

tionem,c.plerunque.de reſcript.

13 Erit autem bona exceptio, ſi reſcriptum ſit contra,puta Titium unius diœceſis, & exequatur contra Titium alterius diœceſis:quia hoc non poteſt fieri.ca.ſignificaſti,de reſcript.

Ac ſimiliter eſt bona exceptio,ſi ſuper pluribus actionibus perſonalibus impetrat quis diuerſos iudices:quia non poteſt.c. 3.de reſcript.in 6.

Nec ex reſcripto contra homines diœceſis poſſunt conueniri homines ciuitatis.ca. Rodulphus.de reſcript.

Et ex clauſula generali & quidam alii,ſucceſſor conueniri non poteſt, ſi conueniẽdus ui dictæ clauſulæ re integra moriatur.c.ſignificaſti.36.de reſcript.

Et ex clauſula,quidam alii, ſoli quatuor citari poſſunt.c.2.de reſcr.in 6.

Ac pariter ſi excommunicatus aſſerens ſe iniuſtè ligatum obtinet literas ad excõmunicatorem: vt ſi eſt ita, prout narrauit,ſiue difficultate eum abſoluat,& aliis deputatis,qui mandatum exequãtur, eo non comparẽte talis cognitio, videlicet ſi ita eſt, eiſdem iudicibus demandatur non excommunicatori. cap. penult. de reſcripr.

14 Cauſæ commiſſæ intra certum diem terminandæ, niſi dies præfixus de conſenſu partium prorogetur,eo die trãſacto mandatum expirat.c.4.de offi.deleg.

Ac ſimiliter delegatus, non poteſt citare extra locum ſibi deputatum.ca.ſtatutum.§. in nullo quoque,de reſcrip.

Et proceſſus non ualet, niſi de conſenſu partium.

Et non ſufficit tacitus,ſed requiritur expreſſus.Deciſio Rotę,380.aliàs,15.de offi.deleg.in nouis.

Quando autem in literis delegationis una cauſa exprimitur, procurator cõſtitutus in ipſa cauſa,intelligitur in illa ſola conſtitutus. Ideo ad aliã cauſam iuriſdictionem prorogare non poteſt ca. cum olim Abbas,§.quia uerò,32.de offi.deleg.

Sed iuriſdictio delegata etiam de conſenſu partium prorogari non poteſt ad perſonas in reſcripto non comprehenſas. c. P. & G.de offi.deleg.

Et ſimiliter ſe delegatus pronuntiauerit, ſe iuriſdictionem non habere, ipſam etiam de conſenſu partium non reaſſumit. c. ſignificantibus.38.de offi.deleg.

Si quis verò iudicii mutãdi cauſa rem, pro qua debebat conueniri, in alium tranſtulerit ante citationem,ne hęc malitia proſit,poterit ille poſſeſſor coram delegato conueniri.cap.1.de alien.mut.iud. cauſa facta.

Et ſimiliter ſi is,cui inquiſitio fieri,uel quicquid aliud expediri mandatur certo loco,ſi malitia uel fauore illius,contra quẽ inquiritur, non poſsit exequi eo loco. Ad id exequendum alium eliget idoneũ & ſecurum.

Et idem ſi alia rationabili cauſa ſubſit. Ne tali prætextu contingat mandatum apoſtolicum impediri, uel differri.ca.ſtatuimus.de offi.deleg.in 6.

Item ſi delegatus, qui impeditur die ſtatuta procedere,parte aliqua procurante impedimentum,vt cauſa prorogetur,& cõtingat iudicem a Rege, uel Archiepiſcopo euocari,ne de fraude lucrum reportetur,poterit quantum ad diem illum committere ipſum negocium audiẽdum per ſonæ neutri parti ſuſpectę,qui appellatione remota procedat: niſi partes conſenſerint negocium prorogare c. paſtoralis. §.ſi.de offi.deleg.

15 Expirat iuriſdictio delegati multis modis,inter quos eſt unus, quando remittitur cauſa ad ſeniorem.Deciſ.Rotæ 718.aliàs ultima.de offi.deleg.in antiqu.

Item expirat: quia eius iuriſdictio ceſſat, ſi ſententiam executioni mandauit, uel mandari præcepit.cap.in literis.9.de offic.deleg.

Ceſſat etiam quando eſt neceſſarius in teſtem:quia remouetur a iudicando, & alius ſubrogatur capitulo dilecto 40. de teſtib.

Ceſſat ulterius officium delegati, quando remouetur ex ſuſpicione, & vna cauſa eſt,quando delegatus eſt dominus illius partis,quæ ſuſpicionẽ allegat.c. cauſam. 2. de offi.deleg.

Alia cauſa eſt, ſi ſint plures iudices, & alii non poſsint procedere in cauſa,ſine collega,

lega, qui admiſit in familiarem aduerſarium: nam ex hoc habetur ſuſpectus. c. in ſinuante 25. de offi. deleg.

Alia, quando iudex habet cauſam conſimilem, quando remouetur a iudicando ca. cauſam. 18. de iudiciis.

Itē alia cauſa eſt ſuſpicionis, ſi delegatus cōſanguineus ſit illius, qui literas impetrauit, aut in eodem negocio aduocati officio functus ſit cap. poſtremò, 36. de appellatio.

Suſpicionis alia eſt cauſa, quando iudex in una cauſa pronunciauit, & admittitur ap pellatio: nam ex hoc illi, qui appellauit, omnino ſuſpectus eſt, nec compellitur in alia cauſa reſpondere cap. propoſuit. de appellatio. quæ diſpoſitio habet locū etiam in delegato, & dummodo pronuncietur, bene appellatum, ut per gl. in d. c. propoſuit. in uer. non debet.

Iudex autem delegatus quanuis poſsit legitimè recuſari, ſi ante recuſationem commiſerit in totum uices ſuas, amplius recuſari non poteſt.

Poſt recuſationem verò non poteſt, niſi recuſator conſentiat, & antea pronunciatum non ſit cap. iudex 5. de offic. delega. in 6.

Suſpicionis autem cauſa contra iudicem delegatum aſsignata non ipſo (qui forſan prouocatus obeſſet) ſed arbitri potius, coram quibus probatio eſt facienda, debent terminum probationis aſsignare. cap. ſuſpicionis. 39. de offic. delega. Intelligendo quando eſt unus iudex, uel ſi ſūt plures ſine clauſula, ſi ambo intereſſe nō poſsint, alter procedat in cauſa, ca. ſi contra, de offi. deleg. §. ubi uerò. in 6.

A quibus arbitris appellatur ad Papam, ſi grauauerint cap. ab arbitris. de offi. delegat. in 6.

Nam ſi adeſt in delegatione illa clauſula, cauſa ſuſpicionis coram non recuſato cō iudice, debet proponi, probari & expediri, d. c. ſi contra. in prin.

Cum autem delegatus ordinarii recuſatur, recuſationis cauſa debet coram epiſcopo probari, d. c. ſi contra, §. ſi.

16 Soluitur etiam delegatio morte delegantis, cap. relatum 19. & cap. licet 30. de offic. deleg.

Sed ſi delegatus uti cœperit iuriſdictione delegata per citationem ea poſt mortem durat. d. ca. relatum, ac etiam quando iudicium eſt quaſi cœptum per ſolam citationem. Nam perpetuatur iuriſdictio ēt quò ad ſucceſſorem delegantis. cap. gratum. de offi. deleg. & ibi gl.

Et tanto magis ſola citatio ſufficit: quia per ipſam ſolam de nouo ſtatutum eſt, litem pendere, clementina final. ut lite pendente.

Si autem delegatio facta eſſet a Sede Apoſtolica: quia ſedes non moretur, non expirat delegatio morte Pont. arg. c. ſi gratioſè. de reſcr. in 6.

Et econuerſo: quia ſoluitur delegatio morte delegati; ſi delegatio facta eſſet dignitati non expreſſo proprio nomine, tranſit ad ſucceſſorem cap. quoniam. 14. de offi. deleg.

De officio legati.

Svccedit modò tractari de officio legati.

17 Et in primis legatus eſt ordinarius: quia poteſt adiri per ſimplicem querelam ca. 1. de offic. legati, & expreſsius eod. titul. lib. 6. ca. 2. Adeo quòd morte Papæ non expirat eius iuriſdictio. Et Doctores uolunt in d. cap. 1. poſſe appellari ad legatū a ſentētia inferiorum omiſſo medio epiſcopi, & per Abb. maximè.

18 Si eſt aliquis delegatus in aliqua cauſa particulari: quia ſpeciale mandatum derogat generali, legatus generalis in prouincia de illa cauſa non poteſt ſe intromittere. c. 2. de offi. leg.

Legatus non poteſt transferre epiſcopum de una eccleſia ad aliam cap. 3. de offic. legati. Nam hæc poteſtas ſoli ſedi eſt reſeruata. cap. 2. & 4. de transl. epiſcoporū. Imò ſi epiſcopus propria auctoritate de una ad aliam ſe transfert, carebitur utraque c. 3. de transl. epiſcopi.

19 Sæpe tamen fuit indultum legatis ut poſſint abſoluere excommunicatos propter ſacrilegas manum iniectiones in clericos: non tamen debent legati præſumere

re unire epiſcopatus. c. 4. de offic. legat.

20 Legatus ex quo examinationem electionis retulit Papæ, definit eſſe iudex. Ideo ſi iterum examinet, nihil agit ca. 5. de offic. legat.

21 Legatus in pluribus locis poteſt factum unius loci in alio explicare c. nouit ille. 7. de offi. leg.

22 Legatus inferior quandiu legatus de latere in eodem loco eſt præſens, debet dimittere officium ſuum cap. 8. de officio legati.

23 Legatorum ſtatuta in prouincia durāt, licet ipſi ſint egreſsi de prouincia: ſecus ſi cauſam delegauerint: & ipſi delegati non citauerint. cap. fin. de offi. leg.

24 Legatus quanuis poſsit conferre beneficia cap. 1. de offi. lega. in 6. Non tamen poteſt concedere licentiam in genere, uel in ſpecie alicui facultatem acceptandi reſignationes; vt poſsit idoneis perſonis prouideri. c. penul. §. prohibemus. de offi. leg. in 6.

Nunc tractandum eſt de officio ordinarii, & de materia iudiciorum ſatis longo tractatu.

DE OFFICIO ORDINARII.

25 Circa officium ordinarii, epiſcopi liberam poteſtatem habēt in ſingulis diœceſibus adulteria, & ſcelera inquirere, ulciſci, & iudicare ſecundum canones. ca. 1. de offic. ordin. ubi gloſſ. in uerbo ſecundum, enumerat multas cauſas fori eccleſiaſtici.

Et qui impediunt, ne tales cauſæ tractentur in ipſo foro, ſunt excommunicati. ca. penul. de immun. eccl. in 6. & eum ordinarius in tota ſua diœceſi iuriſdictionem ordinariam habeat, dubium non exiſtit, quin in quolibet loco ipſius diœceſis nō exempto poſsit per ſe, uel per alium pro tribunali ſedere, cauſas audire, & inquirere, & cætera quæ ſpectant ad ipſius officium liberè exercere. ca. cum epiſcopus. de offi. ord. in 6.

Cuius ordinarii officium eſt prouidere aduocatum etiam domeſticum parti non habenti. c. 1. de offi. iud.

Et ne iudicialis euaneſcat auctoritas: cum de litigatoris improbitate conſtiterit, ad uerſus aſſertionem iudicis prorumpentis datur punitio iuxta ſuperioris arbitrium c. dilectus 11. de pœnis.

Si ſacerdos ſciat pro certo aliquem eſſe reū uel ſi confeſſus fuerit, & emendare noluerit, non debet eum arguere nominatim, ſed indeterminatè, ſicut dixit Chriſtus, Vnus ueſtrum me traditurus eſt.

Sed ſi damnum paſſus iuſtitiam petierit, poteſt excommunicare auctorem damni, licet ei confeſſus ſit: ſed tamen non nominatim poteſt eum a communione repellere: quia non ut iudex ſcit, ſed ut Deus. Vnde debet eum monere, ne ſe ingerat: quia nec Chriſtus Iudam a communione remouit. c. 2. de offi. ord.

Et ideo Rectores urbis non poſſunt cogere presbyterum, ad reuelandum peccatorē de furto reuelato, & ſi facta fuerit ſententia interdicti contra presbyterum, ut uel reuelet, uel ſatisfaciat Rectorib. præ dictis ab epiſcopo iniungitur ut conquieſcant penitus a tali grauamine cap. dilectus. 13. de exceſſ. prælat.

Item ſi cōſtat ordinario abſolutum a Papa ſuppreſsiſſe ueram cauſam, quare fuerit excommunicatus, debet illum remittere ad Papam. Si uerò eſt urgens ſuſpicio debet eum cogere ſe purgare cap. 5. eod. de offi. ord.

Si deſidia uel malitia delegati quis perſeuerat in peccato, ordinarius poteſt ſupplere. c. 6. eod.

Et idem ſupplet negligentiam Abbatis nō reuocantis monacum uagabundum. ca. 7. eod.

Si Papa per reſcriptum mandat epiſcopo, vt ſubditos ſuos corrigat, non facit ex hoc delegatum. Ideo appellatur ad proximum ſuperiorem c. 12. eod.

Si in ciuitate, vel diœceſi ſint populi diuerſarum linguarum. Epiſcopus debet prouidere de perſonis idoneis, qui celebrēt & ſacramenta miniſtrent ſecundum uarietatem linguarum, uel ex neceſsitate conſtituat illius ordinis ſibi Vicarium & ſubiectum, ne quaſi monſtrum in uno

corpore ſint duo capita cap. 13. de offic. ordin.

Epiſcopus viſitans monaſteria nō introducat ſæculares,ſed duos,aut tres de canonicis adiunctis aliis religioſis,quos uiderit expedire,c.vt iux.eo.

Item epiſcopus debet parere reſcripto domini Papæ,vel cauſam rationabilem aſſignare,quare parere non poſsit. ca.5. de reſcript.

Sed ſi ordinarius hæſitat de mandato, non tenetur obedire delegato mandante authoritate,qua fungitur, ut talem denunciet excommunicatum, niſi de mandato ſed.ap.certus extiterit c.cum in iure, 31. de offi.deleg.

Ac mādante delegato ordinarius neſciens contentionem cum alio delegato primū mandatum debet humiliter executioni mandare.

Sed ſi poſtea mandatur contrarium,eidem ordinario literæ delegationum exhibebuntur.Et ſi deprehenderit ſecundum reſcriptum expreſsè reuocare literas aliorum intrepidus exequetur, quod ſibi ſecundo loco mandatur.

Quod ſi fuerit dubitandum ad executionē ſecundi mandati procedere non oportet,donec concertatio ſopiatur,iux.c.paſtoralis.eod.

Et id ipſum facere oportet circa executionem primi mandati,ſi ſit notitia de contentione,cap.cum contingat. de reſcriptis.

Vlterius ſpectat ad epiſcopum conſeruare immunitatem eccleſiarum, de qua dictū fuit ſupra abunde.

DE FORO COMPETENTI.

Leo. IIII. 26 Spectat etiam ad ipſum interponere auctoritatem ſuam, ne clerici iudicentur a ſæcularibus iudicibus. Duo enim ſunt, quibus principaliter orbis regitur, nempe auctoritas ſacra Pontificum, & imperialis ac regia poteſtas cap.nos ſi in competenter. §. ſed notandum, 2. quæſt. 7.& cap.ſolitæ.§. præterea de maiori. & obedien.

Vnde ſtatutum eſt,ne clerici relicto ſuo epiſcopo protrahant clericos ad publica iudicia ſub pœna depoſitionis & amiſsionis iurium. Cui beneficio: quia non eſt perſonale, renunciari non poteſt ca. ſi diligenti.§.immemor,& §.manifeſte.de foro compet.

Clerici verò coniugati ſi tōſuram & ueſtes deferant clericales:, retinēt priuilegium canonis editi in fauorem totius ordinis clericalis.ca.unico.in prin.de cleric.coniug.in 6.

Poterunt tamen clerici conſentire in eccleſiaſticam perſonam cum cōſenſu epiſcopi c.ſignificaſti.de foro compet.

Si autem contentio ſit inter clericum & laicum:vt cognoſcatur,quis iudex ſit, diſpiciendum erit, quis ſit reus in illa cauſa: nam actor ſequitur forum rei ca. quinto de foro compet.

Sed iudex laicus cauere debet, ne clericum condemnet:quia ſi fecerit,tamdiu ſequeſtrabitur ab eccleſia, quouſque reatum ſuum emendet.ca.ſecundo de foro competen.

Idem ſi banniuit epiſcopum, vel clericum contra Deum & eccleſiaſticam libertatem in emendationem iniuriæ, damnis & expenſis multatur. cap. cum olim. de iniuriis.

Et hæc diſpoſitio habet locum non ſolum, quando clericus conuenitur perſonali actione:ſed etiam reali: vt probat tex.in cap.final.de iudiciis,in quātum clericus actor in poſſeſſorio, & qui obtinuit corā iudice ſæculari,non tenetur coram eo ſuper proprietate reſpōdere, quem etiam allegat Abbas,qui ſequitur hanc opinionem,quæ vera eſt,in c. qualiter & quando,nu.8.eo.de iudiciis.

Ac etiam procedit in fortiori termino, uidelicet, etiam ſi clericus ſuccedat laico & ſæculari,ut eſt deciſio Rotæ,552. aliàs 5.de foro competen.in antiq. & ſequitur Abb.in cap.quia 5.nume.12.de iudic.

Immo plus, ſi res ſit communis inter clericum,& laicum ratione clerici, qui maior eſt,laicus trahitur ad forum eccleſiaſticum:ut not.Bartol.in l.præcipimus.§. eodem obſeruando.C.de appellat.per illum textum, qui probat & ſequitur Iaſ. in.l.

in l.ſi emancipati. nume. 13. C.de collatio.

QVANDO CLERICI POSSINT CONVENIRI IN FORO SAECVLARI.

27 ALIQVO caſu poſſunt clerici conueniri coram ſæcularibus iudicibus, ut puta in feudo, de quo eſt tex. in c. ex tranſmiſſa. 6. cum ſeq. de foro compet.

Dubitatum etiam fuit, an clericus poſſit & teneatur reſpondere coram iudice ſæculari in cauſa reconuentionis, & quemadmodum refert Abb. in ca. at ſi clerici. nu. 21. uerſic. reſtat ergo, de iudiciis. Doctores fuerunt uarii & contrarii. Sed canoniſtæ tenent affirmatiuam, & dicit Ioann. And. ibi relatus, quòd hæc opinio a conſuetudine antiqua approbatur, & contrariam opinionem ſapere tirannidē, quòd laicus poſſit reconuenire coram eccleſiaſtico, & non clericus coram ſæculari. Et Abb. ibidem nume. 25. concludit pro hac opinione, dicens opinione eſſe dubiam, & declarari a conſuetudine.

Clericus etiam ſi eſt uenditor, & emptor cō uenitur coram iudice ſæculari, & ſi poſtea idem emptor agit de euictione contra clericum, tenetur defendere emptorem coram illo iudice ſæculari: ut latè p Anch. in cap. ea quæ. q. 17. de regul. iur. in 6. & idem Angel. in l. ne ciuitatis. §. qui abſentem. n ume. 6. ff. de procuratoribus. Ratio eſt: quia aſſiſtit ad defenſionē cauſæ alterius, non pro ſeipſo. idem Boer. de ciſ. 69. nu. 26. & ſeq.

Quando autem clericus uenit ius ſuū principaliter defendendo, eo caſu remittitur ad ſuum iudicem. Exemplum eſt, quando emphyteuta, vel feudatarius conueni tur à laico, & clericus dominus feudi pro ſuo directo dominio ad defenſam uenit. Item quando aliquis petit ſe mitti ad poſſeſſionem, & clericus cōtradicit, dicens ſe poſſidere, & generaliter in omni caſu, quo uenit tertius pro iure ſuo principaliter defendendo, non autem aſſiſtendo alteri, debet remitti ad ſuum iudicem, ut per Anch. in d. q. 17. qui optimè hæc ponit, & declarat.

Sed clerici, qui nec in modo tonſuræ, nec in ueſtimentorū forma, nec in qualitate negotiorum de clericatu quidquam oſtē dunt, & cùm pertrahuntur ad ſæcularia iudicia ſuper exceſsibus ſe exhibent eſſe clericos, ſi tales tertiò moniti non ſe emendauerint, efficiuntur immunitatis exſortes, quæ pro clericorum tutela, & laicorum violentia dignoſcitur eſſe inſtituta. cap. contingit. 45. de ſenten. excommunic.

Item clerici, qui potius negotiationibus ſæcularibus, quàm officiis diuinis intendunt; ſi tertiò moniti non reſipuerint, perdunt priuilegium quò ad bona, & facultates ſuas, cap. fin. de uita, & honeſta. cleric.

Item ſacerdotibus, & clericis publicè denū ciatur, ne miniſtri laicorum fiant, nec in reb. eorum procuratores exiſtant, quod ſi facere præſumpſerint, & occaſione adminiſtrationis depræhendantur in fraude, indignum eſt eis ab eccleſia ſubueniri, per quos conſtat in eccleſia ſcandalum generari, c. ſacerdotibus, ne clerici, uel monaci.

DE CLERICIS IN DELICTIS.

28 QVANDO autem dubitatur de delinquente, an ſit clericus, eccleſiaſticus iudex cognoſcet non ſæcularis, uocato tamen, dum cognoſcitur, ipſo iudice ſæculari. c. ſi iudex laicus. de ſenten. excommu. in 6.

Sed ſi notorium fuerit reum captum eſſe clericum, ſtatim ante aliquam cognitionem curiæ Epiſcopalis reſtituendus erit, d. cap. ſi iudex. §. & ſi notorium.

Et idem de illo, qui defert tonſuram, & clericales veſtes: donec enim contrarium conſtiterit, talis præſumitur, qualis habitus eum demonſtrat, dicto cap. ſi iudex. idem.

Quando autem publicè pro laico ſe gerebat; & tamen in habitu clericali depræhenſus ſit, ob præſumptionem contra captum ex delatione laicalis habitus, non antea reſtituendus erit, quam clericali titulo fidem fecerit, interim tamen proceſ

ſus iudicis penitus conquieſcit, d. cap. ſi iudex laicus.§.non ſic, de ſenté. excom munic. in 6.

Etſi aliqui, quos nec habitus, nec tonſura clericos profitentur, in terra Regi ſubiecta, cum deprehenduntur in maleficiis, aſſumunt, ſeu reaſſumunt tõſuram, & habitum, vt effugiant debitam vltionem, reſcripſit Papa, ſi delinquentes reperti ſint ſine tonſura, & habitu, poſſe a Rege puniri, cum malitiis hominum non ſit indulgendum, ſed potius obuiandum. c. ex parte 27. de priuil.

Et clerici, qui relicto ordine clericali, & habitu ſuo, in apoſtaſia tanquam laici conuerſantur, ſi in criminibus deprehenſi teneantur, non liberãtur per cenſuram eccleſiaſticam. c. 1. de apoſtatis.

Clerici verò coniugati, qui cum unicis, & uirginibus contraxerunt, ſi tonſuram, & ueſtes deferãt clericales, priuilegium retinẽt canonis editi in fauorem totius ordinis clericalis.

Vnde clerici coniugati pro commiſſis exceſſibus, vel delictis trahi nõ poſſunt criminaliter, aut ciuiliter ad iudicium ſæculare, nec ab ipſis iudicibus ullatenus cõdemnari. cap. unico, de cleric. coniug. in 6.

Quando autem ſunt bigami, declaratum eſt, eos eſſe nudatos omni priuilegio clericali, & coerctioni fori ſæcularis addictos eſſe, & prohibentur deferre tonſuram, vel habitum clericale ſub excommunicationis pœna. cap. unico, de bigamis in 6.

Sed Clemens VII. conceſſit Dominio Illuſtriſſimo Venet. quòd clerici non beneficiati, & in minoribus ordinibus conſtituti non gaudeant priuilegio fori.

QVAE CAVSAE SINT SVMMARIAE.

29 VLTERIVS, quia quædam iudicia ſũt ſummaria, quædam ordinaria: & in concilio dicitur, quòd occurratur artibus litigatorũ, cognoſci debet, quæ cauſæ ſint ſummariæ. Nam ſunt illæ, quæ enumerãtur in clemen. diſpendioſam, de iudiciis; ſed quomodo procedatur in iis iudiciis, alia clementina exprimitur, incipit, ſæpe contingit, de verb. ſignific.

Verum circa iudicia de multis tractari poteſt, quæ, quia exercentur etiam per procuratores, & eſt notabilis materia, de ipſis tractandum eſt.

DE PROCVRATORIBVS.

30 Et in primis nedum ad negotia, ſed etiã ad iudicia poteſt filiusfamilias abſq; patris aſſenſu fieri ꝓcurator, qui licet poſt decimumſeptimum annum ad negotia licitè deputetur; ad iudicia tamẽ niſi maior 25. annis deputari nequibit. c. pen. de procuratorib. c. 5. §. nedum, & ſeq. de procuratorib. in 6.

Sed filiusfamilias peracto anno XIIII. in beneficialibus, & aliis cauſis ſpiritualib. per ſe, vel per procuratorem in iudicio eſſe poteſt non obſtante patria poteſtate. ca. ſi. in prin. & fine, de iudic.

Si verò ſit intra annum decimumquartum curator dabitur ab Epiſcopo, vel officiali ad lites huiuſmodi exercendas; aut ſi maior infante fuerit, poterit procuratorem deputare cum auctoritate epiſcopi, uel officialis, d. c. ſi. §. ſi uerò.

Item etiã delegatus, & ſubdelegatus ab eo huic minori, ſi nõ habeat curatorem, dare eum poterit, uel auctoritatem conſtituẽdi procuratorem præſtare ad illas cauſas & lites duntaxat, quæ coram ipſis fuerint uentilandæ, d. ca. fin. §. delegatus. de iudiciis.

Conſtitui autem poterit non ſolum laicus, ſed etiam clericus cap. 1. de procurat. in 6. & capit. quarto. in primis verbis de pactis.

PLVRES POSSVNT ESSE INSOLIDVM.

ET tam unus quàm plures poſſunt in una cauſa conſtitui, & ſi duo non adiecto inſolidum deputentur, vnus ſine alio non debebit admitti. cap. ſi duo. de procuratorib. in 6.

Si inſolidum, quis ſit effectus, ac etiam ſi dictum

ctum ſit, quòd non fieret melior cōditio occupantis,habetur in d.ca.ſi duo. uſque ad §.ſanè.

Sed conditio occupantis non erit melior in procuratoribus diuerſis temporibus cōſtitutis: quoniam dato poſteriori prioris eſſet procuratio reuocata ca.penul.§. quod fieri.de procurat.

Sanè in cauſis ſpiritualibus quia celerem expeditionem exigunt,ſpecialiter obſeruatur: vt iudex ex procuratorib. non inſolidum deputatis eligat idoneiorem, & ille ſolummodo proſequatur, nec alius admittatur niſi in caſu d. c. ſi duo §.ſanè. de procur.in 6.

Procuratores autem debent ſeruare fines mandati,& ideo ſi ad agendum,& defendendum,& generaliter ad omnia, etiam ſi mandatum exigerent ſpeciale, conſtituitur procurator,ex hac generalitate ad aliquem articulum,in quo ſpeciale mandatum exigitur,admitti non debet. Sed ſi aliquis, vel aliqui de articulis ſpeciale mandatum exigentibus ſpecificati fuiſſent,adiecta clauſula generali, tūc admittitur ad non expreſſos. c. qui ad agendū. de procur.in 6.

Ac ſimiliter procurator in ſupraſcriptis terminis non poteſt opponere crimina vel defectus in perſonam electi,ſiue eius,cui eſt prouiſio facienda, uel facta: cum ſub generalitate grauiora non ueniant, vel maiora, quam in ipſo procuratorio ſint expreſſa cle.2.de procurat.

Ac etiam procurator ad appellandum contra electionem non eſt idoneus,niſi in eius pcuratorio ſint expreſſa omnia, quæ obiicere intendit ſingulariter & clare ca. procurator.38.de elect.in 6.

Sed etiam procurator abſque ſpeciali mandato iuramentum deferre,tranſigere,vel paciſci non poteſt, niſi ei bonorum, vel cauſæ adminiſtrationem liberè ſit conceſſa.d.cap.qui ad agendum.§.fin. de procurat.in 6.

Item procurator ſolum ad agendum non poteſt defendere cap.conſtitutus.de procuratorib.

Procurator verò ad iudicia non poteſt aliū ſubſtituere niſi habeat facultatem,vel litem conteſtauerit. Quanuis datus ad negotia poſsit quandocunque alium deputare cap.1.§.licet.& ſequen.de procuratorib.in 6.

Et idem in matrimonio: quia procurator in tali caſu non poteſt alium ſubſtituere.cap.final.§.& quamuis.de procurator. in 6.

Circa quem procuratorem alia ſunt ſpecialia.Nam idoneus non eſt,niſi habeat ſpeciale mandatum. Et ſi fuerit reuocatus, antequàm contrahat ignorante procuratore & muliere , matrimonium nullius momenti exiſtit d.c.fi.in prin.& fi.de procur.in 6.

Procurator in criminalibus nō interuenit, niſi in aliquibus caſibus expreſsis in c.5. de procuratorib.

Sed & ſi agatur de adulterio coram iudice ſæculari non interuenit.

Si coram iudice eccleſiaſtico ad ſeparationem toti ſic.d.c.5.de procur.

QVI PROHIBEANTVR ESSE PROCVRATORES.

31 Episcopvs non poteſt eſſe procurator in auth. de ſanctiſs. epiſcopis. §. Deo amabiles.

Nec uniuerſi ſacerdotes cap. ſed nec procurationes.ne clerici vel monaci.

Idem de monacis cap. 1. de ſyndico. Niſi pro vtilitate, aut neceſsitate abbatis accedente imperio cap.monaci. 16.q.1. & cle.religioſus, de procura.

Et idem de canonicis regularibus cap.2.de poſtulando.clerici in ſubdiaconatu,& ſupra non præſumant aduocati fieri in negotiis ſæcularibus , niſi in propria cauſa, uel eccleſiæ, uel pro miſerabilibus perſonis.c.1.de poſtul.uel pro coniunctis.ca.fi. eo.de poſtul. *Ex Concilio Terraconenſi.*

Clericus autem qui contra eccleſiam,a qua beneficium obtinet, aduocatus, vel procurator eſſe præſumit,dicto beneficio debet ſpoliari.d. cap. fin. §. clericus, de poſtulat.

Excommunicatus non poteſt conſtitui procurator. cap. poſt ceſsionem. de probationibus.

Imò nec pro ſe ipſo poteſt ſtare in iudicio tãquàm actor, ſed ne videatur de ſua malitia commodum reportare tanquàm reus poteſt conueniri,& debet per alium reſpondere in iudicio.c.intelleximus. de iudiciis.

Et cum per literas ordinarii conſtat. Procuratorem conſtitutum eſſe excommunicatum,non admittitur: quia ſtandum eſt dictis literis, donec probetur contrarium. c.poſt ceſsionem.de prob.

rocurator verò uniuerſitatis non repellitur,quando maiores & iurati de uniuerſitate ſunt excommunicati, non tamen omnes. Niſi quando excommunicati ſunt expreſsi in procuratorio,vel eorum auctoritate procurator factus fuiſſet, vel vniuerſitas ſciens eos eſſe excommunicatos,vnà cum ipſis conſtituiſſet procuratorem c.fi.de procurat.

QVANTVM DVRET PROCVRATOR.

32 PROCVRATOR verò duret,donec fuerit reuocatus ante tamen litis cõteſtationem, exceptis multis caſibus, de quibus in c.quanuis.de procur.in 6.

Quod militat etiam in tacita reuocatione, quæ fit, quãdo principalis abſque aliqua proteſtatione cauſam tractat,exceptis aliquibus caſibus, de quibus in c. ſi quidẽ. §.ſecus.de procur.in 6.

Aut ſi fuerit conſtitutus quoties te abeſſe contingerit, nam hoc caſu non reuocatur,ſi cauſa agitur a principali.d.c. ſi quidem.in prin.de procur.in 6.

Ac ſimiliter poteſt principalis cauſam defendere, quando nõ poteſt reuocare procuratorem.d.c.quanuis.§.verùm.de procurat.in 6.

Sed procurator ſubſtitutus in caſu permiſſo non poteſt reuocari a procuratore ſubſtituente,niſi dicta poteſtas reuocandi conceſſa fuiſſet ca.is qui.de procur.in 6.

Et ſimiliter procurator conſtitutus ad plures,vel omnes cauſas,ſi ſubſtituerit in una, in aliis non prohibetur procurationis officium exercere,d.ca.is qui §. verũ.

Mandato autem reuocato poſt litem conteſtatam,ſi hoc ignorãte iudice,vel aduerſario factum fuerit, iudicium, quod ipſe reuocatus expertus eſt,ratum eſt c. mandato de procurat. Et idem non conteſtata lite,ut per gl.ibid.

Sed ſi conſtat de reuocatione iudici, vel parti,iudicium eſt nullum.cap.in noſtra præſentia. de procur.iunct.gl.quæ ita intelligit de ſcientia.

Vlterius procurator,qui dixit,nolle mandatum ſuſcipere,poteſt acceptare remanente conſtituente in priſtina uoluntate. c.licet 7.de procurat.in 6.

Et qui ſciẽs ſe eſſe procuratorem, & hac de cauſa recipit inſtrumentum procuræ ſine proteſtatione cogitur defendere conſtituentem in omnibus cauſis, quæ in procuratorio continentur clemen. 1.de procuratorib.

Ac etiam interponere appellationem, uel ſaltim domino conteſtati, ut ad appellationis beneficium conuolet,licet appellationem proſequi non teneatur inuitus. c.pen.§.poterit.de procur.

Vltimò procurator a prælato,rectore, vel alio pro eccleſia conſtituto per mortem conſtituentis reuocatur,etiam quò ad negocia iam incœpta. Et cauſas,in quibus per ipſum procuratorem fuerit conteſtata ante mortem dicti conſtituentis clem. fin.de procurat.

Sed procuratori generali petẽti terminum ad conſulendum principalem dari debet c.dilect.de procurat.

Et iudex debet prouidere ut conſtituẽs pro curatorem maximè in cauſa matrimonii ſit in libera poteſtate ca.accedens. de procurat.

Et non cogitur quis procuratorem conſtituere, niſi uelit in grauibus cauſis.c.2.de procuratorib.

Sicut ex diuerſo quis non poteſt citari, vt perſonaliter compareat,niſi cauſa fuerit criminalis, vel pro ueritate dicenda, vel pro iuramento calumniæ, aut aliàs ſuris neceſsitas, exegerit partes perſonaliter præſentari c.1.de iudic.in 6.

33 Dignisſimum eſt ſcitu in hac materia procuratorum, quòd procurator conſtitutus ad reſignandum, ſi porrigit ſupplicationem

nem Papa & ea ſignatur, poteſt ēt poſt mortem conſtituentis præſtare conſenſum,vt gratia effectum habeat, prout decidit Rota in Caſsiadoro deciſ.1.de renũciatione, ubi refert eſſe extrauagantem Alexan. VI. determinantem conſenſum poſſe præſtari poſt obitum, & quòd in ſignatura gratiæ Leo X.approbauit hanc opinionem.

DE CITATIONE.

34 Ad officium etiam iudicis tam ordinarii,quàm delegati ſpectat videre,an legitime citatus ſit ille, contra quem debet proferre ſententiam. Nam naturalis & ciuilis ratio poſtulat, neminē indefenſum iudicari clem.paſtoralis.§.dici ne, de re iud.& l.1.ff.de requir.reis.

Quicunque igitur cum aliquo in iudicio cōtendere uult, curare debet aduerſarium moueri:ut coram iudice compareat. clemen.ſæpe.§.citationes.de uerbor.ſignifi. & cap. inter quatuor de maioritate,& obedientia.

Quando autem citatio interuenit, & in termino aſsignato peremptorio iuriſdictio delegati expirat,ſi partes hora debita nō ſe præſentauerint, delegatus exequi poteſt,quod intendit.

Si autem durat æquitate ſuadēte in alteram diem expectare:nec pars citanda erit,niſi ex benignitate iudicantis.

Et quanuis more Romano dies incipiat media nocte, & deſinat in ſequenti; tamen quò ad iudicces hora cōgrua intelligitur, in qua ante noctis tenebras poſsit perfici, quod intenditur cap. conſuluit,de offic.deleg.

Sed aliquando occurrit citatū impune non uenire ad iudicium. Nam ſi is in ius uocat,quem certum ſit non eſſe competentem iudicem,hæc uocatio non arctat ca. ex literis.de offi.deleg.Inn.in c.præterea nu.3.de dilatio.

Sed ſi a ſuo iudice citatus cōtingerit,ut poſt modum alterius fiat iuriſdictionis quaſi præuentus ius reuocādi forum non habebit c.propoſuiſti.de foro compet.

Item ſpoliatus ſi citetur à ſuo iudice cum ſpoliatore in iudicio non cogitur reſpondere, antequam canonicè fuerit reſtitutus cap. cum dilectus. uerſicul. ſed quoniam.de ordin. cognitio. & cap.prius. 3. quæſt.2.

Idem eſt ſi citatur ad non determinatum locum c.fi.ibi,vel indeterminatè.de reſcr.

Aut ſi citatus moratur extra iudicis diœceſim.cap.2.circa finem, de conſtitutionib. in 6.aut ad locum malè tutum c.ex parte 47.de appell.

Idem ſi iuſſerit adeſſe intra nimis anguſtum tempus.cap.1.de dilatio.& cap. ſi primates 5.q.2.

Sed Bonifacius VIII.Fel.recor. ſtatuerat, ut citationes publicè factæ in audientia literarum, vel palatio Papali, aut in maiori eccleſia loci, ubi Papa cum curia degit, arctent omnes citatos poſt lapſum termini aſsignati ſecundum locorum diſtantiam,præſertim,ſi impediunt,vel faciunt ne citationes ad eos perueniant,de quo in extrauag.vni.de dolo & contuma. in communibus. Sed hæc diſpoſitio reſtricta fuit ſolum ad illos, qui impediunt, ne citatio ad eos perueniat,& ad illos, quorum domicilium tutè adiri non poſsit, clem.1.de iudic.

Aliquando tamē & ſi omnia ſolenniter peracta ſint, citatus excuſatur, ſi ad iudicem non accedat facto aduerſarii impeditus clemen.2.ut lite penden.

Vel ſi uocatus ſit ad maius tribunal c. expoſuit.de dilatio.

Vel ſi ſit in uinculis c.2.de teſtib.

Vel ſit in infirmitate,cap.querelam. de procurat.

Si autem actor ad terminum, ad quem aduerſarium citari fecerat, uenire non curauit,uenienti reo condemnatur in legitimis expenſis. Nec ad aliam citationem admittitur,niſi cauerit, quòd in termino fideliter debeat comparere.c.1.de dolo. & contumia.in 6.

DE EXCEPTIONIBVS.

35 Citato reo in iudicio, quia plerunque proponuntur exceptiones ante litis conteſtationem,& poſt ipſam litis conteſtationem,

nis ſit peremptoria ſimpliciter, vel litis ſinitæ, quia ex diuerſis cauſis poteſt eſſe utroque modo, ut per Philipp. Francum in d. cap. 1. nume. 7. qui etiam ibidem nume. 18. enumerat quadraginta tres limitationes, ut impediatur lis.

Illæ autem peremptoriæ, quæ non impediunt litis conteſtationem, ante ſententiam ſunt proponendæ & in prima inſtātia; & ſi hoc factum non fuerit, etiam in cauſa appellationis facultas proponendi denegabitur cap. fin. de appellationib. in ſexto.

DE IVRAMENTO.

39 POST exceptiones tractabitur de iureiurando, quia multi ſunt caſus, quibus iuramentum non præiudicat, & ſic eſt exceptio, & multi ſunt quibus iuramentum obſtat, & ſimiliter eſt exceptio.

Et primò mandatur, quatenus creditores cogantur ad relaxanda iuramenta ſuper uſuris ſoluendis, & hoc eccleſiaſtia diſtrictione, id eſt ſuſpenſione, vel excommunicatione: vt dicit gloſſ. cap. 1. de iure iur. qui iurauit, & propoſitum, aut promiſſum in melius commutat, non infringit iuramentum.

Nec tenetur obſeruare id, quod promiſit iuramento, ſi conſtat eum, cui promiſit, cōditioni, propter quam promiſſum eſt, nō paruiſſe, c. 3. de iureiur.

Et iuramentum factum de conſenſu utriuſque partis non ligat eum, qui præſtitit, dum ille, cui præſtitum fuit, non ſeruat, quod promiſit cap. ſicut 29. §. iuramētum de iureiur.

Nam etiam ſi vterque cōtrahentium venit contra pactum, vterque poteſt pœnam promiſſam petere. c. 7. de pœnis.

Debitores non coguntur ſoluere uſuras, ſed ſi iurauerunt, cogendi ſunt reddere domino iuramentum, & creditores eccleſiaſtica ſæueritate compelluntur ad reſtituendas. c. debitores. 6. eod.

Et idē ſi poſſeſsiones datæ ſunt pro pignore; nam ſi debitores ſubtraxiſſent dictas poſſeſsiones contra iuramētum, debent eas reſtituere, nec creditori poſſunt inferre moleſtiam, donec ei pecunia perſoluatur. Soluta autem pecunia creditor reſtituere cogitur ſententia excommunicationis, quicquid deductis expenſis ultra ſortem recepiſſe conſtiterit c. noſtrā. 7. de iureiur.

De quo quantum ad fructus eſt tex. in c. 1. de vſuris, & ibi notabitur.

Iuramentum extortum metu refutando ius ſuum, ſeruandum eſt, niſi tale ſit, quòd ſeruatum vergat in interitum ſalutis æternę cap. 8. eod.

Verum eccleſia Romana conſueuit a tali iuramento abſoluere. d. cap. 8. incipit, ſi verò. §. verum. & cap. verum 15. ead. de iureiuran.

Sed ſi Abbas pro obſeruatione pacti contractus dederit obſides quoſdam monacos, qui iurauerunt obſeruare promiſſa, & ipſis deficientibus laicus & vxor fideiuſſerunt cum iuramento, tam Abbas, quàm monaci & fideiuſſores tenentur adimplere conuentionem c. ex reſcript. 9. eod.

Clericus conductor beneficii promittens penſionem ſub iuramento, & ceſſando a ſolutione penſionis non meretur regere eccleſiam irretitus crimine periurii. Ideo ſi uoluntate non neceſsitate a ſolutione penſionis ceſſauit, debet remoueri ab eccleſia, & ea reſtitui Rectori. ca. querelam. 10. eod.

Clerici iurantes ſoluere maiorem ſolito pēſionem, & poſtea cum inſtituūtur ab epiſcopo iurant, quòd antiquam penſionē, & ſolitam non augebunt: valet ſecūdum iuramentum, & præiudicat primo, quod de cupiditate proceſsit.

Ceterum iuſtum eſt: vt clerici pro periurio, quod euitare non poſſunt ab eccleſiis perpetuò excludantur, ca. tua nos, 11. de iureiur.

Epiſcopi grauius, quàm alii de periurio sūt puniendi: quia præeminēt maiori dignitate cap. cum quidam. 12. eod.

Qui iurat non loqui patri, vel matri, ſorori, vel fratri, aut eis ſubſidium humanitatis non exhibere, abſoluendi ſunt ab illius obſeruantia; cum ſit illicitum & contrarium rationi. De hoc quòd malè iurauerint iniuncta pœnitentia competenti. d. c. cum

c.cum quidam.§.illi verò.

Non valet iuramentum monaci abiurantis ſe non eſſe vlterius cum monaco moraturum. Imo ſibi de hoc grauis pœnitentia imponitur cap.ſicut,13.eod.

Vaſallus,qui iurauit prælato,ſucceſſoribus iurare non cogitur, ipſis tamen fidem ſeruare debet ac ſi iuraſſet.cap.ueritatis. 14. de iureiur.

Qui iurauit obedire mandatis aliquorum nõ credens ſe tale quid commiſiſſe, propter quod ei aliquod graue deberet imponi: & tamen mandatum eſt, ut nunquàm intraret curiam Ducis,cuius conſiliarius erat, in iure ſuo multis eccleſiis, quarum erat aduocatus, ex promiſſo tenebatur adeſſe,nequaquàm iuraſſet ſtare mandato, ſi præſciuiſſet taliter ſibi mandari. Vnde ſi hoc iuramentum repugnat priori iuramento, denunciatur ſecũdum non ſeruandum.cap.veniens.eod.

Qui iurauit eccleſiam defendere, & requiſitus ſine iuſta cauſa recuſat, periurus eſt, nec eum defendit appellatio. cap.breui. 17.de iureiur.

Regi Aragoniæ iuranti conſeruare monetam patris,quæ circa mortem fuerat legitimo pondere defraudata, ac petenti abſolutionem,reſcriptum eſt, non tam abſolutio eſt neceſſaria, quàm interpretatio requirenda. Nam ſi credebat monetam falſam,iuramentum fuiſſet illicitum & non obſeruandum: ſed pro eo debet pœnitentia iniungi,& adimpleri. Si uerò credebat monetam legitimam, iuramentum fuit licitum & ſeruandum: quia debet cudi alia moneta ſub nomine patris legitimi ponderis,cap.quanto.18.eo. de iureiur.

Si creditor in teſtamento præcipit hæredibus vſuras datas reſtituere,& ſint, qui iurauerint vſuras non repetere, & propter huiuſmodi iuramentum vſuras repetere non attentent, mandatur ſub pœna excõmunicationis, publicè proponi in eccleſia vt qui ſuper hoc nouerint veritatem,teſtificentur, & ſi conſtiterit de uſuris præſtitis,hæredes prædicti compellẽdi ſunt cenſuris eccleſiaſticis uſuras acceptas a patre reſtituere uniuerſas c.ad noſtram 20.eod.de iureiur.

Et ſimiliter non obſtante dicto iuramento prohibetur vſuras peti,& ſolutæ repetuntur,c.tua dudum.de vſuris.

Et mouens bellum iniuſtum compellitur reſtituere occupata per uiolentiam, & debent abſolui illi a quibus iuramenta extorſit.c.ſicut 29. de iureiur.

Secundum canonicas traditiones manifeſta crimina accuſatione non indigent, nec in eis eſt ordo iudiciarius obſeruandus. Vnde epiſcopus,qui iurauit in omni cauſa ordinem iudiciarium obſeruare, non habebat in mente, vt propterea ueniret contra canonicas ſanctiones: quia non iuramentum,ſed periurium extitiſſet,neque aliqua ratione ſeruãdum,quare benigna interpretatione reſcriptum eſt,in manifeſtis, & notoriis ſubtilitatem iuris non eſſe ſeruandam,quamuis ſecundum approbatum intellectum rectè poſſit intelligi iuramentum in illis cauſis, in quibus eſt ordo iudicialis ſeruandus. ca. ſtatutum.21.eod.

Et qui iurant ſtatuta & conſuetudines loci ſeruare,prætextu talis iuramenti non obligantur ad illicita, impoſſibilia, uel contra libertatem eccleſiaſticam, nec intentio iurantium ad ea debet referri.ca.1.de iureiur. in 6. Et generaliter iuramentum præſtitum contra vtilitatem eccleſiæ nõ tenet,quia periurium dici debet,ca. ſicut nobis.27.de iureiur.

Qui iurat ſtare mandato alicuius,non tenetur parare,ſi præcipit filium exhæredari, vel vt a ſe propriam remoueret vxorem. c.quintauallis.23.de iureiur.

Iurantes clericos non eſſe contra principẽ, declaratum fuit, non teneri ex hoc iuramento,quin pro iuribus & honoribus eccleſiæ ſuæ,ac etiam in ſpiritualibus ualeant ſtare contra ipſum principem. c.petitio.31.de iureiur.

Regis Vngariæ iuramentum, non reuocare alienationes regni ſui, non eſt ſeruandũ, cum teneatur illa ſeruare illibata etiam iuramento coronationis c.intellecto,33. de iureiur.

Vltimò clericus,qui iurauit ſtatuta eccleſiæ ſeruare,non tenetur ſeruare ſtatutum po

ſtea

ſtea ſubſequutum. licet ex debito tranſgredi non debuerat capitulo penult. de iureiur.

DE VSVRIS.

40 QVIA ſupra viſum fuit iudicium ſuper vſuris ſpectare ad forum eccleſiaſticum, & paulò ſuperius pluribus in locis de iuramentis circa vſuras dictum fuit, non ſine cauſa ſequitur hic tractatus de vſuris.

Nam in generali concilio ſtatutum eſt: vt nullus de clero præſumat exercere aliquod genus vſuræ, c.1.de vſuris.

Imò clerici debent ſe abſtinere a quæſtibus indignis,& ab omni negotionis,vel cupiditatis ingenio: & ſi noluerint, ceſſare mox cogantur abſtinere à clericalibus officiis cap. clerici & cap. ſi quis oblitus 14. qō.4. Nam qui volunt eſſe in clero, emendi vilius,& vendendi carius ſtudio non vtantur.cap.canonum ead. 14.q.4. *Ex Concil. Terraconēſi.*

Nec ſolum clericis, ſed etiam laicis vſura eſt damnabilis.cap.nec hoc.ead. 14.q.4. & ideo gloſſa in d.cap. 1.de vſuris, dicit, maximè de clero: quia omnibus eſt prohibitum,prout etiam probat text.in ca.2. eo.de vſuris.

Et ſi quis data pecunia poſſeſsionem in pignus acceperit,& ſortem ex fructibus deductis expenſis iam perceperit, abſolutè poſſeſsionē debitori reſtituet: ſi minus, debet ſolui,quod deeſt.d.c.1.§.ſi quis, & d.c.2.eod.de vſuris.

Si qui exercuerit vſuras,eccleſiaſtici beneficii periculum patiatur.d. ca.1. §. quod ſi poſt.de vſuris,ac miniſtri altaris, qui fœnerantur, excommunicantur cap. miniſtri.14.q.4.

Non eſt diſpenſandum,ut quis poſſit exercere vſuras, etiā pro redemptione captiuorum c.4.de vſuris.

Ac etiam pœna promiſſa, ſi quadraginta libræ non ſoluantur, nō debetur ſolutis in termino 33. ſed ſolum debentur ſeptem libræ reſiduæ c.tuam.de pœnis.

Quamuis in Concilio Lateranenſi ſub Alexan.111.ſit diſpoſitum,vſuras reſtitui: tamen hoc fieri debet, etiam ſi ante concilium acceptæ ſint,& reſtitutio fieri debet etiàm hæredibus debitoris,vel non extātibus hæredibus,pauperibus, dummodo in hæreditate illius ſit facultas;quia paupertas euidenter nota excuſat cap. cum tu.5.de vſuris,poſſeſsiones etiam emptæ ex vſuris vendi debent,& ex pretio ſatiſfieri his,à quibus extortæ ſunt: vt ſic a pęna,& a peccato liberi ſint.d.ca.cum tu.§. poſſeſsiones.

Et hæc reſtitutio fieri debet non ſolum a filiis: ſed etiam ab hæredib. extraneis cap. tua nos.11.de vſuris.

Qui vult recipere vltra ſortem,& recipit,& qui non uult dare parabolam iuramenti, ideſt non vult facere terminum debitori,nec petit aliquid: ſed tamen dat terminum, ſi emolumentum ſentit.Et qui merces plus vendit: quia facit terminum ad ſoluendum,omnes pœna vſurariorum tenentur.c.conſuluit 10.de vſuris.

Et quicunque tempore meſsis, vel uindemiæ non neceſsitate,ſed propter cupiditatem comparat annonam, & ſeruat vſque dum vēdat pluris, hoc turpe lucrum dicitur.c.quicunque 14.q.4. *Ivl. pp.*

Et qui mutuò dat pecuniam, & expectat plus,quàm dedit,ſiue illud triticum ſit,ſiue vinum, ſiue oleum, ſiue quodlibet aliud, fœnerator eſt cap.2.& ſequen. 14. quæſt.3. *Aug.*

Qui vſuram accipit,rapinam facit,vita non viuit cap.ſi quis vſuram.14.q.4. *Ambr.*

Nec minus crudelis eſt,qui pauperem truci dat fœnore,quàm qui diuiti aliqua rapit. *Aug.*

Item fideli homini totus mundus diuitiæ ſunt,infideli autem,nec obolus; nam omne,quod iniuſtè poſsidetur,alienum eſt. c.quid dicam.14.q.4.

Nec quia ſuſcipit in ſe periculum, qui dat certam pecuniæ quantitatem nauiganti, vel eunti ad nundinas recepturus vltra ſortem,excuſatur;quia vſurarius eſt cenſendus.c.fin.in prin.de vſuris.

Vſurarius, qui impetrauit literas ſuper reſtituendis ſibi vſuris, vel fructibus computandis in ſortem non auditur, niſi & ipſe reſtituat eas vſuras,quas ab aliis extorſit. c.quia fruſtra.14.de vſur.& cap. Michael. 17.§.attentius.de vſur.

Ac in odium vſurariorum, quamuis non ſit accuſatio contra eos: ſi tamen aliis argumentis

mentis conſtiterit illos eſſe vſurarios manifeſtos, poſſunt condemnari pœna contra vſurarios.cap.cum in diœceſi. 15. de uſuris.

Quarum vna eſt:quia debent expelli è ciuitatibus. Vnde ſi collegium, ſeu alia vniuerſitas non expellet vſurarios, ſed domos locet, ipſo facto incurrit ſententiam interdicti cap.1. §. qui verò. de vſuris, in 6.& annotatum eſt in materia interdicti.

QVANDO NON SIT VSVRA.

41 Svpra dictum fuit, qui exercuerit vſuras eccleſiaſtici beneficii periculum patiatur:ſed hoc limitatur. Niſi forte eccleſiæ fuerit beneficium quod redimẽdum ei hoc modo de manu laici videatur d. c. 1.§.niſi forte,de vſuris.

Sed Doctores circa iſtam exceptionem dãt diuerſos intellectus,ſed vt exceptio ſit de regula,debet intelligi,clericum accepiſſe pro pignore beneficium eccleſiæ,& ipſum percepiſſe fructus;& illos non teneri reſtituere,nec minus beneficium,& iſtud eſt redimere hoc modo de manu laici: quia quodammodo redimit,dum non cogitur reſtituere.

Et talis deciſio eſt expreſſa in cap.1. de feudis: nã ſi epiſcopus recipit in pignus feudum,illud licitè poteſt detineri fructibus non computatis in ſortem: ita tamen vt pro feudo eo tempore ſeruitium nõ præſtetur.Et idem in cap.conqueſtus.de vſuris:nam ſi monaci detinent terram clerici titulo pignoris, & de fructibus ſortem receperunt, ea debet reddi domino terræ;niſi terra ſit monaſterii: quia hoc caſu vult dicere Pont. fructus non extenuant ſortem.

Ambr. Quemadmodum etiam ab illo exigere vſuram poſſumus,cui meritò nocere deſideramus,& cui iure inferuntur arma, huic legitimè auferuntur vſuræ, quem bello vincere nõ potes ab hoc vſuram exige, quem non ſit crimen occidere,ſiue ferro dimicat,qui vſuras flagitat,ſiue gladio ſe de hoſte vlciſcitur,qui fuerit vſurarius exactor inimici,ergo ubi ius eſt belli, ibi eſt ius vſuræ.c.ſi. 14.q.4.& eſt deciſ. Diui Ambroſii.

Qui vendunt merces valoris librarum quinque,& promittitur ſtatuto tempore ſex, contractus non eſt vſurarum:attamẽ uenditores peccatum incurrunt:niſi dubium ſit plus minuſve tempore ſolutionis valituras:& ideo ſaluti ſuæ conſulet,qui à tali contractu ceſſabit: cum cogitationes hominum nequeant occultari.c.in ciuitate.6.de vſur.

Sed ſi ueriſimiliter dubitatur, utrum plus, uel minus ſolutionis tempore fuerint ualituræ,non debet uſurarius reputari c.fin. §.ille quoque.de uſur.

Et ratione huius dubii;qui pãnos, granum, uinum, oleum, uel alias merces uendit: ut amplius, quam tunc ualeant, in certo termino recipiant, excuſantur a pœna uſurarum:ſi tamen tpe contractus nõ fuerat uenditurus.d.c.ſi.§.ratione.de uſuris.

Et ſi clericus in neceſsitate conſtitutus pecuniam præſtiterit, de uino uel frumento hoc accipiat, quod mercandi cauſa tempore ſtatuto decretum fuerit uenundari. c.ſi quis clericus.14.q.4.

Cæterum ſi illam ſpeciem uini, uel frumenti neceſſariam non habuit, ipſam pecuniam, quam dedit, ſiue ullo augumento recipiat.d.cap.ſi quis clericus.§.cæterùm.

Nam ſi pecuniam commodauit, pecuniam accipiat,ſi ſpeciem eandem,quam dedit. cap.nullus clericorum.eadem 14.q.4. *Ex Cõc. Agath. III.*

Maritus etiam lucratur fructus poſſeſsionum, quæ à ſocero ſunt pro numerata dote pignori obligatæ: quia non computantur in ſortem cum frequenter dotis fructus non ſufficiant ad onera matrimonii ſupportanda.c.ſalubriter,16. de uſur.

NONNVLLI CASVS, IN QVIBVS RECIPITVR VLTRA SORtem, & non eſt uſura.

Ex ſententia Diui Thomæ licitum eſt uendere rem plus, quàm ualeat, quando utilitas unius, ideſt emptoris eſt cum detrimẽto alterius, hoc eſt uenditoris, quia propter dictum damnũ poteſt uendere plus, quando uerò unus accipit utilitatem ſine damno uendentis, non eſt licitum: quia utilitas, quæ alteri accreſcit, non eſt

ex uenditione, ſed ex conditione perſonæ: quia uenditur id, quod non eſt ſuum: S. Thomas in ſecunda ſecundæ. quæſtio. 77. articulo primo uerſic. reſpondeo, in ſine dicti uerſiculi.

Et generaliter lex diuina uult, quod teneatur illæ, qui plus habet ex aliquo contractu recompenſare ei, qui damnificatus eſt, ſi ſit notabile damnum, & non requiritur læſio ultra dimidiam. S. Thomas ibidem, uerſicul. ad primum. ibi, ſed lex diuina.

Et qui mutuam dat pecuniam, poteſt abſque peccato in pactum deducere cum eo qui accipit, recompenſationem damni, per quod pactum ſubtrahitur damnum mutuanti, quod debet habere: hoc enim non eſt uendere uſum pecuniæ, ſed damnum uitare, S. Thomas in eodem loco. q. 78. artic. 2. uerſ. ad primum.

Ac etiam ex pecunia commiſſa mercatori poteſt licitè lucrum accipi: eo quia dominiũ uſus remanet penes dantẽ pro quadã ſocietate S. Thomas in dicto loco, & d. artic. 2. uer. præterea magis, & in reſolutione uerſ. ad quintum.

Sed lucrum ceſſans, & multo magis dãnum emergens debet præſtari, nõ prout eſt in actu & potentia, ſed propter aliquam recompenſationem ſecundùm conditionem perſonarum & negotiorum. S. Thomas in eadem ſecunda ſecundæ, quæſtio. 62. articulo 4. uerſicul. reſponde, ibi, tenetur tamen.

DE CENSIBVS ET LIVELLIS LICITIS.

42 Sed licita eſt emptio annui cenſus pro certa ſumma denariorum ad rationem decem, undecim, tredecim, quattuordecim marcæ, plus, aut minus ſecũdum temporis qualitatem, & ſoluto pretio uenditoribus, ipſi obligant bona ſua in perpetuum pro ipſius annui cenſus ex ſolutione, & datur facultas uenditoribus extinguendi ipſum annuum cenſum in totum uel pro parte ſoluto pretio recepto ab emptoribus, ac ſe ex tunc penitus liberare, quanuis uenditores arctari non poſſint ad ſe liberandum, & qui recuſant per ſoluere prætextu uſurariæ prauitatis, hoc faciunt in animarum ſuarum periculo: ut habetur in extrauaganti Martini V. titulo de emptione & uenditione, in communibus, & de eadem materia eſt alia extrauagans Calixti III. eodem titu. Ac alia extrauagans non impreſſa Nicolai Sexti, in qua conceſsit, incolas regnorum Siciliæ citra & ultra Pharum contractus cenſuum licitè & liberè contrahere, & emere, & uendere poſſe, neque uſurariam prauitatem committere, dummodo annalis cenſus decimam partem recepti pretii non excedat, cum opportuna contrahentium ſecuritate, cautione, & indemnitate, ac cum poteſtate uendentes perſonas, eorumq́ue proprietates, redditus, iura, cenſus, ac omnia & ſingula immobilia bona obligandi, & cum pactis, iuramentis, & aliis cautionibus uallatis, de quibus inter ementes, & uẽdentes huiuſmodi cenſualia in pactum deductum fuerit, Dat. Romæ, ann. Domini, M. CCCC. LII. prid. Cal. Octobr.

Qua diſpoſitione ſtante liuelli, ſeu affictus, qui conſtituuntur in iſtis partibus, præſertim Lombardiæ & Marchiæ Taruiſinę ſunt liciti: quia differentia contractuum ſupraſcriptorum ab iſtis eſt ſolum circa formam, nam quãtum ad effectum idem eſt; quia in illis extrauagantibus ille, qui recipit denarios, ſe conſtituit cenſum p ſoluturum bonis ſuis in perpetuum obligaris. In iſtis vẽditur totus fundus, & emptor poſtea inueſtituram facit venditori iure liuelli de eadem fundo ſoluendo liuellum communiter ſex pro centum.

QVANVIS POST EMPTIONEM ET VENDITIONEM SEQVATVR LIVELLVS ESSE VERAM VENDITIONEM.

43 Sed quia in iſtis celebratur venditio, & ſtatim ſubſequitur liuellus, nec ille vẽdidiſſet, niſi ſequeretur liuellus. Dubitari poteſt, an illa ſit venditio vera, adeo quòd dominium ſit mutatum vel ne. Et quæſtio eſt vtilis in pratica: quia plerunque

que grauati fideicommiſſo faciunt has uenditiones ſubſecuto liuello, ac ſecundo loco uendunt non ſubſecuto liuello, alia bona, & deinde fundus primo loco uenditus & locatus peruenit ad nominum locatorem, qui etiam fuit emptor vt ſupra, & in detractionibus faciendis oritur dubitatio, quæ nam uenditio in legitima imputetur: nam ille ſecundus emptor prætendit præferri: quia tradita ei ſit poſſeſsio, & in ipſum translatum fuerit dominium, quod negat factum eſſe, quãdo ſubſequitur liuellus, quia venditor nõ exit de poſſeſsione, nec mutat dominiũ: & cum hæc prima venditio non ſuffragetur, erit poſterior, quando corporalẽ poſſeſsionem adeptus eſt ſecundo loco emendo eundem fundum.

Sed tamẽ teneri poteſt primum emptorem præferri: quia ſit vera venditio, & translatum ſit dominium in ipſum emptorem. Nec obſtat, quòd poſſeſsio non ſit tradita; quia conſtitutum mutat poſſeſsionem, quia licet ſit ficta traditio, tamen ex eo transfertur vera, & propria poſſeſsio, & probatur in l.certæ.§.ſi procurator. ff. de præcario, & Tiraq. latè tractatu de iure conſtituti poſſeſſ. Prima parte, per totam, & parte ſecunda. nu. 2.

Cum maximè: quia in amittenda poſſeſsione quando aliquis corpore ſit in fundo, ſolus animus ſufficit, l.3. §. in amittenda. ff. de acquir. poſſeſſ.

Item quamuis nemo propria uolũtate poſſit ſibi mutare poſſeſsionem: tamẽ poteſt accedente cauſa extrinſecus, ut in l.3. §. illud. de acquir. poſſeſſ.

Vbi ſi depoſita eſt res apud me, & poſtea ea donatur, aut uenditur mutatur cauſa poſſeſsionis, expreſsius in l. non ſolũ. §. quod uulgò. ff. de uſucap. ubi ſi emo a non domino ſciẽter & poſsideo, mutatur poſſeſſio, ſi emo a uero domino, & tamen non dimitto primam poſſeſsionem.

Ergo non inconuenit, quod in caſu propoſito uenditor mutet poſſeſsionem, & non poſsideat tãquàm antiquus dominus, ſed tanquam emphyteuta.

Et liuellus ſubſecutus non ſolùm non operatur contrarium, imò oſtendit ac demõſtrat, fuiſſe ueram uenditionem: quia eſt uerus contractus locationis & cõductionis, cũ perſoluatur liuellus, ſiue affictus, ſi ue cenſus, detur prælatio, prout conceditur ex ueris emphyteuſeos contractibus, & in inſtrumento dicitur, ut ammodo cõductor bona locata habeat, teneat, poſsideat, & recognoſcat a locatore. Vnde nihil remanſit penes ipſum de antiqua poſſeſsione, ſiue dominio antiquo.

In quantum autem ſit pactum extinguendi locationem, ſeu emphyteuſim, iſtud ſignificat tanto magis fuiſſe ueram locationem: quia pactum eſt, quòd locator teneatur facere conductori uenditionem de proprietate rei locatæ cum ſolennitatibus debitis, & non fieret uenditio de ꝓprietate, niſi fuiſſet uera locatio, & uera locatio non fuiſſet, niſi fuiſſet uera uenditio, quia nemo rem ſuam conducere poteſt.

Stat igitur concluſio, quòd ſit mutatum dominium, & quòd in bonis conductoris nihil aliud fuerit, quàm utiles actiones, id eſt id, quod pluris appretiarentur campi, quàm fuerit pretium uẽditionis, ut ſi uerbi gratia eſſent ualoris trecentorum ducatorum, & uenditio fuerit pro ducentis ea de cauſa: quia locatio ſequeretur, ſit in bonis illius uẽditoris, & conductoris ducat. centum. Qua de cauſa primus emptor, qui etiam fuit locator, emendo poſt modum fundum locatum intelligitur emiſſe iura utilia non dominiũ illius, qui uendebat: & ſic concluditur, hunc emptorem primo & tertio loco præferri emptori ſecundo loco.

44 Sumpta occaſione de contractibus licitis ſecundum Sanctum Thomã, & de cenſibus & liuellis, de quibus ſupra, facile poteſt teneri, illam opinionem non eſſe ueram, quæ eſt: ut ex uenditione, & non ſoluto pretio non poſsit percipi certa penſio, à principio taxata uſque pro pretium ſoluatur: quia uenditor non debet carere re & pretio, & maximè quia plerũque diuites emunt, & pauperes uendunt, & quando fructus rei uenditæ ueriſimiliter aſcenderent ad intereſſe taxatum, tunc promiſsio non cenſeretur illicita, & taxa

tio

tio facta ad certam quantitatem non reſcinderetur, dato quòd contingeret illo anno minores eſſe, quàm ſit valor taxactionis factæ, quemadmodum econtrario, ſi maiores eſſent, plus nõ deberetur: vt per Cagnolum poſt Decium in l. curabit. nume. 56. verſic. prædicta limitat. C. de actionib. empti. Et tanto magis: quia admittitur cautela, vt ceſſet onus probandi intereſſe taxatum, videlicet quòd venditor locet emptori rem venditam tali ficto, ſeu penſione ſingulis annis perſoluēda, donec ſolueret pretium, ut per eundem Cagnolum poſt Paulum de Caſtro, Alexandrum, Decium, & ſummam Angelicam, in d. l. curabit. nu. 62.

Sed quia aliquando fructus non aſcendunt ad intereſſe, præſertim in venditione domorum, ſi precium eſt iuſtum, & venditor potius vult precium, quàm intereſſe, videtur permiſſa ipſa taxatio etiam iſto caſu ad eam quantitatem, quæ permittitur in cenſibus, ſeu liuellis: quia cum poſsit contractus cēſus celebrari inter illas partes, aut etiam poſſet vēditor accipere precium, & illud tertia dare pro annuo cenſu, ſeu penſione, non videtur dubitādum, quin poſsit eandem penſionē ab illo emptore percipere: quia quò ad forum conſcientiæ nulla eſt differentia.

45 Et ex hoc erit etiam ſoluta alia quæſtio, an poſsit quis denarios dare patrono domus, & pro ipſis domum habitare, & penſionem non ſoluere: nam contractus iſte licitus videtur ex rationibus ſupra deductis; quia poſſet ille patronus domus pro denariis acceptis cenſum, ſeu liuellum conſtituere in ipſa domo, vel in aliis ſuis bonis, prout in extrauagantibus ſupradictis, & maximè ex illa Nicolai v I. Aut cõtractū emphyteuſis celebrare facta prius venditione, & locare domum illi, qui pecuniam numerauit pro penſione ſimili cenſus, & tempore ſolutionis vtraq; pars facere compenſationem. Quo ſtante etiā erit licitus contractus ſupradictus de denariis datis pro habitatione domus: quia quò ad effectum nulla eſt differentia; & lex præſertim diuina non imponitur verbis. Cauendum tamen eſt, ne pro pauca pecunia quis domū magni valoris & penſionis habitet; quia ſic cõtractus haberet vſurariam prauitatem. Quare debet conſiderari pēſio debita, ſi locaretur domus, & cenſus qui licitè conſtitui poteſt ex numerata pecunia.

Et hæc dicta ſint: quia huiuſmodi cõtractus multis in locis in iudiciis approbantur, & cum ipſis viuunt multi, & habent æquitatem, vt nemo locupletetur cum aliena iactura, & commoditatibus hominū conſulatur: quia multi cogūtur vendere, nec promptam pecuniam inueniunt, & aliquando nolunt vendere domum & indigent pecunia. Sint tamen dicta ſalua terminatione Sanctæ Romanæ Eccleſiæ.

DE PRAESCRIPTIONIBVS.

46 QVIA ſupra de exceptione pręſcriptionis dictum fuit, & tractatum fuit de exceptione iuramenti & uſurarum, hoc loco non inconuenit de præſcriptione aliqua dicere.

Circa quam taciturnitas atque patiētia prælati non eſt nocitura in rebus pauperum futuris Pontificibus capitulo ſecundo de præſcriptio.

Sed omnes poſſeſsiones ad ſingulas prouincias epiſcoporom pertinentes, & per ipſos per triginta annos poſſeſſæ ſunt quietè & ſyncerè abſque ſynodali proclamatione perpetuò teneantur cap. 3. de præſcript. Ac amiſſa poſſeſsione iure uendicantur. cap. fin. 13. qō. 2. & in lite duarum eccleſiarum ſuper decimis, quas vna earum in alterius parochia annis quadraginta poſsedit, melior eſt conditio poſsidentis: quia talis præſcriptio omnes prorſus actiones excludit cap. 6. de præſcript. non currente tamen tempore hoſtilitatis c. 10. eod. tit.

Sed cùm commune ius reſiſtit, debet allegari titulus præſcriptionis, & probari ca. 1. in prin. de præſcript. in 6. Quia ſi non probatur poſſeſsio legitima, præſumitur occupatio cap. fin. de reſtitut. ſpoliato. in 6. Quia cum duo inſimul eādem rem, & eodem tempore poſsidere non poſsint, probata antiquiori poſſeſsione vnius partis,

recentior non nocet;cum iuſtus poſſeſſionis titulus non oſtenditur, quare cũ poſſeſſionem primam iuſtam fuiſſe euidentiſsimè appareat,conſequens eſt,ab eo tẽ pore,quo vltima poſſeſſio incipit,minus iuſtè,ac ſine titulo,ac propria temeritate incepiſſe.cap.licet.§.ex præmiſsis.verſic. per quod patet,de probationibus, quib. ſtantibus: quia non ſumus in interdicto vti posſidetis: ſed in poſſeſſorio iudicio retinendæ, ſententia fertur pro poſſeſſore antiquiori,d.cap.licet. §.cum ergo. de probationib.Et quæſtio de finibus definitione agrimenſoris eſt finienda præſcriptione quadraginta annorum ſeruata. c. quia.9.eod.

Ac ſimiliter præſcribitur ius epiſcopale ſpatio quadraginta annorum, ſubducto tamẽ tempore, quo vacauit cathedralis ecclesia c.auditis.§.quod ſi abbas.& c. cum olim.18.de præſcript.

Contra autem Romanam eccleſiam nõ currit præſcriptio, niſi centum annorum ca. ad audientiam,13.eod.

Et idem de iis bonis, quibus aliqui priuati ſunt per ſententiam ipſo iure, & poſtea poſſederint eadem bona, non procedit præſcriptio,ſed centenaria,vel quadragenaria contra alias eccleſias. cap.2. de præſcript.in 6.

Subducto tamen tempore,vt in ca.cum nobis.de præſcript.Intelligendo de rebus & poſſeſſionibus,non de principatu, quem ſuper aliis eccleſiis obtinet, quia in eo nulla currit præſcriptio:vt per glo.in d.c. 13.verbo centum. Sed præſcriptio ſuper decimis non procedit.c.7.eod.

Nec ſuper procurationibus debitis pro uiſitatione c.accedentes 11.& c. cum ex officii.16.eod.

Nec etiam ſubditus contra prælatum præſcribit obedientiam c.cum nõ liceat. 12. eod.de præſcript.

DE MALAE FIDEI POSSESSORIBVS.

47 CAVENDVM tamen eſt, ne malæfidei poſſeſſores ſimus in prædiis alienis:quoniam nulla antiqua dierum poſſeſſio iuuat aliquem cap.vigilanti.5.eod.de præſcriptio.

Imò exigitur bona fides,& iuſtus titulus in præſcriptione rerum eccleſiarum. cap. ſi diligenti.17.circa finem.eod. Quæ diſpoſitio declaratur in cap.1. §. nam licet. de præſcriptio.in 6.& procedat, quando ius commune reſiſtit,vel ſit præſumptio contra præſcribentem, videlicet, de titulo & bona fide,quãdo autem hæc ceſſant, vel ſit præſcriptio, cuius initii memoria non exiſtat,ſufficit bona fides.

Sed qui poſt completã præſcriptionem impetrat priuilegium contrarium præſcriptioni,illi renunciaſſe intelligitur c.pen. §.nec obſtat. de præſcriptio. Si verò pręſcriptio non dum erat conſumata, poſt huiuſmodi priuilegium bonam fidem non habuit.d.c.pen.§.ſi verò.

Nam in foro canonico & ciuili,qui pręſcribit in nulla temporis parte rei habeat conſciẽtiam alienę,c.fi.de præſcr.Et poſſeſſor malæfidei vllo tempore non pręſcribit c.2.de reg.iur.in 6.

NOTAN. IN PRAESCRIPTIONE.

48 QVIA ſemper requiritur bona fides,& non ſemper titulus: videndum eſt, quando pręſumatur bona fides in rebus corporalibus eccleſiarum.

Circa quę communis opinio Doctorum eſt quòd niſi appareat de antiquiori poſſeſſore, præſumatur bona fides probata ſola poſſeſſione: vt per Felynum poſt Abbatem,ac alios,quos allegat in d.c.ſi diligenti.nu.4.de præſcript.

Quando autem apparet de antiquiori poſſeſſore ex hoc præſumitur malæfidei poſſeſſor,niſi probet titulum:ſed probato titulo præſumitur bonæfidei etiam contra antiquiorem poſſeſſorem,ut ibidem per Felynum.

Sed iſta opinio non iuuat hunc præſcribentem cõtra ipſum antiquum poſſeſſorem, qui reſtituitur in ſua antiqua poſſeſſione nullo probato ſpolio,etiam contra poſſidentem titulo & bona fide, de quo per Felynum remiſſiuè ibidem ver. dum ſubdit.Et eſt communis opinio,vt per Inno. in

in cap.ſæpe.de reſtit.ſpoliat. verſic. Imò plus & Hoſt. colum. 2. & Abb. nume. 18. Idem Abb. in c.cum ad ſedem. nume. 25. eod. Anch. in conſil. 42. Et hæc opinio approbatur a Doctorib. iuris ciuilis: vt per Aret. in §.quadrupli. nume. 32. inſti. de actio. Alexan. in l. rem quæ nobis. nume. 19. ff. de acquiren. poſſeſſ. & Iaſon ibid. nume. 19. & idem Alex. in conſi. 6. nume. 4. volum. 3.

Et procedit pro quacunque re laicorum: vt per Iaſ. in d. l. rem quæ. nu. 29. vbi omnes concordantes allegat.

DE EXCEPTIONIBVS PRAEIVDICIALIBVS.

49 In exceptionibus autem præiudicialibus: quia probata exceptione principalis quæſtio perimitur, ante eſt cognoſcendum de exceptione, puta ſi mulier petat maritum, qui proponit eſſe conſanguinitatem, quàm reſtituatur vir c. 1. de ordine cognit.

Et idem ſi quis petit hæreditatem, & opponitur de natalibus: quia prius exceptio natalium terminari debet. cap. 3. eod. de ord. cogni.

Nam tali caſu cauſa transfertur ad iudicem eccleſiaſticum. c. 5. qui filii ſint legit.

Nec eccleſia cognoſcit de cauſa ciuili, ſed an quis ſit de legitimo matrimonio. c. 7. qui filii ſint legit.

Et quando quæſtio ſpolii in modum exceptionis tantum proponitur, prius probatio ſuper ſpolio admittitur c. 2. §. ſed quoniam. de ord. cognit.

Ille autem, qui excipit, non intelligitur fateri intentionem actoris. cap. cum uenerabilis. de exceptio. & l. non vtique. ff. eodem titul.

50 Imò non tenetur reus probare exceptionem, niſi probata intentione actoris. l. ſi quidem. C. de except. & ibi Cy. & Sal. qui dat modum probandi exceptionem publicato proceſſu.

51 Et econuerſo, actor non tenetur probare replicationem, niſi reus probauerit exceptionem. Are. poſt alios, quos allegat, inſt. de replicationib. nu. 10.

DE MVTVIS PETITIONIBVS.

52 Sed quia reus aliquādo ſe defendit actorem recōueniendo poſt exceptiones, de hac re aliqua dici poſſunt.

Nam actor cogitur eum habere iudicē contra ſe in eodem iudicio, cuius in agendo obſeruat arbitrium cap. accuſatores. verſic. cuius, 3. quæſt. 8. & cap. 3. de reſcript. in ſexto.

Quo caſu iudex auditis partibus concordia vel iudicio negotium vtriuſque terminabit. c. 1. de mutuis petitio.

Et modus procedēdi datus per reſcriptum, vt puta appellatione remota in cā principali ſeruatur etiam in cauſa reconuentionis. c. fi. de mut. pet. Sed coram arbitro reconuentio locum non habet, c. cum dilectus. de arbitr.

Ac etiam ceſſat, ſi conuentus coram iudice laico reus velit recōuenire de iure patronatus, decimarum, matrimonii, aut alia re ſpirituali: vt per Inn. in c. 1. de mutuis petitio. & latè per Marianum Socinum ibid. num. 85.

Et ſimiliter ceſſat in cōuentis criminaliter, vt per Inn. in d. c. 1. & latè per dictum Socinum in 1. fallen. num. 56.

Et in depoſitario ex ratione cap. fin. de depoſito, dum prohibetur compenſatio, vel deductio, & per Socinum in d. c. 1. in xi. fallentia nu. 61.

DE RESTITVTIONE SPOL.

Omnibus ſupradictis proxima eſt materia ſpolii.

53 Nam exceptio ſpoliationis frequens & aſſidua eſt: ſed calumnioſè nonnūquàm proponitur. Vnde ſtatutum eſt in ciuilibus negotiis, circa hanc exceptionem ſi facta proponitur ſpoliatio ab alio nō ab actore, iudicem ea nō obſtante procedere debere in principali negotio. c. 1. §. ſtatuimus. de reſt. ſpol. in 6.

In criminalibus autem obſtat exceptio facta a quocunque: ſed hæc criminalis, & ciuilis facta ab actore, intra ſpatium dierū decimumquintum poſt diem, in quo proponitur, comprobabitur. d. §. ſtatuimus.

Sed cum criminaliter quis accuſatur, ille intelligitur ſpoliatus, qui tota ſua ſubſtantia vel maiori parte ſe per violentiam deſtitutum affirmat. d.c.1.§.illum autem. de reſt.ſpol. in 6.

In hac autem exceptione pro impedienda accuſatione tempus a iudice datur, intra quod reſtitutionem imploret. Quod ſi intra tempus indultum reſtitutionem non petierit, & cauſam, cum potuerit, non ducat ad finem, non obſtante exceptione hac deinceps poterit accuſari. d.c.1. §.ſolet autem.

STEPH. PP. Spoliato autem omnia quæcunque ablata ſunt reintegrentur, ita vt omnes poſſeſſiones atque omnes fructus ante incœptam accuſationem reſtituantur. c.nullus epiſcoporum 2.q.2.

Vlterius ſpoliatio rerum priuatarum nō poteſt opponi agenti ſuper eccleſiaſticis: Vel econtrario agente de eccleſiaſticis non opponatur de priuatis reb. d.ca.1. §.fi. de reſt.ſpol. in 6.

Sed quia hæc materia ampliſsima eſt, de multis aliis tractandum eſt.

ET in primis reus audiendus non eſt de proprietate opponens aduerſus petentem reſtitutionem. c.1. de reſt.ſpol. & renunciatio poſt ſpoliationem non valet: quia præſumitur non ſpontanea. cap.2. eod. de reſtit.ſpol.

Sed ſi ante ſpoliationem renunciauit beneficio, non obſtat hæc exceptio ſpolii. c.3. eod. tit.

Et cum quis conquæritur apud iudicem, ſe vi de beneficii poſſesſione eiectum eſſe, ſi aduerſarius dicat excipiendo eundē non canonicè inſtitutum, de violēta prius eiectione, quàm de canonica inſtitutionē cognoſcendum erit. cap. in literis. de reſtitu.ſpoliat.

Item ei, qui dicit ſe ſpoliatum, vel vi, aut clam poſſesſionem amiſiſſe, nō obſtat exceptio criminis, ſed prius debet reſtitui. c.item cum quis. de reſt.ſpol. nam omnes leges ante omnia præcipiunt cuncta ſpoliatis, vel deiectis ſarcienda eſſe. c.omnes leges. 11.q.2.

Et procedit etiam, ſi ſpoliatus compulſus iurauerit non repetere: quia in nefandiſſima cauſa iurauit, abſoluitur a iuramento. c.2. de iureiur.

In qua reſtitutione comprehenduntur fructus; quia debent reſtitui. cap. grauis. de reſt.ſpol.

IVL. PP. ET FAB. PP. Nec ſufficeret ſententia, niſi re ipſa omnia reſtituantur, ita vt ſpoliatus vel deiectus etiam naturalem poſſesſionem recipiat. cap. epiſcopi. 3. quæſt.1. & cap. nullus. 11. quæſt.2.

Spoliatus autem ſententia iudicis ordine iuris prætermiſſo ante omnia reſtituitur. c. conquerente. de reſt.ſpol.

Et beneficium ſpoliationis competit, non ſolùm contra illum, qui ſpoliauit, ſed ēt contra eū, qui mandauit ſpoliari, vel ſaltim ſpoliationem ratam habuit. c.cum ad ſedem. §.nos. de reſt.ſpol.

Aut recepit ſcienter rem inuaſam à ſpoliatore; cum ſpoliatori quaſi ſuccedat in vitium, non obſtante rigore iuris ciuilis. c. pen. eo. tit.

Et vlterius in odium ſpoliatoris ſtatutum eſt; vt quāuis ſpoliatus agat petitorio ante concluſionem in cauſa, & niſi renunciatum ſit iudicio poſſeſſorio, poſsit intētare nouum iudicium, de recuperanda, ſeu adipiſcenda poſſesſione cap.5. de cauſa poſſeſſ. & propr. & c.unico. §. & in ſpoliantis. eod. in 6.

Et nedum in prima inſtantia, ſed etiā in appellatione. d.c. vnico, in princip. de cauſa poſſeſſ. & proprie.

Si verò renunciatum ſit, vel concluſum in cauſa, poſſeſſorio non erit utendum. Niſi iudex hoc ipſum ex iuſta cauſa viderit expedire; puta: quia facile arguitur inuaſionis iniquitas, vel ſpoliato caſu, vel malitia ſubtraxerit facultatem probandi dominium, ac aliis cauſis, quæ continent æquitatem, aut iuſtè mouerint animum iudicantis. d.c. 5. §.ſi verò. de cauſa poſſeſſ. & propriet.

Sed ſi ſpoliatus agit poſſeſſorio, & petitorio ſimul; & probat ſpoliationem, & non dominium, obtinet in poſſeſſorio; ſed ſuccūbit in petitorio. c.3. & ſeq. de cauſa poſſ. & propr. & petitorium præualet. c.6. eo. tit.

DE

DE CAVSA POSSESSIONIS.

54 Probata poſſeſſione conferendi beneficium.conſeruatur in ea,pro ſucceſsiua collatione ſaluo iure proprietatis. ca. cum olim.de cauſa poſſeſſ. & propr.

Et eſt caſus de epiſcopo & capitulo eccleſiæ cathedralis Vincent.

Sed quantum ad faciendam electionem, quando cõſtat eligentem exiſtere in poſſeſsione præſentandi clericum hoc ſufficit, ſalua quæſtione ſuper iure patronatus, c.querela.32.de elect.

Nam etiam ſi beneficium confertur per habentem poteſtatem, exceptio renunciationis prouiſæ non retardat poſſeſsionẽ; quia tali exceptione ſalua collatio effectum habebit.c.poſt electionem.7.de cõceſſ.præb.

Cauſa autem poſſeſsionis, & proprietatis ſub eodẽ iudice terminari debet,ſed contra abſentem non eſt pronunciandum.c. 1.de cauſa poſſeſſ.& propr.

Item ſi actum eſt poſſeſſorio,& petitorio poteſt iudex receptis probationibus ſuper vtroque,prius poſſeſſorium terminare c. 2.de cauſa poſſeſſ.& propr.

Sed hoc procedit, quando de proprietate liquere nõ poteſt; nam ſi liquet, vtraque quæſtio ſimul terminatur c. ſignificauerunt.34.§.& niſi adeo.de teſtib.

Et iſtud eſt, quod dicitur in cap. cum dilectus. 6.de cauſa poſſeſſ.& propriet. Vna ſententia terminari poſſeſſorium,& petitorium, & præmittit poſſeſſorium in terminando,ſed in exequendo præualet petitorium.

Occupans autem locum,ex quo affectus vel penſio debebatur, debet locum libere relaxare: vt liberè poſsit percipi penſio.ca. fi.de reſt.ſpol.

Sed non competit reſtitutio ingreſſo poſſeſſionem ignorante domino, immo poteſt dominus cum ſciuerit, eum repellere et violenter cap. olim cauſam. 1.de reſtit. ſpoliat.

Ceſſat vlterius reſtitutio, quando incapax petit ſe reſtitui,vt puta laicus petit reſtitutionem beneficij.c.cum adeo.de reſcr. & c.ex literis.de tranſact.

Et in ſacris ordinibus conſtituti non poſſunt habere vxores c.1. de clerico cõiug. & ca. quemque.23.diſtin.& cap. nullum. 28.diſtinct.

Et ſi ductas debent dimittere, non cõuenit, vt reſtituantur.

Vltimò ex pluribus cauſis ceſſat reſtitutio, quas enumerat gloſſ.in cap.1. vt lite non conteſtata,in verbo ſuſpectum, & Hoſt. in ſumma,eod.tit.§.in caſib.autem denegatur, vbi enumerantur 23. caſus, inter quos ſunt multi ſupra enumerati.

Hæc omnia occurrũt ante litis conteſtationem & tamen ſunt iudicia,quæ litis conteſtationem deſiderant,& in concilio eſt mentio de hac litis conteſtatione, merito aliqua dici poſſunt.

DE LITIS CONTESTATIONE.

55 Et in primis ea non fit ex reſponſione poſitionibus cap.dudum. 54.§. licet . de electio.

Nec etiam ex propoſita peremptoria exceptione c.2.de litis conteſt.in 6.

Conteſtatio autem fit a procuratore c. cum cauſam.de iuram.calum.

Aduocati etiam reſponſio, niſi ſtatim reuocata fuerit,conteſtationem inducit ea.cũ cauſam.§.mandamus.de appell.

Requiritur etiam litis conteſtatio, quando officiũ iudicis principaliter poſtulatur, non incidenter.cap.2.de offi.iud.

VT LITE NON CONTESTATA.

Regulariter teſtes non recipiuntur lite non conteſtata.

56 Sed hoc aliquando fallit.Nam cum ciuiliter agitur, & timetur de abſentia, vel morte teſtium,ſenes, & valetudinarii, & alii teſtes admittuntur lite non conteſtata. cap. quoniam frequenter. vt lite non conteſtata,& cap.cum olim.§.verum. 34. de teſtib.

Sed qui examinauit intra annum debet vel conuenire ſuum aduerſarium, vel eidem notitiam dare de examine facto . d. cap. quo-

quoniam frequenter.§.quòd ſi actor.

Et ſunt alii caſus, in quibus abſque litis conteſtatione poſſunt teſtes produci.d.c.quoniam.§.ſunt & alii.

Ac alius eſt caſus, quando fundatores eccleſiæ timent proceſſu temporis probationis copiā deperire poſſe: quia citato eo, qui prætendit eccleſiam liberam, recipiuntur teſtes & publicantur c.ſignificauit.41.de teſtib.

Pendente lite nihil debet innouari, & pendet lis ex citatione legitima peruenta ad partem citatam.clemen.final.vt lite pendente.

Quando poſt ſententiam ille, qui appellauit diſſipat fructus poſſeſſionis etiam lite pendente ſequeſtrari poterunt dicti fructus.cap.fi.de ſequeſtrat.poſſeſſ.& fructuum.& ibi Innoc.Hoſt. Io. Andr. Butr. & Abbas.

Idem in ciuili. l.Imperatores.ff.de appellatio.& gloſſ.& Doct.in l.ab executione.c.quorum appellat.

Et ſi ſuper beneficio cōtra poſſeſſorem, qui triennio non poſſedit vna diffinitiua ſententia fertur, etiam ſi nulla dicatur, ſequeſtratio per ordinarium loci fieri debet, quam ſequeſtrationem impediens, vel ſequeſtratos fructus occupans excommunicatus eſt, at ſi eſt ex litigatoribus, cadit a iure ſuo.clemen.vnica, de ſequeſtr.poſſeſſ.& fructuum.

Quia autem iudicia terminantur ex probationibus de ipſis principaliter tractandum eſt.

DE PROBATIONIBVS.

57 PROBATIO fit vel inſtrumentis, vel iureiurando, aut teſtib.

Et primò de inſtrumentis poſui: quia non debet deueniri ad iuramentum, ſi poteſt ex inſtrumentis cauſa inſtrui, nec minus eo caſu adhibendi ſunt teſtes.

Sed nomen inſtrumentorum latiſsimū eſt: quia eo nomine ea omnia accipienda ſunt, quib.cauſa inſtrui poteſt, & ideo tā teſtimonia, quam perſonæ inſtrumentorum loco habentur.l.1.ff.de fide inſtru.& c.peruenit.4.de teſtib.cogen.

Sed hoc loco intelligitur de ſcripturis in iudicio exhibendis.

Vt autem fides adhibeatur inſtrumentis, requiritur, quòd ſint authentica, nam ſi ſcripturam authenticam non videmus de exemplari nihil facere poſſumus.ca.1.de fide inſtrum.

Scriptura verò, quæ authentica dicitur, ſi teſtes deſcripti deceſſerint, niſi per manum publicam facta fuerit, ita quòd appareat publica, aut authenticum ſigillum habuerit, firmitatis robur non habet c.2.eod.de fide inſtr.

Sed quando ſcriptura, quæ non eſt confecta manu publica defenditur ex ſigillo, & literæ non ſunt legibiles, vbi oportet legi, vel ſcripturæ deletæ ſunt vel enormem patitur fracturam, non probat. cap. inter dilectos. §.ſed contra.de fide inſtrum.qui tex.eſt clarus ad inſtruendum pro oppoſitionibus faciendis.

Sed ſi in narratione facti abraſæ ſunt literæ, reſcriptum non iudicatur falſum, nec poteſt haberi ſuſpectum, cap. 3. de fide inſtrum.

Item defectus vnius literæ non viciat, puta ſe in reſcripto in hac dictione ſpoliauerunt, hæc figura.o deerat cap.ex parte 11. eod.tit.de fide inſtr.

Quemadmodum nec propter raſuram paucarum literarum in loco non ſuſpecto reſcriptum non probatur falſum c.fi.de crimine falſi.

Se autem raſura eſt in loco ſuſpecto, reprobatur. cap. cum venerabilis. de religioſ. domibus.

Sed inſtrumentum non inſpectum non poteſt argui falſitatis, & cum periculum ſit priuilegium exhibere apud ſedem Apoſtolicā, iudex faciet exhiberi in iudicio, vel alio loco congruo, & ſecuro cap.4.de fide inſtr.

Et in priuilegio, in quo plura capitula continentur, & ſuper vno tantum quæſtio vertitur, ſtatutum eſt præſente iudice, vel aliquibus deputatis ab ipſo audiente priuilegium parte contraria tantummodo recitandum, ita tamen quòd ſolum capitulum, ſuper quo quæſtio vertitur, deſcribatur & auerſæ parti copia eius fiat, cap. contin-

contingit.5.ead.

Sed vlterius inſtrumentum authenticum facit loci conſuetudo. c.cum dilectus. §. ſuper tertio.eod.de fide inſtr.

Sed ſi inſtrumentum propter vetuſtatem, vel aliam iuſtam cauſam exemplari petatur, & præſentetur ordinario,vel delegato,& repererit in nulla parte vitiatum, ſi per publicam perſonam illud præcipiat exemplari, erit eiuſdem authoritatis cum originario,c.fi.de fid.inſtr.

Si verò notarius morte præuentus quædam non perfecerit inſtrumenta,quæ in nota redacta fuerãt ab eodem, ad petitionem eorum,ad quos pertinet, poteſt notarius authoritate iudicis ordinarii ea fideliter in publicam formam redigere habitura perpetuam firmitatem. cap.penult. eod. titul.

Cum autem aliqua decretalis extrauagans, de qua iudex merito dubitat, allegatur, ſi conſonat iuri communi, ſecũdum eam debet iudicari:quia nõ tam ipſius, quàm iuris communis authoritate procedere videatur;verum ſi iuri communi ſit deſona ſecundum ipſam non iudicet,ſed ſuperiorem conſulat ſuper ea. cap. paſtoralis. eod.

Quando autem inſtrumenta ſunt communia,licitè petuntur & ſi denegatur a iudice,licitè appellatur.c.G.perpetuus 12.de fid.inſtr.

Et ei, qui ſcripturas contrarias protulit in iudicio, imputatur, cum in ipſius fuerit poteſtate, quam voluerit non proferre. c.imputari.eod.tit.

Si cautio, id eſt ſcriptura quam proponitur indebite expoſitã, indeterminatè loquitur,actor tenetur oſtendere debitũ,quod continetur in ea.

Sed ſi cauſa expreſſa ſit confeſſioni factæ in eadem ſtatur, niſi probetur indebitè promiſſum fuiſſe.cap.ſi cautio.14.eod.de fide inſtr.

Vlterius quamuis contractus,puta venditionis ſimpliciter ſcriptus ſit, poterit teſtib. probari,venditionem conditionalẽ fuiſſe:quia & ſi ſit nouum capitulum,pendet tamen ex veteri,& probant teſtes,quamuis dixerint anni,menſis & diei,quo venditio facta fuit,minimè recordari,quando conſtat, venditionem vnicam tãtum fuiſſe.Et conſtare dicitur ſaltim, cũ vtraque pars a iudice interrogata fuiſſet in iure de vnica venditione. Nec obſtabit, quòd ipſa interrogatio facta fuiſſet,poſtquàm a partib. eſſet in cauſa concluſum. Cum iudex,qui vſque ad prolationẽ ſententiæ debet cuncta rimari, poſsit interrogare de facto, quoties aliquid dubitationis occurrit.cap.cum Ioannis. 10.de fide inſtrum.

Sed non ſolum in principio litis, ſed etiam vſque ad diffinitiuæ ſententiæ calculum, antequàm ſit in cauſa concluſum, poſsũt inſtrumenta produci,ca.cum dilectus.de fide inſtr.

Reus verò ſua inſtrumenta edere actori nõ tenetur: quia.Documenta, quæ contra reum faciunt, nulli licitum eſt petere in medium proferri.c.1.de probat.

Et ſingulares de vniuerſitate poſſunt ad cõmodum vniuerſitatis reprobare inſtrumentum, quod dicunt falsò confectum nomine uniuerſitatis.cap.tertio loco. de probatio.

Fines diœceſum probantur per libros antiquos,uel alio meliori modo, nec nõ per teſtes, famam,& quæcunque alia adminicula.c.cum cauſam.13.de proba.

Si autem allegatur extitiſſe inſtrumẽtum,& eſſe deperditum, contenta in ipſo poſſunt probari teſtibus, qui illud perlegerunt,ſi deponunt de tenore, & quòd erat ſine uitio.c.cum olim.de priuileg.

Nam ſimiliter, ubi ſententia diuortii non fuit in ſcriptis redacta, poteſt probari per teſtes,qui ſententiæ interfuere,& depoſitiones dictorum teſtium in ſcripturã publicam ſunt redigendæ. ca. Albericus. 43.de teſtib.

Item ſi debitum ſcriptum ſit, ſolutio per teſtes admittitur: vt perhibeant teſtimonium pro facienda ſolutione,aut pro memoria alicui iam factæ ſolutionis, & pro confeſsione eius,qui pecunias accepit. c. teſtes.§.ſi debitum 3.q.9. CALIX. PP.

Hæc autem inania & ex tranſitu perhibita teſtimonia non valẽt: vt ſi propter aliud quoddam opus adueniens audiuit aliquem

quem dicêtem,ſe accepiſſe ab aliquo aurum,aut debere alicui.d.c.teſtes.§.hęc autem inania.3.q.9.

Sed ſcriptura iudicis, ſi teſtium adminiculo non ſit fulcita, non obtinet eam firmitatem, quin poſsit, & debeat duorum, aut trium teſtium teſtimonia præualere c. cũ a nobis.28.de teſtib.

Ergo ſcriptura iudicis probat,donec de cõtrario appareat. Quemadmodum ſtatur literis ordinarii,donec probetur contrarium c.poſt ceſsionem,de probat.

Credebatur vlterius narratiuæ in literis Papæ in his, ſuper quibus gratia fundatur. clem.literis. de probar.

Sed hæc diſpoſitio aliqualiter mutata eſt in Concilio Lateranenſi ſub Leone X. in Decreto incipiente.Necnon conſtitutionem, ac diſpoſitum debere conſtare, & apparere per publica inſtrumẽta,vel documenta,alioquin tam in iudicio, quàm extra illud narratiuis, & aſſertionibus in præiudicium tertii minimè ſtari, nec ex illis alicui præiudicium afferri.

Priuata autem ſcriptura ſola non ſufficit ad probationem debitæ quantitatis.l.rationes. C.de probat. ex quo tex. admittunt Doct.quòd probat iunctis aliis adminiculis;vt per Iaſ.qui alios ciuiles & canoniſtas allegat,in l. admonendi. in repet. nu.120.ff.de iureiur.

DE POSITIONIBVS.

58 SED ſi cauſa non poſsit inſtrumentis inſtrui; poteſt recurſus haberi ad iuramentum,& in primis ad iuramentum credulitatis;circa quod inuentę ſunt poſitiones, quas longeuus vſus admiſit ad faciliorẽ expeditionem litium propter partiũ confeſsiones.clem.ſæpe.§.& quia. de verbor. ſignific.

Et in iſtis poſitionibus ſi reus, vel procurator poſt præſtitum iuramentum veritatis & calumniæ interrogatus,& iuſſus à iudice reſpondere abſque rationabili cauſa recuſet,ſuper iis,de quibus in iiſdem poſitionibus interrogatus extitit, pro confeſſo haberi debet.c.fi.de confeſſ.in 6.

Verùm ſi antequam rẽſpondere iuſſus fuerit,eum contumaciter abſentari contigerit; tunc pro confeſſo haberi non debet; ſed aliter eſt procedendum tanquàm cõtra contumacem d.c.fi.§.verùm ſi.

Facta publicatione ſuper poſitionibus diligenter actor inſpicit, an extet confeſsio legitimè ſuper controuerſia: quia ſi extat,partes iudicis ſunt,niſi in condemnãdo.l.proinde.§.fin.ff.ad l. Aquil.& c. præterea.de tranſ.& gl.in c.pen. circa finem. de confeſſ.

Sed confeſsio poteſt reuocari, ſi per errorem facta dicitur cap.fi. de confeſſ. dummodo ſtatim reuocetur talis confeſsio. cap.præterea,de teſtib.cogen.

Sed ſi poſt interuallum vult aliquis reuocare confeſsionem,non poterit proprio teſtimonio infirmare id, quod ſua voce dilucidè teſtatus eſt c.per tuas.in fi. de probat.& l.generaliter.C.de non numerata pecunia.

Quanuis autem reus poſitionibus reſpondere debeat,non tamen compellitur documenta,quæ penès ſe haberet,exhibere.c. 1.de proba. Niſi ſint communia.c. G.perpetuus.de fide inſtr.

59 Et ſi poſitionibus actor intentum habere non poteſt,ſi vult,proponet iuramentum; vt reus iuret ſuper intentione actoris:quia manifeſtæ turpitudinis eſt, & cõfeſsionis,nolle nec iurare, nec iuſiurandum referre.l.manifeſte. ff. de iureiuran. Nam in hoc iuramento, quod in iudicio à parte parti defertur, recuſari poteſt licitè, & referri cap. fin. §. quis quod. de iureiuran.

Sed non licet conuento famoſa actione iuramentum referre.d.c.pen.§. nec liceat.

De iuriſiurandi religione, quæ requirantur ad iurandum,de vero iurandi vſu, de iurandi origine, de illicitis iurationibus; qui falsò iurare dicantur, & de pœna huius legis tranſgreſſoribus inferenda, habetur in Compendio catechiſmi 3.parte in ſecunda ratione ſecundi præcepti.

DE TESTIBVS.

60 SED ceſſante etiam hoc remedio vltimo loco actor habet recurſum ad teſtes, quos

quos ſuper articulis, ſiue capitulis producit.

Circa quos teſtes placuit ſancto Concilio Maticen. vt teſtes non conducantur pretio, & vt aſſumantur in teſtimonio, quicunque ſint fideles & idonei, ac vt nullus teſtimonium dicat, niſi ieiunus cap. 1. de teſtib.

Item teſtes teſtimonium non ferant per quancunque ſcripturam: ſed præſentes de iis, quæ nouerint, & viderunt, veraciter teſtimonium proferant, nec dicãt de aliis cauſis, vel negociis teſtimonium, niſi ſub eorum præſentia acta eſſe noſcantur. c. teſtes. in prin. 3. q. 9.

Nec admittũtur teſtes, quos eodem tempore negocio non interfuiſſe conſtiterit. c. nihilominus. 3. q. 9.

Sed principaliter teſtes conſiderare debẽt, teſtem falſidicum tribus perſonis eſſe obnoxium primum DEO, cuius præſentiam contemnit, deinde iudici, cui mentiendo fallit, poſtremò innocenti, quem falſo teſtimonio lædit, & vtrunque reum eſſe, & qui veritatem occultat, & qui mẽdacium dicit, quia ille prodeſſe nõ vult, & iſte nocere deſiderat. cap. 1. de crimine falſi.

Nam & ex ſerie geſtorum teſtis ex ſuo nihil adiiciat: quia totam negotii fidẽ partis mendacio decolorat, nihil igitur etiã, quod bonum videtur, addendum eſt. c. pura & ſimplex. 3. q. 9.

Semper tamen admonendus eſt aduerſarius: vt ad audiendum teſtes veniat: quia ſi hoc omiſſum eſt, neceſſe eſt id, quod contra legem actum eſt, non habere firmitatem. c. 2. de teſtib.

Quia oppoſitio contra perſonas teſtium debet proponi, antequàm examinentur, nã tantummodo in aliquibus caſibus licitum eſt poſt depoſitionem facere oppoſitiones contra perſonas. Primus eſt, ſi iuramento affirmatur, quòd ad hoc ex malitia non proceditur. Secundus ſi ante depoſitionem fuerit proteſtatum. Tertius ſi aliquis oſtendere poſſit, quòd poſt publicationem didicit, quod obiicit in perſonam, c. in præſentium. 31. de teſtib.

Cæterum cum proteſtatur ante publicationem, non facilè creditur, ſi quid pro ipſo dixerit. d. c. præſentium.

61 Oppoſitiones contra perſonas teſtium plerunque ſunt, aut quia ſit hæreticus: quia non admittitur. cap. ſi hæreticus. & cap. ipſa pietas. 23. q. 4. aut ſit paganus. c. pagani. 2. q6. 7. aut ſit excommunicatus. cap. excommunicamus. §. credentes. de hæreticis. *Auguſt. & CAIVS PP.*

Sed dubitatur, quando teſtis poſt iuramentum ante depoſitionem excommunicatur, vel econtra, ſi tempore iuramenti eſt excommunicatus: ſed cum deponit abſolutus, quid agendum ſit.

Et in primo caſu Ioan. Andr. in cap. factum. de regul. iur. in 6. quem ſequitur Philipp. Franc. tenet, quòd non admittitur, in ſecundo diſtinguit, an ſit facta oppoſitio teſti vel ne. Nam ſi non eſt oppoſitio facta, valet eius dictum.

Repelluntur etiam teſtes domeſtici cap. in literis. de teſtib. Sed qui comprehendantur appellatione domeſtici. Spec. tractat in prima parte, titulo de teſte, verſ. Item excipitur, quòd eſt domeſticus, & ſimiliter repellitur, qui habet conſimilem cauſam c. perſonas. de teſtib.

Is, qui in prima inſtantia procurator fuit appellantis, in appellationis cauſa non recipitur in teſtem. c. fin. de teſtib. in 6.

Et generaliter quibus caſibus repellantur teſtes, plenè per Specul. dicto titulo de teſte, per totum.

Chriſtianus cõtra Iudæum in teſtem admittitur in omnibus cauſis: & excommunicati ſunt, qui voluerint Iudæos in hac parte præferre, cum oporteat eos ſubiacere chriſtianis, & ab eis pro ſola humanitate foueri. cap. iudæi. 21. de teſtib. Et in quantum ibi dicitur, quòd iudæi aduerſus chriſtianos teſtib. ſuis vti præſumant, intelligitur de facto, vt not. gloſſ. & Abb. in verbo præſumant. Ratio eſt: quia ideo Iudæi chriſtianos accuſare, vel in eos teſtificari non poſſunt: quia ſicut in fide Chriſti ſuſpecti ſunt, ita in teſtimonio humano dubii habentur. cap. non poteſt erga. 2. q. 7.

Et idem eſt de paganis, vel hæreticis. c. pagani. ea. 2. q. 7.

62 In cauſa tamen eccleſiæ prælati & clerici poſſunt teſtificari, dummodo vnus, vel duo ex illis ad agendum & reſpondendũ inſtituantur, & ii non admittantur cap. inſuper.6.de teſtibus.

63 Sed quia fuerunt opiniones, iurandum, & non iurandum eſſe, hæc materia tractatur amplè in cap. etſi Chriſtus.de iureiurando: & finaliter cõcluditur, religioſos etiam conuerſos deficientibus aliis teſtibus poſſe pro ſuo monaſterio perhibere teſtimonium ueritatis. d. cap. etſi Chriſtus.in fine.

Non tamen poſſunt eos producere in cauſis propriis abſque iuramento, niſi à partibus remittatur c.tuis quæſtionib. 39. & c.nuper.de teſtib.

Sed quando agitur de priuatione alicuius de beneficio, teſtes, qui examinantur, debent eſſe idonei, & oppoſitio contra perſonas debet admitti.

Et ſi denegetur, licitè appellatur, & facta priuatione per teſtes non idoneos presbyter debet reſtitui.cap.ex parte.7. de teſtibus, etiam quòd eſſent impetratæ literæ pro confirmatione ſententiæ priuatiuæ. c.7.§.mandamus.de teſtib.

Teſtes autem, contra quos crimina opponuntur, etſi non ſint conuicti, vel confeſſi, dummodo inde, ideſt ex oppoſitione conuincantur, non debent admitti in teſtimonium.c.ſuper eo.13.de teſtib.

Et teſtes ſimili morbo laborantes, ſi certum ſit, aut legitimè posſint conuinci, in teſtimonium non admittuntur, ca. perſonas. 20.de teſtib.

64 Item teſtis, cui opponitur crimen, reprobatur in criminali, & ciuili, ſi in ipſo crimine perſeuerat cap.teſtimonium.54.de teſtib.in princ.ſi verò ſit emendatus, & non comitetur infamia, non eſt repellendus in cauſa ciuili.

Nec etiam in criminali, quando ciuiliter agitur, ſed excipitur reatus periurii.d. c.teſtimonium.§.ſi verò.

Si autem inſtituta accuſatione contra aliquem de crimine, & conuictus extiterit, vel confeſſus, vel ſi per exceptionem exinde conuincatur, aut grauata ſit eius opinio pro eo, quòd aliquãdo tali modo repulſus fuit (quamuis in hoc caſu non excluderetur in cauſa ciuili) attamen in criminali cauſa (licet egerit pœnitentiam) poterit remoueri.d.cap. teſtimonium. §. in criminali.

Nec etiam accuſatus de crimine pendente accuſatione contra ipſum admittitur ad teſtificandum, niſi forte in exceptis caſibus; quia etiam repellitur ab accuſatione, niſi prius ſe probauerit innocentem. c.fi.de teſtib.

Quæ autem ſint crimina excepta, refert Abbas in d.cap.fin.numc.4.poſt Spec. in tit. de accuſ.in fi.& ſunt crimen læſæ maieſtatis, hæreſis, & crimen ſimoniæ.

65 Sed non repellitur teſtis, qui integer depoſuit, ſi contigerit poſt depoſitionem illum factum eſſe crimino ſum. Nec enim quod rectè ſemel factum eſt ex huiuſmodi euẽtu poſtea debet infirmari: cum culpandus non ſit, qui idoneum in teſtẽ pro ducit, ſi eundem aliquando futurum malum non diuinauit: vt decidit Spec.in tit. de teſte.§.1.verſic.quid ſi poſt datum.nume.27.& probatur.cap. factum.de regul. iur.in 6.

Teſtes autem diligenter examinari debent, & inquirendum eſt de ſingulis circunſtãtiis, de cauſis, perſonis, loco, tempore, viſu, auditu, ſcientia, credulitate, & fama, & cuncta plenè conſcribenda ſunt ca. cum cauſam. 37. de teſtib. & ipſorum teſtium multitudo eſt refrenanda, vt hincinde quadragenarium numerum nõ excedat. d.c.cum cauſam.§.volentes.

66 Sed quãuis teſtes hincinde recepti ſint, & eis ab vtraque parte renunciatum, & atteſtationes etiam publicatæ: attamen poſſunt teſtes recipi, ſi idonei ſint ſuper aliis capitulis, ſi quæ alia probanda fuerint ab his, ſuper quibus teſtes recepti ſunt.

Et eorum atteſtationes publicatæ, intelligẽdo alios capitulos, aut quòd ſint noui, aut quòd ſint ex veteribus, ſuper quibus non ſit examinatum, vel publicatæ atteſtationes non ſint, vt etiam dicit gloſſ.in verbo aliis.cap.cauſam.19.de teſtibus, & idem in cap.cum veniſſet.§. quæſtiones. 25.eod.tit.

Et procedit etiam in cauſa appellationis: cùm non minus in appellationib. quàm in principali cauſa ſubornatio ſit timenda.clem.2.de teſtib.

Si teſtes recipiuntur ſuper incidenti, & publicantur hoc non obſtante ab vtraque parte teſtes recipiendi ſunt ſuper toto negocio, quos vtraque pars duxerit producēdos, & cauſa tam ſuper principali, quā etiam incidenti eſt terminanda c.ueniēs. 38.de teſtib.

67 Et quia ea, quę in capitulo aguntur, non facile poſſunt, niſi per canonicos ipſos probari, ad cautelam abſoluuntur, vt vocari ad teſtimonium liberè poſſint pro vtraque parte teſtari d.cap.38.§.quia verò. & gloſſ.ibi in verbo canonicos, circa finem dicit, ad cautelam abſolui: quia dicebantur excommunicati poſt ſententiam, quando probare intenditur, quanti precii poſſeſſiones fuerint tempore vēditionis recipiendi ſunt teſtes, quos alter utra pars duxerit producendos: ſi autem pars vna ad vnum articulum produxerit aliquos teſtes, quos ad alium probādum produxit: nihilominus recipiendi ſunt: & exemplum eſt, ſi prius probaſſet exceſſum deceptionis, modò probare velit qualitatem valoris.cap.cum cauſam. 42. de teſtibus.

68 Teſtis iterum eſt examinandus, ſi ita confuſè locutus ſit, vt ex dictis eius non poſſit veritas declarari.cap.cum clamor. 53. de teſtibus.

Imò ſi teſtis non ſtudioſè, ſed in proferendo errauerit, & ſi incontinenti correxerit, reprobari non debet.ca. præterea. de teſtib.cogen.

Non tamen poſt publicationem, puta poſt tres menſes ad petitionem producentis iterato teſtes debent interrogari, niſi quando a principio ſuper certis capitulis interrogari poſtulaſſet, idque malitioſè, vel negligenter fuerit prætermiſſū c.per tuas.48.de teſtib.

69 Teſtes ſuper dilatoria tantum inducti ſuper principali non debent audiri, nec cogi teſtimonium dicere: quia deponerent non iurati.

Secus ſi inducentur ad peremptoriam probandam ab alterutra partium: quia ſi reliqua pars petierit ſuper principali eos etiam deponere, & vt cogantur ſuperto- to negocio ſacramento dicere veritatem, ad id ſunt ſine dubitatione cogendi: niſi forte ſufficiens productio teſtium ſuper principali iam facta fuerit, vel renunciatum teſtibus, vel depoſitiones teſtium fuerint publicatæ.cap. de teſtibus. 29. de teſtibus.

70 Si teſtes actoris & rei contraria deponant, ad multitudinem ſolum reſpicere non oportet, ſed ad teſtium qualitatem, quib. potius lux veritatis aſſiſtat, ex quibus motum animi ſui conuenit iudicem informare: ſi autem ſunt eiuſdem honeſtatis prefertur numerus ſi pars minor eſt præeminentiæ præferenda eſt maiori numero.ca.in noſtra 32.de teſtib.præferuntur etiā, qui aptiora negotio & vero proximiora deduxerint cap. licet cauſam. §. ex præmiſſis, de proba.

Ex atteſtationibus etiam in vno iudicio receptis ab aliis iudicibus cauſa terminatur ex eis.c.cauſam.x 1.de teſtib.

71 Et ſimiliter ſi tres arbitri proceſſiſſent in cauſa vt productis teſtibus, & depoſitionibus publicatis arbitrium proferre deberēt, & vnus mortuus ſit, & alius Archiepiſcopus electus fuerit diſtans à partibus per 12. dietas, arbitrium expirat: ſed cauſa delegata a ſede Apoſtolica ad inſtantiam vnius partis iuxta acta huiuſmodi terminari debet. Optione reſeruatā alteri parti, vt vel recipiat depoſitiones eorū teſtium productorum contra eos, qui ſuperſunt, vel eas reſpuens conſentiat: vt iidem teſtes examinati coram arbitris iterum admittantur. Saluo iure quod in vtroque caſu eidem parti competit tam in perſonas teſtium, quàm in dicta teſtiū c.præſentata.50.de teſtib.

72 Teſtes vlterius recipiuntur contra perſonas productorum ſuper principali negocio, quos partes duxerint producendos: ac etiam admittitur reprobatio iſtorum ab vna, vel vtraque parte; ita tamē, quòd non liceat partibus vltra aſpirare ad reprobationes teſtium, ne ſi producendi quartos contra tertios ac deinceps, licen-

tia tribueretur, negotium diutius protelari contingat c.licet.49.de teſtib.
Datur tamen in caſibus expreſſis ca. penul. eo. & aſsignato termino ad probandum vtrique parti, deberet inducere teſtes tã in perſonas teſtium, quàm ſuper negocio principali.c.licet cauſam.in princ.de probationib.
73 Sed exceptio, quòd teſtes corrupti falſa dixiſſent, poteſt opponi, nõ ſolu m ante; ſed etiam poſt ſententiam: facultate tamen alteri parte conceſſa reprobandi teſtes ſuper exceptione productos.d.cap.licet cauſam.§.poſt hoc.
74 Sed hæc exceptio non eſt probata probãdo ſolùm de corruptione teſtium, ſi de falſitate penitus nihil dicitur. d.cap. licet cauſam.§.ibidem quoque.

DE TESTIBVS COGENDIS.

75 VLTERIVS in cauſa ciuili teſtes monẽdi & inducendi ſunt ad teſtificandum, & ſi ſe ſubtrahunt odio, vel gratia, vel timore compelluntur cap. 1.& 3. de teſtibus cogendis.
76 Et ſi ſunt clerici, compelluntur pœna ſuſpicionis ab officio & beneficio, & ſi nec ſic venerint, debent formidare ſententiã excommunicationis, & depoſitionis, c.2.de teſtib.cogen.
Sed in cauſa laicorum clerici cogi non debent nunquamquàm.13.q.2.
77 Laici autem in criminali non admittuntur contra clericos, quemadmodum etiã repelluntur ab accuſatione, niſi proſequantur ſuam, vel ſuorum iniuriam, & hoc caſu admittuntur ad accuſandum tãtum.c.de cætero.14.de teſtib.
78 Teſtes etiam admonendi & compellendi ſunt in cauſa criminali cap.4. & 5.incipiunt, peruenit.de teſtib.cogend. Intelligendo tamen quò ad cap.4. quando malitioſè teſtes accuſatori ſubtrahuntur ab accuſato, & quò ad cap.quintum, quando querela eſt pro enormi & intolerabili iniuria facta a laicis clerico, & aliter probari non poteſt: quia iſtis ceſſantibus non coguntur teſtes deponere in criminalibus cap.dilectorum.10. de teſtib. cogend. Nam ibi dicitur, teſtes, qui fuerint nominati, cogatis veritati & teſtimonium perhibere, præterquàm ſuper criminibus.
79 Coguntur etiam teſtes deponere in cauſa ſuper conſanguinitate c.cæterum.6.de teſtib.cogen.
80 Ac ſimiliter ſuper electione, quando inquiritur tam de fama, quàm de falſitate electionis factæ à maiori & ſaniori parte capituli.c.ſuper his.8.eod.
Idem quando opponitur, falſas literas a Sede Apoſtolica reportatas c. cum contra. 9.de teſtib.cogen.
81 Ac ad detegendam veritatem coniurationis clericorum contra epiſcopum ſocii criminis cogũtur deponere, etiam iurati in coniuratione data abſolutione illis, quibus pars vti velit, cap.fin. eod. de teſtib.cogen.
82 Sed ſocius criminis in ſimonia facta nõ poteſt teſtificari in illo crimine, & ideo vnus teſtis cum illo ſocio criminis non ſufficit. Imò ſententia ex illa teſtificatione promulgata declaratur nulla. cap. veniens.de teſtib.
Mediatores tamen, per quos ſcœlus ſimoniæ plerunque committitur, ad teſtimonium contra ſcœleris eiuſdem auctores in deteſtationem criminis admittuntur, ſi nõ agatur criminaliter, ſed ciuiliter, & emolumentum exinde non fuerit aſſecutum.c.1.de teſtib.in 6.
83 Et quanuis ſint aliqui iuramento adſtricti, quod teſtimonium, conſilium, & auxilium contra aliquem non præberent; ſi poſtea fuerint examinati, & dubitetur, quòd non ſint dicta eorum publicanda; reſcriptum eſt, quòd ſi teſtibus renunciatum non eſt, non eſt poſtponendum recipere in teſtimonium iſtos ſit iuratos, ac alios idoneos, ſi neceſſe fuerit ca.inſinuauit.18.de teſtib.
Et quòd iuramentum non obſtet, habetur in cap.conſtitutis.45.§.illos autem. eod. de teſtibus: quia ibi dicitur. Ille oſtendit ſe iniquam cauſam fouere, & experiri debet iudicis auctoritatem eluſam, qui defenſionem ſubtrahit aduerſario.
84 Sed quãdo teſtimonium mulieris requiritur,

ritur, cum honeſtas ipſa, ac naturalis pudor prohibeat virorum cœtibus eas immiſceri, quacunque auctoritate teſtimonii fiendi cauſa, non poterit euocari, vel trahi in iudicium, ſed tabellio ad eam mittendus eſt.c.2. de iud.in 6.

85 Cum in iudicio finium regundorum utraque perſona vicem duorum habeat, hincinde teſtes induci poſſunt ad cognitionem iudicis inſtruendam: & ſi ambarum partium teſtes ſint æquè idonei poſſeſſoris teſtes præferuntur.cap.4.de probationib.

86 Sed in omnibus cauſis regulariter vltra tertiam productionem non producuntur teſtes, & ſuper dictis teſtium; cum fuerint publicata, poteſt diſputari.c.in cauſis.15.de teſtib.

Sed petita quarta productio conceditur, niſi iudices eam negauerint pro eo, quòd voluerint effrenatam multitudinem teſtium refrenare.c.ſignificauerunt.§.mandamus, de teſtib.

87 Sed publicatis atteſtationibus alii teſtes produci non poſſunt regulariter.clem.2. de teſtib.& hoc fallit in multis caſibus, vt no.gloſſ.in d. clem.2. in uerbo producere, vbi eſt additio, quæ allegat Anch.ponentem.13.caſus, in quibus licet ſuper eiſdem articulis teſtes recipere atteſtationibus publicatis.

88 Publicatis autem teſtibus, quando agitur de vſuris, ſi de ſortis quantitate non liquet, quanuis de obligatione pignoris conſtiterit, & iudici expedire uidebitur, quòd exigatur à partibus iuramentum de veritate dicenda; cum ex fama quaſi notorium ſit ex terra pignoris titulo obligata creditorem ſortem, & amplius percepiſſe, ne iuſtitia occultata uideatur defectu huiuſmodi iuramenti partes coguntur præſtare iuramentum ueritatis appellatione remota.c.ex literis. 32. de iureiurando.

89 Sanè ſi actor omnino in probatione defecerit, reus debet, etſi nihil præſtiterit, obtinere. Præſumptione verò faciente pro actore iuramentum deferri poteſt reo ad oſtendendam ſuam innocētiam; niſi iudex inſpectis perſonarum, & cauſæ circunſtantiis videat illud iuramentum actori eſſe deferendum.ca.fi.§. ſanè

90 de iureiur.

Et in cauſa appellationis non indiſtinctè ipſi appellanti (præſumptione faciēte pro eo) deferatur iuramentum, ſed tunc cum inſpectis perſonarum, & ipſius cauſæ circunſtantiis id fuerit faciendum.c.fi.§. neque, de teſtib.

Sed actor, qui plenè probauit intentionem ſuam inſtrumentis, aut teſtibus, nōn cogitur iurare, & reprobatur conſuetudo in hoc contraria.c.2.de probat.

91 In quantum autem paulò ſuperius dictū fuit, poſſe deferri iuramentum actori, eſt materia iuramenti dandi in ſupplementum probationis, de quo quando locus ſit, & quib.perſonis, & pro qua cauſa dari debeat, per gloſſ. & Abb. in d.cap.fin.§.ſanè, de iureiurando. Vbi etiam Abb.in vltimis verbis tenet, quòd iudex debet deferre, etiamſi pars non petat. Imò potius dari debere non petenti: quia minus eſt ſuſpectus; Et ſatis intelligitur dare petitus, cum in principio actor petierit ſibi ius & iuſtitiam impartiri, & iudex debet cuncta rimari, & modis omnibus laborare ad veritatem habendam, & ideo vſque ad ſententiam, etiam poſtquàm extitit in cauſa concluſum poteſt interrogari de facto, quoties dubitationis aliquid occurrerit c. cum Ioannes.§.non obſtante.de fid.inſtr.

92 Sed prohibitum eſt omne teſtimonium non modò in iudicio: ſed etiam extra iudicium, quòd alteri incommodum, aut detrimentum poſſit afferri. Vnde libido & conſuetudo alteri detrahendi reprehēditur, & multa genera mendaciorum narrantur, & de incommodis mēdaciorum, & de multis excuſationibus ipſorum, itē de officio iudicum, teſtium, aduocatorum, petitorum, & accuſatorum, hæc omnia habentur in Catechiſmo, ſiue in compendio tertia parte, circa præceptum octauum, videlicet, Nō loqueris cōtra proximum tuum falſum teſtimonium.

POST MATERIAM PROBATIONUM SEQUITUR DE SENtentia & re iudicata.

93 Et in primis ſententia contra leges, canonesve prolata licet non ſit appellatione ſuſpenſa, non poteſt ſubſiſtere ipſo iure. cap. 1. de ſenten. & re iud. Ea verò, quæ iuxta eccleſiaſticum morem, iuſtè & rationabiliter fuerint definita, ſententia eſſe Pont. roborentur cap. 4. de ſenten. & re iud.

Quando ſit contra leges, canonesve, habetur in c. ei qui 2. q. 6.

94 Si ſententia mandatur executioni, & fraus interuenit, non eſt facultas executori de toto negocio cognoſcendi, ſed deferri quæſtiones ad ſedem Apoſtolicã oportebit c. 5. eod. tit. de ſent. & re iud.

95 Sententia lata auctoritate falſorum inſtrumentorum non debet executioni mãdari, & quoties aliqua ſcripta ſub nomine Papæ videntur redarguenda falſitatis; nulla debet ei fides adhiberi, ſed is q̃ præſentauit, remittẽdus eſt ad Papam c. 2. de crim. falſ.

96 Rem autem adiudicatur poſſeſsio, non ſufficit illi dari pignus. c. 6. eo. tit. de ſent. & re iud.

97 Commiſſa cauſa appellatione remota, ſi ſententia fertur iniqua manifeſtè, nõ debet ei ſtari, ſed euacuari. cap. 9. eod. tit. de ſent. & re iud.

Caſſata nominatione epiſcopi & alia præpoſiti a Papa, qui mandat: vt tam epiſcopus, quàm aliæ perſonæ procederent ad ordinandum Archidiaconorum, & poſtea Papa de illo prouidit circumuentus: quia ſententia Romani Pontificis eũ aliquid fuerit ſurreptum, poteſt in melius commutari, præcipiendo mandatur plena concordia omnium, qui pręſentes fuerint, interueniente, ordinare curandum eſſe. c. cum olim. 12. de ſent. & re iud.

98 In controuerſia inter Abbatem Sancti Zenonis Veronenſis prætendentis Archipresbyterum & clericos Sancti Proculi debere ſibi ſubiectionem, ſi ſententia definitur, quòd vel Archipresbyter dimitteret eccleſiam, aut abbati obedientiam repromitteret, & non ſuſpenſa appellatione in rem tranſiuit iudicatam, etiam ſi cõtra ius litigatoris lata fuiſſet: cum contra ius conſtitutionis lata non fuerit; executioni mandatur cap. cùm inter uos. 13. de ſenten. & re iud.

Sententia diffinitiua licet proponatur lata contra formam mandati apoſtolici & pars nitatur atteſtationib. probare: quia tamen iudicis animus non ſemper ad vnam probationis ſpeciem inclinatur, & ipſa ſententia nihil continet iniquum, cumque iudici de communi partium aſſenſu fuerit cauſa commiſſa, & ab vtraq; parte poſt examinationem cauſæ fuerit requiſitus, vt ſententiam ferret: talis ſententia confirmatur. cap. cauſam, quæ 14. de ſent. & re iud.

99 Purgatione indicta clerico per ſententiam, & ad ipſius receptionem terminum competentem puta 20. dierum, vel amplius ſine contraditione recipienti, ſi ille veniens ad diem appellat non expreſſa cauſa appellationis, non admittitur: ſed non eſt locus purgationi & executioni ſententiæ, a cuius prolatione & purgatione iniuncta vltra decẽdium dicitur effluxiſſe. Vnde reſcriptum eſt, ſententiam tranſiſſe in rem iudicatam: quia non appellauit, & per interpretationem iuris videtur ſententiæ paruiſſe, nec retardatur executio ſententiæ, licet regulariter detur quadrimeſtre tempus: quia a ſedente poteſt arctari, & prorogati, & qui ab initio recipit terminum breuiorem, ſibi imputare debet: cum videatur beneficium amplioris contempſiſſe. c. quò ad conſultationem. 15. de ſenten. & re iud.

100 Si quis allegat ſe abſolutum a petitione de exſoluendis quinque modiis frumenti per annos ſingulos ſententia iudicis, & probare vult duorum teſtimonio, & teſtimonium quaſi nudè prolatum fuerit, cum nihil dixerint de cauſis, quæ mouere ſolent animum iudicis ad ſententiam proferendam. Conſultus Pont. reſcripſit: cum in plerìſque locis, in quibus copia prudentum habetur, id moris exiſtat, quòd omnia, quæ iudicem mouerẽt,

non

non exprimantur in ſententia proferentis.& ex depoſitionibus teſtium prędicto rum conſtiterit, ſententiam a iudice ſuo prolatam, præſumi debet omnia legitimè proceſsiſſe ca. ſicut nobis. 16. de ſent. & re iud.

Super controuerſia inter epiſcopum,& monaſterium. c. cum latæ fuiſſent pro epiſcopo diuerſæ ſententiæ: & querela Oneten. eccleſiæ introducta coram Pont. cū ex parte monaſterii nihil rationabile fuerit propoſitum, quare ſententia pro epiſcopo promulgata debuerit irritari. Pont.eam quantum ad monaſterium cō firmauit. Mandando, ſi appellatio pro Oneten.eccleſia rationabiliter fuerit interpoſita,& conſtiterit, nuncium deſtinatum fuiſſe ad eam proſequendam,executioni ſententiæ deferatur.Ne Oneten. eccleſia circa poſſeſsionem detrimentum incurrat: Alioquin mandatur executioni ſine præiudicio Oneten. eccleſia cum res inter alios acta tertio non præiudicent regulariter. cap. cum ſuper. 17. de ſent.& re iud.

101 Quę regulæ fallit in eo,qui cum ſibi primum de re aliqua actio,vel defenſio competebat,ſuſtinuit ſequentem agere,ac in illo etiam, qui paſſus eſt eum, à quo cauſam habuit,experiri:nam iſtis caſibus eſt præiudicium generatum.c.pen.eo.de ſenten.& re iud.

Bertholdus curiam,ad quam iuſpatronatus pertinebat P.pignori obligauit,& A.qui ſucceſsit P. aſſerens iuſpatronatus cū vniuerſitate tranſiſſe, D.præſentauit in vacante eccleſia patronatus iure exiſtente, qui etiam fuit inſtitutus,& habuit poſſeſſionem corporalem:ſed poſtea idem Bertoldus præſentauit epiſcopo.T.clericum, qui cum non admiſit. Vnde orta controuerſia inter dictos D.& T.lata fuit ſententia contra T. abſentem; qui aſſerens iuſtam cauſam abſentiæ appellationem interpoſuit.Et Pont.adiudicauit eccleſiam. T.a vero patrono præſentato: quia iudicem,qui pronunciauit pro.D. circumuētum fuiſſe inuenit,nam aſſerebat ſufficiēter probatum A. in poſſeſsionē iuris patronatus extitiſſe, quòd eſt falſum; cum aliud non ſit probatum,niſi P.& A.accepiſſe decem ſolidos, quos patronis eccleſiæ perſoluebat. Ac etiam iudex dixit. T.in probatione defeciſſe: & tamen ſufficienter probauit. Quare iudex non ſufficienter recipit cauſam inſtructam,qui unius tantum partis atteſtationes recipit cap. cum Bertholdus. 18. de ſenten. & re iudic.

102 In cauſis, quæ ſummi Pontifici iudicio deciduntur, & ordo iuris & vigor æquitatis eſt ſubtiliter ſeruandus:cum in ſimilibus cauſis cæteri ſimiliter teneantur iudicare. Niſi forte ex cauſa vtilitatis,& neceſsitatis diſpenſatiuè aliquid duxerit Pont.ſtatuendum.cap.in cauſis.19.eod.

In controuerſia de ſubiectione, ſi per confeſsionem partis aduerſæ conſtiterit,epiſcopum habuiſſe quaſi poſſeſsionem in monaſterio,decernitur, ipſum epiſcopū reſtituendum ad eandem. Sed ſi priuilegium libertatem monaſterii exprimebat mandatur, reſtitutionem poſſeſsionis fieri cum clauſula, ſi contra priuilegium aliquid rationabile obiiceretur, & probaretur: cum autem iudices cauſam Pont. remiſiſſent,& rationes epiſcopi efficaciores extiterint,ſubiectionem eidē epiſcopo adiudicauit.

103 Quantùm ad priuilegium, ſi fuit in iudicio præſentatum,& ſententia fertur cōtra illud,intelligitur reprobatum, ſi verò non fuit exhibitum prætextu priuilegii de nouo reperti, ſententia non debet retardari cap. ſuborta. 21. de ſenten. & re iudic.

Aliquibus canonicis abbatem accuſantib. de dilapidatione, periurio, ſimonia, & aliis.

Delegati iudices teſtes vtriuſque partis recipientes, ammouerunt Abbatem ab adminiſtratione per ſententiam, à qua extitit appellatum, & propoſitum eam eſſe reprobandam;tum quia iudices proceſſerint lite non conteſtata; tum etiam quia receperunt iuramenta conſpiratorum cōtra Abbatem: depoſitionibus verò minimè publicatis nec oſtenſis ad ſententiam procedere præſumpſerunt.

104 Sed quia de conſpiratione non fuit facta

cta plena fides, mandauit Pont. executoribus: vt ſe conſtiterit de conſpiratione, & iudices dicta eorum ſequentes tãtummodo (cum oppoſita per alios probata non eſſent) ſentẽtiam protulerint, vt ſententiam irritarent.

105 Si verò conſtaret etiam conſpiratores fuiſſe, & etiã aliqua depoſuerint de his, pro quibus abbas ammotus fuit: ea tamẽ erant per alios ſufficienter oſtenſa: proceſſum ipſorum iudicum confirmarent. Quia licet non debuerint admitti: iuramento tamen de veritate debent recipi: vt per ipſorum dicta ſuper aliis fides poſſit haberi, quæ Abbatem non contingebant, cap. cum T. & A. 22. de ſenten. & re iudic.

106 In actione iniuriarum condemnato aliquo in decem ſolidos, & timenti notari infamia Pontif. declarauit: quia nulla fuerit, vel minima facta iniuria, illũ per prædictam ſententiam non notari ca. cũ te. 23. de ſent. & re iud.

107 Duobus iudicibus diuerſas ſententias proferentibus: ſi ex iuriſdictione ordinaria proceſſerunt tenet pro reo non pro actore ſententia, niſi in cauſa fauorabili, puta matrimonio, libertate, dote, ſeu teſtamento, ſi pro ipſo fuerit promulgata.

108 Si verò ex delegata poteſtate vtraque ſententia pendet ex arbitrio delegantis, quòd ſi ex cõpromiſſo, neutra debet habere vigorem. c. ſi. de ſen. & re iud.

Caueant eccleſiaſtici iudices, & prudenter attendant, vt in cauſarum proceſsib. nil vendicet odium, vel fauor vſurpet, timor exulet: præmium aut expectatio præmii iuſtitiam non auertat. Si quis autem contra conſcientiam, & contra iuſtitiam in grauamen partis alterius in iudicio quic quàm fecerit per gratiam, vel per ſordes, ſit ſuſpenſus ab executione officii per annum, ac condemnatus ad æſtimationem litis parti, quàm læſerit, quòd ſi ſuſpenſione durante ingeſſerit ſe diuinis, irregularitatem incurrit, à qua niſi a Pont. poterit liberari ſaluis aliis conſtitutionibus, quæ iudicibus malè iudicantibus pœnas infligunt cap. 1. de ſent. & re iud. in 6.

Abbas petiit locum de Roſellis tanquam pertinentem ad ſuum monaſterium iure dominii, vel quaſi ex largitione Regis; quam legitimè non probauit. Vnde Card. Delegatus diligenter attendit intentionem ipſius actoris, non poſſe fundari ex his, quæ poſt litis conteſtationem accedunt: cum certæ cauſæ facta ſit mẽtio, videlicet donationis Regis, & ſic non prodeſt donatio facta poſt litem conteſtatam, partem aduerſam abſoluit. cap. 3. eod. in 6.

109 Sed ex illo tex. etiam deciditur, quòd ſi agit quis, vel petierit in genere nullius certæ, vel ſpecialis cauſæ faciens mentionẽ, videlicet quia generaliter forte propoſuit aliquem obnoxium eſſe ſibi, vel rem aliquam ad ſe iure dominii, vel quaſi pertinere: tunc eſt inſpiciendum, an cõſtet de intentione actoris etiam ex accidentibus poſt litis conteſtationem: quia ſi conſtet, poteſt & debet iudex (etiam ſi appareat minus iuſtè à principio fore actum) ſuum ex inde animum informare. Quoniam etſi petitum fuerit indebitè, nõ ob hoc tamen minus valuit iudicium ſubſecutum, nec acta propter hoc minus valida extiterunt. Nec etiam iudex ipſe cognita taliter veritate pronunciare in contrarium poſſet cum libera conſcientia & ſecura. Non prodeſſet etiam multum reo, ſi tunc abſolueretur, cum mox alio inſtituto iudicio foret meritò condemnandus. Vnde ſufficere debet actori ſuam intentionem fundaſſe ex ſuperuenienti cauſa; cum agit aliqua cauſa non expreſſa; quia iſto caſu non inſpicitur acceptí iudicii tempus. Et licet aliquibus curioſis (qui de iis, quæ non multum expediunt ſæpe diſputant) aliter forſan appareat: vtilius tamen videtur tali compẽdio negocia expediri, quàm per quandam exactam ſubtilitatem longo diſpendio prorogari: præſertim cum nonnulla pro vtilitate communi contra iuris aſperitatem ex æquitatis manſuetudine tolerari noſcantur. d. c. 3. §. ſecus. & §. ſed cum eſt. & §. & licet. de ſent. & re iud. in 6.

110 Cum ſcripta ſententia ab vno arbitrorum, vel Iudicum recitatur, habentur perinde, ac ſi ſimul eſſet ab omnibus recitata:

ta:oportet tamē,vt is, qui recitat, vtatur plurali numero,videlicet,nos tales iudices pronunciamus cap.cum ab vno.4. de ſent.&re iud.in 6.

In electionibus autem contrarium ſeruatur; quia (vt euidentius cenſeatur vnica & communis) eſt ab vno omnium vice pronunciatio per verba ſingularis numeri facienda.d.c.cum ab uno.§.licet.

111 Sententia diffinitiua poſtquàm ſcripta fuerit,debet a iudice recitari, non ab alio, aliàs nec nomen ſententiæ meretur habere, nec ab ea neceſſe eſt appellare: Epiſcopo tamen propter dignitatis prærogatiuam licebit ad inſtar illuſtriū perſonarum per alium recitare. cap. fin. de ſenten.& re iudic. At ſententia,quæ ſtando non ſedēdo profertur, nullius penitus eſt momenti.d.c.fi.§.fin.

112 In cauſis pecuniariis victus victori condemnari debet,niſi ſententiæ pro abſente feratur.cap.4.de pœnis. Sed expenſæ factæ in principali iudicio, in quo reus obtinuit,compenſantur cum expenſis appellationis,in qua ſuccubuit. Guid.Papæ ſingulari 90.

113 In clementina finali,de ſententia & re iudicata reprobatur ſententia Henrici VII.Imp. contra Robertum Siciliæ Regem ex pluribus cauſis.primò ex §. notorium,quia grandis exercitus aſsiſtēs Imper. Regem ipſum perſequebatur odio capitali, ac eodem odio Piſana ciuitas, vbi fuit lata ſententia,& ideo non debebat comparere. §. Eſto igitur, & §. nunquid. ſecundò citatio non arctauit; quia Rex fuit citatus extra diſtrictū Imperii. tertiò quia Pont. Regis ordinarius iudex non fuit requiſitus; vt citaret eūdem Regem ab Imperatoris iudicium, quartò quia licet Rex aliquas terras in feudū teneret ab Imperatore:non tamen in eis domicilium fouebat; & ſic in perſonam (niſi ratione terrarum) nullam ſuperioritatem habebat:quia & ſi illa,quæ contra Regem dicebantur, vera fuiſſent, non ad Imperatorem, ſed ad Pontificem cognitio pertinebat. Quare procedendo contra ſubditum Romanæ eccleſiæ propriæ terminos poteſtatis exceſsit in meſſem Pontificis mittens perperam ſuam falcem. §. cum etſi, & §. cæterum. Vt igitur memorata ſententia iuris caret effectu, ſic auctoritate,& nomine rei careat iudicatæ. Quare Clemens V. ex ſuperioritate, quam ad Imperium non eſt dubium habere,& poteſtate, in qua vacante Imperio ſuccedit:& nihilominus ex plenitudinis poteſtate cōceſſæ in perſona beati Petri à Chriſto Rege Regum,& Domino dominantium, declarauit ſentētiam, & proceſſus prędictos,& quicquid ex eis ſecutum eſt,vel occaſione ipſorum, irritos,& inanes,nullumque debere, aut debuiſſe ſortiri effectum §.vt igitur,& §.nec tamen colludentes in cauſa beneficiorum,vt compoſitio ſequatur, & ſaluatur annua penſio;vt onus tranſeat ad ſucceſſores,priuari debent beneficiis.cap.3. de colluſione detegenda.

Et concordium iuramento firmatum ſuper damnis nō extenditur ad expreſſas; quia expenſæ debentur. cap.in noſtra .8. de iniuriis.

QVANDO SENTENTIA NON TRANSIT IN REM IVDICATAM.

Lata ſententia regulariter tranſit in rem iudicatam poſt decem dies,de quo ſupra in cap.quò ad conſultationem,de ſent.& re iudic.

114 Sed excipiuntur aliqui caſus;& vnus eſt in cauſa matrimonii,de quo in c.tenor literarum,ſupra de ſenten.& re iud.

Item quando ſententia continet iniquitatē manifeſtam.c.lator præſentium.ſupra de ſent.& re iud.

DE RESTITVTIONE IN INTEGRVM.

115 Qvando verò in iure ſcripto iudex non poteſt audire partes; quia obſtat res iudicata,recurritur ad remedium reſtitutionis in integrum, quod conceditur a Sede Apoſtolica, quando docetur de iure ſuo aliquali læſione, vt per Rotam decis.384.alias 53.de appellat. in nouis; & Aegid.Belam.concluſione 38.Sed in cauſis

ſis beneficialibus conſueuit ſignatura Romanæ Curiæ eam concedere cum clauſula, dummodo conſtet de bono iure Oratoris, & parito iudicato, videlicet, ſi eſt poſſeſſor ille, qui petit reſtitutionem, dimittat poſſeſſionem, reſtituat fructus, & ſoluat expenſas, vt latè per Staphil. tracta. de literis gratiæ, & iuſtitiæ, in parte ſuper commiſsionibus. §. Dicendum. nu. 41. & 42.

Et per Octauianum Veſtrium in practica Romanæ Curiæ, li. 8. tit. de reſt. in integr. verſic. in hac reſtitutionis ſpecie, & verſ. alia verò clauſula.

Si autem ille, qui petet reſtitutionem, allegat paupertatem, conceditur etiam non reſtitutis fructibus, nec expenſis cũ clauſula, conſtito de Oratoris paupertate. Staphil. dicto loco nume. 48. & Aegidius concluſione 44. & Veſtrius eodem loco, verſi. quòd ſi is. Quæ practicæ adiuuatur ex tex. in c. ſi. de reſt. ſpol.

At ſi cauſa non ſit beneficialis, ſed ciuilis, quam vocant prophanam, non conſueuit ſignatura concedere reſtitutionem; ſed cauſam duntaxat committere iudicibus per hæc verba. Placet de reſtitutione prout de iure. Staph. dicto loco, num. 49. & Veſtrius dicto loco, verſi. quòd ſi non beneficiali. Et diriguntur literæ modò iudici a quo, modò iudici ad quem, ſecundum factorum contingentiam: Nam ſi peteretur reſtitutio in caſu, vbi nullo modo fuiſſet appellatum, eſſet petenda reſtitutio coram iudice a quo.

Quòd ſi appellaſſet, & eſſet poſtea deſerta appellatio, petenda eſſet a iudice ad quẽ: vt per Veſtrium eodẽ loco allegato, ver. quòd ſi appellatum.

Sed dubitatur, an ſit neceſſaria declaratio iudicis, videlicet reſtitutionem concedẽdam eſſe, vel ne. Et obſeruatio Dominorum de Rota eſt, quòd proceditur in cauſa appellationis, & vnica ſententia terminatur reſcindens & reſciſſorium. Nam admiſsio iudicis ſuper reſtitutione petita, eſt ipſa reſtitutio, vt per Caſsiadorum Deciſione prima, vt lite pendente, latè per Ioannem Ferrarii tract. de appell. lib. 4. cap. 9. nu. 20. & ſeq.

DE REST. IN INTEGRVM EX ALIA CAVSA.

116 Sed non ſolum eſt remedium reſtitutionis ad appellandum, ſed etiam generale in multis caſibus.

Vnus eſt ſi eccleſia manifeſtè ſit læſa de poſſeſsionibus laicis ſub modico cenſu conceſſis: quia epiſcopo non licet eccleſiæ conditionem facere deteriorem, & eccleſia iure minoris debet ſemper illæſa ſeruari, reuocatur, quod factũ eſt: vt ad poſſeſſionem ſuam redeat: prouiſo tamen, vt conductor non defraudetur in ſumptibus & labore, quib. reddiderit meliorem c. 1. de reſt. in integr.

Item prætendente epiſcopo ſe vſum fuiſſe poſſeſsione ſubiectionis monaſterii inconcuſsè ſuper electione fienda a iudicibus apoſtolicis mandatum fuit monacis: vt ſindicum eligerent, qui ageret & reſponderet in cauſa monaſterii, nec aliquem eligerent in Abbatem, donec plenius cognoſceretur de iure ipſius epiſcopi. Sed monaci elegerunt quidem ſindicum, ſed etiam præſumpſerunt eligere Abbatem. Quare epiſcopus petiit eam electionem caſſari, prout iudices caſſauerunt. In confirmatione autem fuit reſpõſum, monaſterium prædictum pertinere ad Romanam eccleſiam, & Pont. viſis priuilegiis de hoc reſtituit monacos ad audientiam, non obſtãte quòd procurator negligenter omiſiſſet hæc priuilegia allegare in damnum tam Rom. Pont. quàm monaſterii. Electio autem facta pendente controuerſia nec confirmata fuit, nec infirmata. c. 2. de in integr. reſtit.

Item prætendente Abbate tanto tempore pleno iure poſſediſſe eccleſias: vt videatur in eis ius epiſcopale legitimè præſcripſiſſe; cum ex aduerſo diceretur ſubducto tempore vacationis præſcriptionem non eſſe completam, licet utrinque ſit in cauſa concluſum; quia tamen utraque pars probationem omiſit, & utraque eccleſia utatur iure minoris, uoluit Pont. utranque eſſe reſtitutam contra reliquã ad probandum, ne alterutra pars propter

pter huiuſmodi negligētiam grani iactura lædātur.c.3.de in integ.reſt.

Item in ſententia diuortii lata a delegatis Apoſtolicis, quæ etiam fuit confirmata a iudice appellationis: ſi patet puellæ aſſerens proprio iuramento filiam ad iudicem appellationis non veniſſe: quia falſæ literæ ſub nomine Abbatis iudicis præſentatæ fuere, quibus mandabatur: vt die præfixa non veniret, ſed poſt octo dies, & hac de cauſa ad ſedē appellaſſe, & ſupplicauerit Pont. licet de fraude allegata non plenè probatum ſit, in fauorem tamen matrimonii de benignitate canonica contra fraudem propoſitam ſupplicationem admiſit, & ad audientiam reſtituit eam puellam pro matrimonio poſtulantem, ac mandatum, vt iudices in cauſa prioris appellationis procedentes ordine iudiciario confirmarēt vel infirmarent ſententiam a primis iudicibus promulgatam.c.4.de in integr.reſt.

Item eccleſia ſi enormiter læditur ſententia etiam Papæ, & petit beneficium reſtitutionis, videtur danda: tum quia ſucceſſor Celeſtinus, ea ſententia non obſtante, committendo negocium, videtur beneficium reſtitucionis indulſiſſe; tum etiam quia ſententia Romani Pontifici, poteſt in melius commutari, cum ſubreptum, aut erratum fuerit. Tandem deliberatio Innocen. III. in hoc recedit: vt an data ſit reſtitutio a Celeſtino, an danda contra præmiſſam ſententiam partibus præſentibus decernatur, quarum aſſertione merita cauſarum pandantur. cap. 5. eod.titul.

Si ſuper diuerſis articulis inter epiſcopum, & monaſterium lata ſententia pro epiſcopo, procurator monaſterii beneficium reſtitutionis in integrum poſtulauerit ad probandam præſcriptionem, tam ſuper articulis prænotatis, quàm etiam ſuper quibuſdam decimis. Reſtitutio indulta fuit, ſed ne per excogitatam malitiam (ſicut ex præſumptionibus pluribus videbatur) effectum ſententiæ in damnum epiſcopi contingat impediri, & monaſteriū propter ipſas ſuſpiciones diuerſas ex ſententiæ executione detrimentum patiatur, ſententia fuit executa cum fideiuſſione Epiſcopi in caſu ſuccumbentiæ, de reſtituendis vniuerſis, quę medio tempore perceperit occaſione executionis ſententiæ.c.6.de in integr.reſt.

Sed eccleſia, quæ ad retractandam ſententiam, vel contractum per beneficium reſtitutionis in integrum poſtulat ſe admitti, ſi quadriennii ſpacium poſt ſit lapſum, & negligenter omiſerit, non eſt admittēda, niſi præuaricationis, vel fraudis manifeſtè probetur interueniſſe commētum, aut aliqua cauſa rationabilis hoc ſuadeat.cap.1.de reſt.in integr.in 6.

Quod etiā procedit, ſi petitur reſtitutio aduerſus cōfeſſionem in iudicio à ſe factā, vbi verò per viam communem reuocationis erroris, quem in facto prætendit, vult aduerſus ſuam confeſſionem eccleſia ſe iuuare, hoc quandoque poterit, donec negotium ſit finitum.c.2. de reſtit. in integ.lib.6.

Ac ſimiliter eccleſia poſt peremptorium terminum non auditur de iure communi; ſed ſuccurritur ei per beneficium reſtitutionis in integrum cap.coram 7.de reſtit. in integr.

Alius caſus eſt de duobus fratribus prætendentibus tempore minoris ætatis ſuaſione patris conſenſiſſe venditioni patris quorūdam poſſeſſionum cum patre communium, & ſupplicarunt pronunciari uēditionem nullam, vel cum ſint intrà tempus ad obtinēdum beneficium reſtitutionis in integrum, ac etiam competat ipſis ius offerendi precium emptoribus tanquàm proximioribus ex ſtatuto municipii, reſtitutio conceditur, cum ſint non modicè læſi. Vnde mandatur, ſi præmiſſa veritate nitātur venditionem nullam nūciari, ſi iuris ſolemnitas eſt omiſſa, vel ſi forſitan interuenerit, & eos læſos eſſe conſtiterit Apoſtolica auctoritate reſtituendos eſſe. cap.8. de in integrum reſt.

Cauſa autem reſtitutionis in integrum poſtulanda eſt coram iudicibus ordinariis adminiſtrationem habentibus, vel delegatis ab eis, & ab eis tractari poterit, & ſi nisi, ſiue ipſis ſpecialiter ſit commiſſa, ſiue incidat in cauſa generaliter commiſſa:

ſa: ab ordinario verò adminiſtrationem non habente, vel à delegato peti non debet, niſi veniat incidēter in cauſa. c. pen. de in integr. reſtit.

Beneficio reſtitutionis in integrum eccleſiæ in alio iudicio denegato, reſtitutio (præterquàm ad appellationem omiſſam) uidetur eidem eccleſiæ poſſe denegari, niſi nouis defenſionib. ad huiuſmodi beneficium ſit admittenda. cap. fin. de in integ. reſtit.

DE ARBITRIS.

117 SED quia ſententia profertur etiā ab arbitris, nec locus fuit vſque adhuc de ipſis tractare, hæc materia nunc ſequetur.

Arbitri dicūtur, qui nullam poteſtatem habentes conſenſu litigantium in iudices eliguntur, ut eorum ſententiæ ſtetur cap. a iudicibus, ver. arbitrarii 2. q. 6. & procedit hoc etiam, quòd ſit iudex ordinarius, vel delegatus. d. c. a iudicib. in prin.

Eligitur aut unus arbiter, aut tres, ut ſi tres ſint electi, partes aut omnium ſequantur ſententiam, aut duorum. c. 1. de arbitr.

Et ſi ex tribus arbitris te duo in decem, & tertius in quinque condemnent, debet ſententia præualere duorum, licet cum vnus in quindecim, alius in decem, tertius verò in quinque pronunciant, illius qui dixit de ſumma minori (cū in illa eos concordes exiſtant) ſententia efficax ſit. c. 1. eod. in 6.

Quando autem ex tribus arbitris vnus nolit intereſſe negocio ceſſante impedimēto legitimo, duo procedere poſſunt liberè, & diffinitè, malitioſa, ſeu voluntaria illius abſentia nō obſtante, ſicut poſſent illo præſente, & non volente in unam ſententiam concordare. cap. 2. de arb. in 6.

Sed multi excluduntur ab officio; nam ſeruus non poteſt eſſe arbiter, l. Pedius. §. in ſeruum. ff. de arb.

Monacus ſimiliter prohibetur, de quo per Cardin. Zabarel. in clemen. 2. de reſcript. qō. 19. & 20. Ratio eſt: quia ad hos quies, oratio, & manuum labor, non cauſarum ſpectat cognitio. cap. in præſentia, & cap. monaci. 16. quæſt. 1. & cap. nunquàm, de conſecr. diſt. 5.

Prohibentur etiam hæretici. l. quoniam. c. de hæreticis.

Et excommunicati. cap. ad probandum, de re iudicata, & cap. cum excommunicato. 11. q. 3.

Ac alii prohibentur, de quibus per Ioan. Bap. Peruſ. in tract. de arb. li. 4. c. 9.

Fuit factum compromiſſum in Reginam Francorum, & ipſa arbitrium promulgauit, & Innocen. III. reſcripſit, arbitrium, ſicut prouidè latum eſt, & ab utraque parte receptum, compellendas partes ad illud obſeruandam appellatione poſtpoſita: quia in Gallia præcellentes fœminæ in ſubditos ſuos ordinariam iuriſdictionem habent ex conſuetudine approbata, quæ pro lege habetur, non obſtantibus regulis iuris ciuilis. cap. dilecti. 4. de arbitr.

Epiſcopus autem, & presbyteri ſæculares poſſunt eſſe arbitri; quia eſt officium charitatis, Io. Bap. Peruſ. in d. tract. de arbitr. lib. 4. cap. 4.

Laicus verò de rē ſpirituali arbiter non aſſumitur. cap. contingit. 8. de arb.

Sed ſi à duobus laicis, & uno clerico ſententia profertur, valet dicta ſententia. c. per tuas. 9. in fi. de arb.

Sed arbiter aſſumptus in patrimoniali cauſa clerici non poteſt decimam eccleſiæ adiudicare poſſidendam etiam ad uitam clerici; quia poſſet eſſe pernitioſum eccleſiæ. c. peruenit. 3. de arb.

Et in cauſa reſtitutionis in integrum matrimonii, liberalis, vel criminalis arbiter nequit aſſummi. c. fi. circa fi. de in integr. reſtitutione.

Nec compromiſſum valet contra libertatē monaſterii; quia ſine licentia Ro. Pōt. renunciare priuilegiis libertatis nō poſſit. c. cum tempore. 5. de arb.

Arbitri verò iudicare non poſſunt, niſi de his tantum, ſuper quibus in eos extiterit compromiſſum. cap. cum dilectè. 6. de arbitris.

Et qui per arbitrum tenetur eligere Rectorem hoſpitalis cum conſilio familię, alio modo eligere non poteſt, ſed habito cōſilio, & tractatu liberè poteſt eligere duntaxat

taxat idoneum,ſiue cōcordet, ſiue diſcordet familia.c.cum olim 7.de arb.

Item arbiter aſſumptus ſuper diſcordiis exortis poſtrem iudicatam non poteſt per ſuum arbitrium ſententiam immutare, etiam ſi ad componendum inter partes mandatum acceperit a Papa cap.expoſita.x1.de arb.

Sed non valet compromiſſum in duos hoc adiecto,vt in caſu diſcordiæ iidem arbitri tertium adderent,cum legali prouiſio ne ſtatutum ſit, compromiſſum de incerta perſona in arbitrum aſſumenda non ualere.cap.innotuit,12.eod. legalis prouiſio eſt, in Litem ſi vnus. §. ſi in duos. ff. de arbitr.

Valet tamen cōpromiſſum ſub pœna,quòd arbitrio,ſeu ordinationi arbitri ſtabitur, vel duorum mediatorum, quos iidem ſu per hoc deputent,præciſè parerent. c.cū à nobis.13.de arb.

Mandat Papa presbyterum abſolui à iuramento,quo exulans,& paupertate deten tus ſe aſtrinxit arbitrium duorū clericorum ſuſcipere,& ſeruare ſi illi clerici cognouerint ſe nequiter arbitratos, vel ſi arbitrium ſit æquitate ſubnixum vtranque partem compellendam appellatione ceſſante ad obſeruantiā arbitrii. c. nō ſiue.2.de arb.

Finiuntur arbitria lapſu temporis.c. de cauſis,de offic.deleg.

Deinde prælatione ſententiæ.l. quod tamē. ff.de arb.

Tertiò morte arbitri.

Item morte litigatoris; quia compromiſſum non extenditur in compromittentis hæredes,ſi de ipſis ibidem non caueatur c.fi.de arb.

Electis duobus H. & C. & orta controuerſia compromiſerunt in epiſcopum ordinarium,& ſublato de medio H.Canonici B. elegerunt; reſcripſit Papa, quòd licet arbitrium ſit finitum mortuo H. prius cognoſcendum de primæ electionis meritis, quàm proceſſus fieret de ſecunda: nam ſi dictus cap.ſuperſtes ius habet, ſecunda electio non valet.cap.ex parte 10. de arbitr.

DE APPELLATIONIBVS.

118 Appellatvr aut extraiudicialiter, aut in iudicio; extraiudicialiter,quando aliquis appellat ante litis ingreſſum ab aliquo grauamine,vt puta, ab electionibus,poſtulationibus,& ſimilibus, de qua in c.concertatio ni,de appell.in 6.

119 In iudicio appellatur aut ante ſententiam,aut poſt ſententiam: de quibus in c. cum ſit Romana,in prin.5.de appell.

120 Et in hac appellatione ante ſententiam debet appellans cauſam in ſcriptis allegare,& Apoſtolos petere,& ſibi a iudice exhiberi.c.1.in prin.de appell.in 6.

Et rationabilis cauſa debet eſſe, & non poteſt exequi niſi expreſſa, clemen. unica, de appell.

Sed valet appellatio in ſcriptis porrecta licet coram iudice non legatur.c. appellatio.9.de appell.in 6.

Petendi autem ſunt intra triginta dies, & petenti intra dictum tempus a iudice exhiberi debent, aliàs præſumitur appellationi ſuæ renunciaſſe, etiam ſi vadat, aut mittat ad appellationem proſequendam cap.ab eo.6.de appell. in 6.& clem. quan uis.§. uerum,de appell. Et ſimiliter ſi iudex reſponderit, ſe daturum intra iuris terminum, ſi appellans intra dictum terminum congruo loco,& tempore inſtan ter & ſæpius ſaltem uno contextu non pe tat,renunciaſſe appellationi intelligitur. d.clemen.quanuis.§.ſimiliter. Quia quāuis rigor iuris expoſcat, eum, qui appellat, debere Apoſtolos petere congruo loco & tempore ſæpius & inſtantius:tamen ſufficit ſimul vno contextu inſtanter & ſæpius poſtulare. d. clemen. quamuis. in princip.

Apoſtoli autem ſunt requirendi vt ſuper appellatione,ac eius cauſa inſtructio facilior in proceſſu habeatur.c.vt ſuper.4. de appell.in 6.

Si verò iudex non exhibuerit,ex tūc,ſi forte procedat (niſi appellationi renunciatum fuerit) inualidus & irritus ſit proceſſus.d.c.4.§.ſi verò.

Si autem negligit dare, ex tunc appellans proſe-

proſequi poteſt appellationem, ac ſi expreſsè Apoſtoli denegati fuiſſent. d. cle. quanuis. §. quòd ſi iudex. de appell.

Si autem negetur per appellationem negocium deuolutum, nõ inhibebit iudex appellationis, iudicem principalis cauſæ procedere, niſi prius de deuolutione conſtiterit cap. Romana, §. ſi verò de appell. in ſexto.

Quod ſi obiiciatur, non ex legitima cauſa appellatum eſſe, iudex ſuperior inferiori inhibere non poteſt, antequàm recipiat appellationem. d. cap. Romana §. quòd ſi obiiciatur.

Et in appellatione clericorum à ſententia epiſcopi iudex ad quem non ante appellationem admittet, quàm ſibi conſtiterit eam vel grauamine, vel iniuſta condemnatione porrectam, alioquin appellantes remittit ad epiſcopum appellatione remota eius arbitrio parituros. c. cum in eccleſia. 38. de appell.

Sed iudex a quo citare non poteſt appellantem ad probandam cauſam, ſed bene poteſt citare ad videndum reuocari grauamẽ, quo facto in negocio principali procedere poteſt. c. ſi a iudice. de appellat. in ſexto.

Sed cum appellationibus friuolis nec iuſtitia deferat, nec ſit a iudice deferendum ſuperior de ipſa cognoſcens cauſam ad priorem iudicem ſine difficultate remittat, eadem die cõdemnationem, faciens expenſarum. cap. cum appellationibus.. 5. de appell. in 6.

Si verò iudex inferior admittat appellationem, licet tam appellatio, quàm ipſius iudicis delatio, ſiue admiſsio à ſuperiore valeat refutari; quia tamen iudex ipſe inferior quantum in ſe fuit, à ſe iuriſdictionem, abdicauit appellationi deferens minus iuſtè: quia videlicet eſſet friuola, totius cauſæ deciſio in ſuperioris eſt poteſtate transfuſa, nec eſt illi cauſa de neceſsitate vlterius remittenda, d. cap. cum appellationibus. §. ſi verò iudex. de appellat. in 6.

Debet tamen appellans allegare talem cauſam, quæ ſi eſſet vera, reputaretur legitima, de qua materia in cap. vt debitus honor. 59. & cap. cum ſpeciali. §. porrò, 61. de appellat.

Sed quia eadem materia in Concilio habetur Seſſ. 13. c. 1. hic non repeto.

Sed non ſufficit probare ex allegata cauſa appellaſſe, ſi nõ probetur apud iudicem ad quem eſſe veram, niſi non fuiſſet admiſſus a iudice a quo, dum ſe offerebat probaturum. cap. interpoſita 70. in prin. de appellatio. nam appellanti ab interlocutoria vel à grauamine iudicis non licet alias cauſas proſequi, quàm in appellatione ſua nominatim duntaxat expreſſas: nec proceſſus primi iudicis ex nouis, aut de nouo probandis iuſtificari poteſt, vel etiam impugnari, ſed tantum ex illis, quæ acta fuerunt, vel exhibita coram ipſo clem. appellanti. 5. de appell.

Et in dubitatione, an noui teſtes recipiendi ſint ſuper quęſtione iudicata, in qua teſtibus renunciatum conſtet vtrinque, & an receptis teſtibus in prima inſtantia poſſit proponi aliquid noui ſuper quæſtionibus iudicatis propter cauſam appellationis. Reſcriptum eſt, quòd ſi in appellationis cauſa noua cõtingerint emergere capitula, ſuper nouis duntaxat capitulis teſtes poſsint recipi, vel per iam receptos teſtes aliquid comprobare receptis iuramentis teſtium ſecundum formam ſolitam, quam declarat glo. ibidem in verbo iuramentis cap. fraternitatis. 17. de teſtib.

121 At ſi iudex, a quo eſt appellatum a grauamine, interlocutoriam reuocat, liberè poteſt in cauſa cognitione procedere, dummodo nõ ſit ex alia cauſa ſuſpectus, ne proceſſus negocii occaſione friuola retardetur c. cum ceſſante. 60. de appell.

122 Item ſi quis appellauit, & cognitio cauſæ non eſt delegata ad petitionem eiuſdem appellantis, ad eum, a quo appellauit, de iure remittitur contradictione alterius partis non obſtante: condemnandus tamen eſt in expenſis aduerſario. d. c. interpoſita. §. ille denique. de appell.

123 Cauſam autem appellationis extraiudicialis, ſicut iudicialis intra annum a die interpoſitionis, vel a die illati grauaminis, vbi de futuro grauamine appellatur proſe-

proſequi & finire tenetur appellans. Quòd ſi iuſto impedimento ceſſante nõ fecerit, eius appellatio erit deſerta clem. 3. de appell.

Sed ſi tractabitur de compromiſſo, tempus ad proſequendam appellationem ab homine, vel à iure præfixum non currit, niſi iudex videns ex dilatione periculum præciperet in illa procedi clemen. 4. de appellat.

Appellatio generalis interpoſita ſuper omni cauſa, quæ aduerſus eum aliquo tempore poſſit moueri, non eſt admittenda. ca. 2. de appell. idem in cap. conſuluit 18. de appell.

Si verò ſit interpoſita ab aliquo iudice ſup omni grauamine, quod in una cauſa ſibi poſſit inferri, quãuis ſit generalis, appellatio debet à iudice admitti. d. cap. conſuluit. §. ſi verò. de appell.

124 Si appellans renunciat appellationi, & redit ad iudicem à quo, & iterum prætẽdit grauamen, non obſtante prima deſertione poteſt iterum appellare; præſertim cum ad ſeparationem matrimonii, quod eſt res fauorabilis, intẽtio aduerſarii procedat, c. directæ 39. de appell.

125 Citatus ad illos iudices, ad quorũ præſentiam periculoſum eſt ire, liberè poteſt appellare, etiam ſi in reſcripto appellationis remedium ſit interclusum, niſi iudices aſsignent locum idoneum & ſecurum cap. ex parte 47. de appell.

Licitè appellat reus, ſi auditur excipiens, procuratorem actoris non habere ſufficiens mandatum, vel ſi prius conuentus per alias literas, de quibus non ſit mentio in ſecundis, & ſi ob prædictas cauſas, vel eorum aliquam conſtiterit fuiſſe appellatum, reuocatur in irritum, quicquid poſt appellationem contigerit eſſe factum. cap. ſignificauit. 48. de appell.

Licitè etiam appellant rei, ſi non audiantur petentes declarari: vt cum plures terras habeant, terra illa, ſuper qua erat quæſtio, oſtendatur eiſdem c. ſignificantibus. 49. de appell.

Licitè etiam appellatur, ſi lite incœpta contra matrem tutricem filiorum pendente iudicio tranſiuit ad ſecunda vota; & ſi actor prætendit proſequi contra eandem irritum declaratur, quicquid actum eſt. c. ex parte 67. de appell.

Si appellans appellationi ſuæ prolixum terminum ſi præfixerit iudex à quo, debet aſſignari terminus, intra quem Apoſtolicam ſedem conuenire poſſit, ſed & ſi ſibi præfigat terminum congruentem, & in vtroque caſu appellationem non proſequatur, ſententiæ Epiſcopi ſtare compellitur. c. perſonas. 4. de appell.

126 Appellans habet annum ad proſequẽdam appellationem, aut ex neceſſaria & euidenti cauſa biennium, niſi iudex a quo ſecundum locorum diſtantiam, & perſonarum, & negocii qualitatem reciſius tempus fuerit moderatus.

Etſi intra id tempus nõ proſequitur, ſi poſt ſententiam diffinitiuam appellauit, manet ſententia, & à cauſa ſua cecidiſſe videbitur, nec amplius appellãs audiretur ſuper eodem negocio.

Si autem ante ſententiam, quis appellauerit, cogitur illius ſtare iudicio, ad quem noſcitur appellaſſe. cap. cum ſit Romana. 5. de appell.

127 Si autem per impotentiam conſtiterit partem appellantẽ omiſiſſe, noluit Pont. præiudicium ueritati generari. c. ex ratione. 8. de appell.

Et cum interpoſita appellatio malitioſè recepta, vel approbata non fuerit, cum conſtiterit legitimè prouocatum eſſe, ſuas vires habebit ſaluis conſtitutionibus de termino appellationis proſequendę præfingendo. cap. ſæpe contingit. §. quòd ſi forſitan. 44. de appell.

Item iuſtus metus excuſat non ſolum ſi non proſequitur, ſed etiam ſi non appellat, qui habetur pro appellante, dummodo intra tempus, quo licitè prouocatur coram iudice à quo appellaſſe voluerit, vel ſi copiam ipſius habere nequiuerit, in præſentia bonorum uirorum, cõteſtatione ſuper hoc propoſita cauſas appellationis duxerit exprimendas. cap. finali, de appellatio.

Habetur etiam ex illo textu in cap. cum ſit Romana poſſe appellari à grauamine; quoniam paſſim permittitur appellatio;

& idem in c.ſuper eo.12.eod.

Sed iſta facultas eſt reſtricta à Concilio Tridentino in Seſſ.24.de refor.c.20.& a Regul. Cancellariæ.

128 Item ſi raptor ſit, vel violentus detêtor rei alienæ, qui appellat, auditur in foro eccleſiaſtico; niſi fortè manifeſtus raptor vel fornicator exiſtat, ſicut ille, quem Apoſtolus Paulus 2. Corint.c.5. abſentem & irrequiſitum excommunicauit. d.c. cū ſit Romana.§.præterea.

Si de aliqua exceptione quæſtio oriatur, & exinde appellationem fieri contingat, ei dem exceptioni erit meritò ſuperſedendum, ſed ſi principalis cauſa ſine illa terminari nō poterit, ei nihilominus ſuperſedeatur, c.ſuper eo.10.de appell.

Si autem pars aduerſa, de falſi ſuggeſtione in appellatione prorupit non eſt ſentētia ſuper hoc differenda.d.c.ſuper eo; §. ſi autem.de appell.

Item appellantibus pro cauſis minimis, & pro quacunque leui cauſa non minus quàm ſi pro maioribus fierent, eſt differēdum c.de appellationib.x 1.de appell.

129 In cauſis eccleſiaſticis, vbi appellationis remedium tollitur, ſicut appellationi ita recuſationi, non eſt aliquatenus deferendum.c.ſuper eo.12.eod.

Si autem intra certum tempus lis decidēda committitur, ex tuam terminus incipit currere cum iudices cōntingerit literas recepiſſe.d.c.ſuper eo.§.fin.

Cum clerici conqueruntur ſe vulneratos, aut aliàs eſſe læſos, & illi, qui impetuntur, apoſtolicam ſedem appellant, compellendi ſunt intra conueniens tempus appellationem proſequi, ſi eorum exceſſus publicus non ſit: nam ſi publicus ſit & notorius appellationis obtentu non eſt prætermittendum, quin denuncientur excommunicati, & debent euitari, ſicut excommunicati, donec paſſis iniuriam ſatisfaciant, & cum literis epiſcopi Apoſtolico ſi conſpectui repræſentent.c. peruenit.13.de appell.

Et idem habetur in cap. ſequ.in caſu notorio. Sed cum multa dicātur notoria, quæ non ſunt, prouideri debet, ne id, quod dubium eſt, pro notorio habeatur. c. conſuluit 14.§.ſed cum multa.de appell.

130 Generaliter, qui appellant ab epiſcopo cogendi ſunt intra tempus conueniens proſequi appellationem interpoſitam, aut iudicio epiſcopi appellatióne remota parere.d.cap.conſuluit. 14.§. illos autem. Idem habetur in cap. ad hæc 27.eo. & ca.ad aures.33.eod.& cap.cum ſpeciali. 61.§. porrò, verſicul. & tunc, eod. de appellat.

Sed ſi quis appellauerit ad ſummum Pontificem, appellationi termino non præfixo, iudex à quo nō potuit terminum præfigere, ut vtraque pars eſſet ab appellationis proſecutione reuerſa: quia non potuit Papa legem imponere. Vnde ſi nuncius appellari præuenit nuncium appellantis, nec ipſo expectato ad terminum legitimum impetrauit literas, & receſsit mandans, quatenus ſi ita eſt, partes audire, & cauſam &c.cap.ex inſinuatione.50. de appell.

Quando certus terminus ab appellante, vel a iudice appellationi præfigitur proſequendę, ſi eo tacito appellatus literas impetrauit, iſtæ tanquàm tacita veritate nō valent. Si verò non ſit aliquis terminus à iudice, vel a parte præfixus, pars appellata intra terminum conſtitutum à lege (dummodo nimium non procurat, vt appellantem in commiſsione impetranda ſupplantet) commiſsionis literas poterit impetrare, quarum auctoritate in cauſa procedatur. Ita ut appellans cogatur agere ſub iudice ſic obtento. Niſi poſsit eum legitimè recuſare. Aut ſi appellatus noluerit agere appellans proſequi poterit ſuam appellationem cap. oblatæ.57. de appellat.

Superior quoque iudex ſi viderit ex dilatione periculum imminere neutro proſequente vt periculum euitetur, puta in cōfirmatione electi, & vtraque pars velit ad annum appellationis proſecutionem differre, poteſt (imo debet) terminum prouide moderari, ne gregi diu deſit cura paſtoris. d. cap. oblatæ.§. ſuperior, de appellatio. Vnde vt in electionibus malitiis occurratur, ſtatutum eſt, eum, qui appellat, intra decem dies, ex quo ſciuit grauamen

uamen appellare debere; nam poſtea nō auditur, niſi iure communi, ſed non per appellationis remedium.c.concertatio-ni.8.de appell.in 6.

131 Et ideo cum cauſa expreſſa appellationis contra electum rationabilis non fuerit, nec coram Papa alia expreſſa fuerit, confirmatur electio facta, ſed electus habita poſſeſſione poterit recuſari, vel denunciari.c.conſtitutis.46.de appell.

Diuerſum ſeruatur cum in electione Decani 25. tum per ſe, tum cum epiſcopo medio conſentire debebant, & quidam canonici vota ſua in epiſcopum tranſtulerint, & epiſcopus cum quibuſdam aliis expreſsè conſentientibus in Archidiaconum Decanatum contulerit xi.canonicis prius appellantibus, ne quis aſſumeretur in Decanum præter aſſenſum omnium.

Sed quanuis appellatio deſerta fuerit ex relatione Card. legati per partes illas tranſitum facientis: tamen peremptoriæ exceptiones illorum xi. non fuerunt ſilentio prætereundæ. Quare mandatum fuit, quatenus ſi conſtiterit Archidiaconum electum fuiſſe prætermiſsis xi. prædictis, ſine quibus ne procederet in illa tranſlatione voluntatum, ex qua nititur archidiaconus, proponitur eſſe actum, ei archidiacono ſilentium imponatur c. conſtitutus.45.de appell.

Ratio deciſionis poteſt colligi ex cap.

Electio autem facta de epiſcopo a primicerio cum canonicis & à plebano cum aſſenſu cleri eſt confirmanda, non obſtante appellatione Archidiaconi, ſi ipſe appellationi prius factæ non detulit c.conſtitutis.23.de appell.

Nam generaliter non tenetur iudex, vel aduerſarius deferre appellationi, cui appellans non detulit c.an ſit deferendum.42.de appell.

Poſſeſſor pluries vocem appellationis emittens ad Papam, ne quis eum ſuper poſſeſſione præſumeret moleſtare: & tamē per violentiam eiectus fuerit, debet reſtitui cum fructibus medio tempore perceptis in eum ſtatum, in quo erat tempore appellationis factæ.c.bonæ.51.de appell.

Item ſi appellans turbatur in poſſeſſione, ſuper quā fuit appellatum, ſi exinde querela ad epiſcopum peruenit, poteſt illam poſſeſſionem reformare, ordine iudiciario eo de quo eſt appellatio interpoſita prætermiſſo.capitulo cum teneamur 17. de appell.

Sed cauſa non debet ad eos remitti, a quib. eſt appellatum, niſi partes conſentiant c. accepta.35.de appell.

Ac etiam delegatus datus cum clauſula, appellatione remota, ſi eſt conſanguineus impetrantis vel fuit aduocatus ipſius in illa cauſa appellata, cap. poſtremò. 36. de appell.

Et ſi per reſcriptum committūtur plures articuli, & in vno remouetur appellatio, intelligitur remota etiam in aliis: quia nihil intereſt, vtrum inhibeatur primo, an ſecundo medio, an in fine, ca. 2. requiris 41.de appell.

Sed ſi in medio ponitur, & ſunt plura negocia, ſe non contingentia, tantum præmiſſa complectur: niſi in fine literarum prædicta clauſula iteretur. cap. inquiſitioni.71.eod.

Per clauſulam autem, appellatione remota, non fruſtratoria, ſed quælibet prouocatio intelligitur remoueri, quæ à iure non indulgetur expreſsè. Sed ſi appellans grauatus fuit iniuſtè, grauamen huiuſmodi per ſuperiorem poterit emendari.ca. paſtoralis.in prin.53.de appell.

132 Item cum cauſa committitur, appellatione remota, & aduerſa pars poſt citationem iter arripuit ad ſedem veniendi, poteſt in negocio procedi ſecundum iuris formam, quòd ſi ante citationem iter arripuit, non eſt aliqualiter procedendum.cap.meminimus.9.de appell.& idem in c.ad hæc.30.eod.

133 Sed cum oppreſſi ad præſidium ſedis recurrunt & appellatione facta iter arripiunt, aduerſarii cognoſcentes talem appellationem, nec accedunt ad præſentiā Papæ, nec reſponſalem tranſmittunt: cū autem ſenſerint appellātes literas reportaſſe, tales aduerſarii prorumpunt in vocem appellationis & iter ad ſedem veniendi arripiunt, & ſic ſolicitudinem eo-

rum, qui literas reportarunt eludũt. Deciditur non eſſe deferendum huic ſecundæ appellationi, ſi deprehẽſi fuerint hoc facere ex fraude & malitia. Vnde Decretalis in cap.9.ſupra eod. non iuuat, dum diſtinguitur de itinere arrepto ante, vel poſt citationẽ: quia iſti ſecundi appellantes iter arripuerãt ante citationem priorum appellantium, & non iuuat: quia illa diſtinctio in cap.nono. fuit non ad deprimendam iuſtitiam cuiuſque, ſed ad remouendum grauamen ca.ſuggeſtum.15. de appell.

134 Et nũcii dum mittuntur ad ſedem poſt itineris arreptionẽ ſi fuerint excommunicati: quia plus eſt facto ad ſedem prouocare, quàm verbo, & ipſis venientibus ad Romanam eccleſiam intelliguntur prouocaſſe, denunciãtur non teneri uinculo excommunicationis cap. dilecti filii.52.eod.

Et ſimiliter ſi præcedente grauamine quis ſubmittit ſe & eccleſiam ſuam protectioni Pont. licet ex ſimplicitate non expreſſerit verbum appellationis; tamen poſt talem ſubiectionem non debet ſine cauſæ cognitione ſententia aliqua condemnari: & quia fuit condemnatus ab epiſcopo, denunciatur, illam ſententiam nõ tenere, c.ad audientiam.34.de appell.

135 Item plus eſt Romanum Pontificem, ad ſe aliquod reuocare negocium, quàm quenquam ad eum ſuper aliquo negocio prouocare cap. vt noſtrum. 56. de appellat.

Si quis in vna cauſa appellauit, & appellatione pendente aliquod crimẽ committat, vel prius commiſiſſe dicatur, vel modò etiam accuſetur, aut conueniatur de alia re, ſuper qua non ſit appellatum, & illam perferri contingat ad audientiam iudicis à quo, in alio negocio appellauit, cum poteſt, ſi voluerit tanquàm ſuſpectũ uitare, alioquin debebit eius ſtare iudicio. Maximè ſi ſuus ordinarius iudex exiſtet.cap.ad hæc.6. de appellat. Idem caſus quò ad ſtandum in iudicio in ca.præterea.22.eod. de ſuſpicione ſimilis caſus

136 in cap.propoſuit.24. eod. Quia quanuis appellans in una cauſa teneatur in aliis, in quibus non eſt appellatum, reſpõdere, poteſt tamen illum iudicem tanquàm ſuſpectum habere.d. c.præterea.

Cauſa autem ſuſpicionis proponenda eſt coram iudice, qui recuſatur, & probanda coram arbitris. Et partes coguntur ab eodem iudice eligere eos, non valde remotos. Et ſi ſuſpicio in termino competenti probata non fuerit, iudex tunc vtatur auctoritate ſua, ſi autem probata fuerit, cogitur ſuperſedere in cauſa: quia ſuſpecti & inimici iudices eſſe non debent c.2. requiris.§.tertiò poſtulas.41.de appell.

De hoc etiam in cap. cum ſpeciali 61. eod. vbi etiam habetur, quòd eligatur ab allegante ſuſpicionem cum aduerſario, ſi habet, uel cum iudice, communiter, quòd ſi nõ poſſit, ipſe unum, ille alium eligat, & ſi ille duo in vnum conuenire nequiuerint, aduocant tertium, & quod duo ex ipſis decreuerint, robur obtineat.

Et iudex, qui recuſatur, ſtatuit competens tempus arbitris electis ſecũdum formam iuris ad finiendam cauſam, quo elapſo ſi finita non fuerit, iudex ex tuam in principali negocio procedere non omittat. c.legitima.2.de appell.in 6.

137 Si à iudice inferiori vnus appellat ad Papam, alius ad inferiorem, tenetur appellans comparere ad citationem inferioris ſaltim allegaturus appellationem ſuam, aliàs valebit proceſſus factus à minori, niſi ſciuerit appellationem interiectam ad Papam.c.ſi duobus.7. de appell.

138 Et ſi a ciuili iudice ad ſedem fuerit appellatum, tenet appellatio in his, qui ſunt temporali iuriſdictioni ſubiecti, in aliis verò, & ſi de conſuetudine eccleſiæ teneat, ſecundum iuris rigorem creditur non tenere.d.c.ſi duobus.§.denique.eod.

Vnde ſubditi in temporalibus poſſunt appellare ad ſedem.

Et conſules ciuitatis non excuſantur: quia iurent ſuper mutuis & plagiariis iudicare ſecundum conſuetudinem ciuitatis, quæ eſt, vt intra 28. dies, qua iudicauerint, exequuntur. Quia & iudices tenentur iudicare ſecundum leges, & tamẽ grauare partes poſſunt, & idem grauare poſſunt conſules iudicantes ſecundum conſuetudi-

ſuetudinē: & in illo iuramento debet intelligi ius ſuperioris exceptum.

Quare mandatur, vt appellationibus ad ſedem interpoſitis deferant, alioquin compellentur cenſuris eccleſiaſticis.c.veniēs 19.de iureiur.

Si in quocunque negocio aliquis appellauerit, & eo, qui appellatus fuerit veniente, qui appellauit, venire neglexerit, ſi quid proprium habuerit, compenſationem competentem expenſarum faciat, vt hoc ſaltem timore territus in grauamē alterius non facile quis appellet. cap. reprehenſibilis.§.ſi autem.26.de appell.

Et procedit etiam, ſi mittat procuratorem conſtitutum, niſi ad impetrandum,& cōtradicendum.c.Nicolao.64.de appell.

Sed quia propter hoc quæſtiones prorogabantur,decretum fuit; vt poſt præfixum terminū appellationis edicti peremptorii vires obtineat,ita ut ex tunc in abſentem perinde procedatur, an ſi peremptoriè uocatus extitiſſet.cap. ſæpe contingit 44.de appell.

Sed quicquid contra citationem peremptoriam poſſet ab abſente proponi aduerſus appellationem huiuſmodi,poteſt allegari.d.c.ſæpe contingit.§.quicquid.

Siquis autem terminum appellationis præueniens tacita ueritate literas impetrauerit,& careat impetratis, & pœnam contumaciæ non euadet.d.c. ſæpe §. ſi quis.

Cauſa autem appellationis coram ſuperiore probata ſuperior ſuæ iuriſdictionis officium exequatur.c.cum ſpeciali.§.porrò ver.cauſam.de appell.

Si canonicus ad reſidētiam monitus appellat, ſtatuitur ſibi terminus ad appellationem proſequendam, & interim deſeruitur per Vicarium de fructibus beneficii ſuſtentandum : & ſi appellationem non proſequitur, vel reſidentiam non facit, priuatur præbenda. cap. peruenit 28. de appellat.

140 Item ſi canonicus appellauerit ad ſedē Apoſtolicā Priorem, propter ſuas enormitates manifeſtas, quæ ipſum notabilem reddunt, & ipſe tali appellationi deferre contempſerit, cum literis ordinarii veritatem continētibus compellitur ad ſedem Apoſtolicam venire de tāto exceſſu ſatisfacturus,cap. de priore.31. de appellat.

Sed Abbates, qui de aliqua publica infamia publicè reſperſi ſunt,aut conuicti, & deinde in communi capitulo commoniti pſælationi cedere noluerint, appellandi non habent facultatem.cap. quia nos. 32. eod.

Super quærimonia de ſuſpenſione facta a legato priori poſt appellationē, ac quia interdxit ſuas eccleſias,& canonicos. Si ei tanquàm priori obedirent excommunicatos denunciauit.Mandat Pont. ſi ueritate per idoneas perſonas,& famam lo ci ſolicitè inquiſita inuenerint delegati; eccleſiarum conceſsiones factas in irritum reuocarent, niſi prior,& canonici malitioſè diſtulerint, quantum ad ſe pertinent,ordinare.c.1.de appell.

Abbas poteſt corrigere, & caſtigare ſubditum ſuum iuxta tenorem mandati, & inſtitutionem ordinis non obſtante appellationis remedio non introducto, vt alicui a religionis,& ordinis obſeruātia exorbitanti debeat in ſua nequitia patrocinium exhibere c. 3. de appell. idem in c. reprehenſibili.§.præcipue. 26.eod.

141 Presbyter prætendens,ſe non iure excommunicatum,appellationem emiſit, & poſtea diuina cantauit: ſed iudices delegati, licet non eſſet de iure excommunicatus, de facto tamen fecerunt eum abſolui : ſed iſta abſolutio non nocet : quia Pont.mandat epiſcopo, ne ipſum inquietet occaſione diuinorum officiorum, ſed ad eum ſtatū reducat omnia, in quo erāt tempore appellationis emiſſæ, c.ad præſentiam.16.de appell.

Excommunicari autem non poſſunt aliqui poſt appellationem. cap. ad hæc. 37. de appellat.

Interdictum autem,cui ante appellationem conſtat aliquos eſſe ſuppoſitos,declinari non poteſt.d.c.ad hæc in fi.

Excommunicatus autem,licet ante denunciationem appellet;poteſt tamen denunciari, & quia communio eccleſiæ denegatur,& fructus beneficii ſubtrahuntur c. paſtoralis.§.utrum 53.de appell.

Excommunicatus autem vel ſuſpenſus ſub hac conditione, niſi Sempronio intra 20.dies ſatisfecerit, ſi medio tempore appellauit,nec ſoluit, obſtaculum appellationis impedit ſententiam ipſam. c.præterea.40.de appell.

Cum epiſcopus contempſiſſet accedere ad legatum,fuit excommunicatus,nec eum defendit appellatio; quia ea non obſtante debuit ad vocationem legati venire,& præcipitur,vt vel in propria perſona,vel per nuncios Apoſtolicos ſe conſpectui repreſentet, innocẽtiam ſuam, ſi poteſt, oſtenſurus.c.cum parari.19.de appell.

142 Qui iurant,quòd ſtabunt iudicio eccleſiæ, & poſtea appellant, prouidendũ eſt, eos ſeruare,quod iurant,vel compellendi ſunt intra quadraginta dies poſt appellationem iter arripere ad appellationem proſequendam.c.ad hæc 20.de appell.

In eodem caſu,qui appellat cauſa ſubterfugii,antequàm mandetur aliquid;quia appellationi, quæ deroget iuramento non eſt deferendum,ſed ſtatim erit in eãdem ſententiam reducendus,quæ debet firmiter obſeruari,donec mandatum ſuſceperit,& ſuſceptum pro poſſe fuerit proſecutum.c.quæſtioni.21.de appell.

143 Et ſimiliter non appellatur ab eo, qui publicat excommunicationem, nec deſertur tali appellationi,niſi modum excedat in exequendo, & ideo exequutor datur cum clauſula, appellatione remota. Ac vlterius licet meritò ſit ſuſpectus,non impeditur exequi id, quod non proprio nomine, ſed Pontificis potius præcepto proceſsit c.nouit ille 42.de appell.

144 Quanuis epiſcopus excommunicauerit aliquem poſt appellationem ad ſedẽ, & appellans petierit a Metropolitano ſe reſtitui ad ſtatum appellationis, videlicet abſolutum: tamen ipſe non poteſt cognoſcere de his,quæ poſt appellationem fuerunt innouata: quia pariter deberet de appellatione cognoſci, quare ſi præſumpſerit cognoſcere epiſcopus, poterit appellare cap.ſolicitudinem. in prin. de appellat.

Si verò notorium exiſteret, quòd mandatum epiſcopi indiſcretum fuerat, vel iniuſtum, cui non tenebatur ſubditus obedire,& ſic liqueat euidenter potuiſſe ſubditum appellare, poteſt Metropolitanus declarare illum irrationabiliter excommunicatum.d.c.ſolicitudinem.§.ſi verò.

Cum autem excommunicatus, qui appellauerat iuxta præſcriptam formam coram Archiepiſcopo deponit,q. contra epiſcopum,poteſt interponere partes ſuas;quia appellationi videtur renunciaſſe.

Sed ſi verbo, vel facto proteſtetur, ſe velle proſequi appellationem,non eſt audiendus tanquàm aduerſa petens, & ſibi contrarius d.c.ſolicitudinem. §.cum autem; de appell.

Cum excommunicatio nõ valeat lata poſt appellationem,quando appellatur ante ſententiam, & poſt ſententiam,& teſtes appellantis dicunt, ſentẽtiam excommunicationis latam fuiſſe poſt appellationem, teſtium dicta benigne interpretantur,ne reatu periurii notentur: quia vtrũque eſſe potuit, videlicet,& poſt primam appellationem, & ante ſecundam ſententiam excommunicationis latam fuiſſe, ſed in hoc dubio decernitur,ſententiam non tenere,cap.cum tu fili.16.de teſtib.

In controuerſia inter epiſcopum, & decanum propter capturam presbiteri, quem decanus prætẽdebat ad ſe pertinere, vel ad ſuam iuriſdictionem ſpectare, & ſibi reſtitui.

Epiſcopus ſe ſupponens Metropolitano,ad ipſum appellauit.Decanus verò poſt modicum tẽpus interdictum promulgauit, vt præſente dicto epiſcopo in eccleſia a diuinis ceſſaretur. Sed cum partes poſtea die præfixo comparuiſſent coram officiali Senon. Decanus allegans, ſi ideo non detuliſſe appellationi:quia ille preſbiter adhuc tenebatur in vinculis, & ad ſedem appellaſſe. Sed officialis declarauit irritum interdictum decani:Pontifex autem hunc proceſſum officialis temerarium iudicauit, cum appellatione ad ſedem per Decanum interpoſita nil debuerit innouari: ſed tamen ſententiam interdicti irritam decreuit, quanuis decanus ſe excuſando & variando dixerit ante appellationem epiſcopi eam protuliſſe; quia

quia, appellatione epiſcopi interpoſita, procedere non debuerit ad executionem. Sententia etiam epiſcopi excommunicationis in decanum decernitur viribus caruiſſe: quia quãuis videatur prima facie rite lata: cum ſententia officialis non deberet interdictum ſeruari, & decanus decernẽdo interdictum, diuinum videretur officium perturbare: attamen per appellationem ad ſedem ex parte decani non ſolum principale negotium, ſed etiam aſſeſſoria ad examen Pontificis referebantur. Et ideo, quanuis Archiepiſcopus denunciauerit Decanum euitãdum: Canonici tamẽ Senon. qui ſaniori ducti conſilio communicauerunt eidẽ vt appellationi magis ad ſedem interpoſitæ, quàm denunciationi ab epiſcopo factæ, deferrent, inculpabilẽs iudicantur. c. dilectis filiis. 55. de appell.

145 Coram iudicibus delegatis petente vna parte in ſtatum priſtinum reuocari id, quod innouatũ ſit poſt citationem, pars aduerſa propoſuit, quòd cum lis præſertim non fuiſſet ſuper negocio conteſtata, imploratio huiuſmodi locum non habebat, adiiciens diem ſtatutum fuiſſe ad litigandum, & ad diem illam ſolutum fuiſſe iudicium, nec potuiſſe iudices præuenire & partes audire, & cum hæc exceptio non eſſet admiſſa appellauit. Sed licet miſſerit procuratorem intra annum, qui circunuentus contra inhibitionem conſtituentis impetrauit literas ad iudices certa ratione ſuſpectos propter hoc literis non eſt vſus, imò periit, non obſtante lapſu anni ad proſequendam appellationem ſe admitti. Quare mandatur, quatenus ſe de inhibitione huiuſmodi & præmiſſis cauſis appellationis, vel eorum altera conſtiterit, reuocato in irritum &c. vſque ad attentatum in iam dicto negocio iuxta priorum literarum continentiam &c. c. ſignificante. 69. de appell.

Si appellatio non fuit recepta a iudice, nec ab appellato approbata, ſufficit appellanti. Per procuratorem ad impetrandum & contradicendum literis impetratis, licet pars altera parata ſit in curia proſequi. cap. interpoſita. §. eidem quoque 70. de appellatio.

146 Sed parato aliquo grauamen probare parte aduerſa abſente, & ſuper hoc lite non conteſtata procedi licet, quanuis litis conteſtatio facta non fuerit in negotio principali: quia cum ex hoc grauamine iniquitas iudicis arguatur, non eſt rigor iuris, ex quo ſequi poſſit perplexitas, requirendus. d. cap. interpoſita. §. fin. de appellat.

Quando autem lis coram primis iudicibus eſt legitimè conteſtata, & contingat appellari ad ſedem, poſſunt iudices delegati reo per contumaciam abſente, cum de meritis cauſæ liquebit, commiſſum ſibi negocium definire, & ſit non ſolum articulum, ſed principale negocium. c. per tuas. 58. de appell.

147 Si ſuper reſponſione aduocati lis fuerit cõteſtata, & teſtes recepti, ſed eadem die fuerit reuocata tanquam erronea, lis conteſtata non fuit. Vnde ſi in appellatione partis aduerſæ hoc expreſſum fuerit, quicquid factum eſt, irritum nunciatur. c. cum cauſam. 62. de appell.

Et idem ſi teſtes recepti ſint a ſubdelegatis ſubdelegatorum: cum niſi delegatus a principe cauſam alii valeat delegare. d. c. cum cauſam. circa ſi.

148 Quanuis etiam confeſſione partis conſtet, eccleſiam habere certum numerum canonicorum iuramento firmatum, de quo in literis mentio non habeatur, & hæc exceptio fuerit propoſita coram iudicibus, & quòd extitit appellatum ab eiſdem: quia tamen non conſtat, quòd propter hanc exceptionem non admiſſam, aliamve legitimam ſit appellatum. Mandatur delegatis, vt ſi inuenerint propter talem exceptionem appellatum fuiſſe, denunciarent irritum & in matrem proceſſum executorum. ca. dilecto filio. 63. de appell.

149 A ſententia bis confirmata a delegatis non licet tertiò appellari cap. ſua nobis. 65. de appell.

Quando etiam appellatio per negligẽtiam appellantis deſerta eſt, & ſi ipſe appellãs ſimul cum appellato, aut appellatus ipſe per ſe, & principaliter proſequatur appellationem

lationem non ideo minus ſententia cen ſebitur in rem iudicatã tranſiuiſſe, a qua appellatum eſt clem.pen.de appell.

150 In exceptione pacti, vel præſcriptionis,aut alio principali negocio præiudicante,vel iudicium nullum reddẽte,licet ab interlocutoria uon fuerit appellatũ; ſi tamen à definitiua(quę poſtmodum etiã vltra decendium promulgatur) appellari contingat,poteſt in appellationis cauſa ipſum grauamen licitè per iudicẽ emẽdari, vbi verò interlocutoria ſuper eo profertur, quòd non parat præiudicium negocio principali,vel iudicium nullum reddit,niſi fuerit appellatum ab ea, per appellationem interiectam grauamen il latum,illa interlocutoria nequaquàm po terit reuocari. c.fi.de appell.in 6.

151 Sed cum a repulſione exceptionis per emptoriæ ſecũdò appellaris ſuccumbit, in cauſa appellationis poſtmodum à defi nitiua emiſſæ audiendus non eſt ulterius ſuper ea: niſi tunc ritè propoſita ex eo prius repulſa fuiſſet: quia proponebatur ineptè,clem.fi.de appell.

152 Cum omiſſo epiſcopo ad Archiepiſcopum appellatur hac exceptione propoſita cauſa non deuoluitur c. dilectè fili.66. de appell.

Cum officiales epiſcoporum de cauſis cognoſcunt non ad epiſcopum, ne ab eiſdẽ ad ſe ipſos interponi appellatio videatur,ſed de iure ad Archiepiſcopum appel latur.c.Romana.in prin.de appell.in 6.

153 Ab archidiaconis verò,aliiſque inferio bus prælatis epiſcopo ſubiectis ad ipſum non Archiepiſcopum appellatur, niſi aliud ſit de conſuetudine. d.c. Romana.§. ab archidiaconis.

154 Cum verò aliquis ad Archiepiſcopũ ſuper aliqua cauſa appellat, qui in aliis cauſis ordinarii ſui iuriſdictioni ſubiicia tur,Archiepiſcopus, vel officialis nequa quàm in illis aliis impediat iuriſdictionem:vt appellãtem totaliter ab eiuſdem ordinarii poteſtate eximant. d.c. Romana.§.cum verò.

Sed ab epiſcopis ſuper cauſis,in quib. temporalem iuriſdictionem exercent,ad Archiepiſcopos appellari debet, niſi forte de conſuetudine,aut priuilegio,ſiue iure alio ſpeciali ſit appellandum ad alium.d. c.Romana.§.debet autem.

155 Sententias verò interdicti, vel ſuſpenſionis, ſeu excommunicationis epiſcopi in appellantem promulgatas non reuocent,niſi vocatis partibus,& de appellatione legitimè cognito.d.c. Romana.§. ſententias.

Cum autẽ Archiepiſcopus cognouerit appellationem ante ſententiam minus rationabilem extitiſſe, cauſa ad epiſcopum remittatur non poſtponat. d. c. Romana.§.fin.

156 Vna ſententia pluribus condemnatis, ſi vnus ſolus appellat, eius victoria iure communi cæteris ſuffragatur,ſi communi iure inuentus, idemque negocium,& eadem cauſa defenſionis exiſtat. c. pen. de appell.

157 Sed ſi a duobus iudicibus, pluribuſve fuerit appellandum:quia forte eorũ præſentia ſimul haberi nõ poſſet, licitum eſt coram ipſis,vel maiori parte ipſorum ap pellare,& Apoſtolos petere ſeparatim: ſed appellato, eſt intimanda appellatio, delatio iudicum,& termini præfixio cle. 1.de appell.

158 A collatione beneficii, quam communiter per epiſcopum & capitulum in præ iudicium alicuius factam eſſe proponitur,ſi in ea vt prælatus interfuerit,non ad ipſum epiſcopum, ſed ad ſuperiorẽ oportet appellari, aliàs ſi vt canonicus interfuiſſet in ea,poteſt licitè appellari ad eũdem.c.a collatione.11.de appell.in 6.

An autem poſſit hoc vltimo caſu appellari ad legatum:quia ſit ordinarius,& ipſe,dictum fuit in Concilio Seſſ.24. de refor.c.

DE CONFIRMATIONE VTILI, VEL INVTILI.

Qvia poſt ſententiam contingit peti con firmationem, ideo de hoc aliqua dici poſſunt.

Et in primis, ſi quis rei litigioſę cõfirmatio nem petierit a ſede Apoſtolica,poteſt iu dex de cauſa cognoſcere,& eam fine debito terminare: ſed ſi rem tunc pacificè poſ-

poſsidebat, quando confirmationem obtinuit, non eſt licitū de quæſtione poſtea exorta decernere, aut definire abſq; mandato ſedis Apoſtolicę. c. 1. de confir. utili, vel inutili.

159 Item de iſtis confirmationibus niſi nouum mandatum ſedis procedat, aut certum ſit, qui ſint per falſi ſuggeſtionem elicitæ non eſt iudicandum. c. 2. eod. tit.

160 In ſententia a qua fuerat intra decem dies appellatum, & tamen a iudicib. executa, literæ confirmationis non ualent, ſi appellatus cautè appellantem præuenit nulla de appellatione facta mentione. nā poſteriores literæ de retractanda ſententia priorib. derogant. Verum ſi in primis literis dicatur, nullis literis veritate & iuſtitiæ præiudicantib. vel ſub alia forma verborum, dummodo nil diceretur de literis confirmationis expreſsè. Dicitur, quòd primæ literæ tandiu ſuum debent habere vigorem, donec de iniqua ſentētia cognitio plenior habeatur. c. 3. de confirm. utili, vel inutili.

Et caſus habetur in cap. oblatæ nobis. 57. de appellat. in principio, & in fine, vbi dicitur, ex his igitur noueritis eſſe reſponſum, quòd per poſteriores non derogatur prioribus legitimè impetratis, per quas ad confirmandam ſententiam vel infirmandā præuia poteſt rōne procedi.

161 Ad petitionem Abbatiſſæ volens Innoc. III. Innouare ſua priuilegia, pro parte epiſcopi fuit propoſitum, ſuam eccleſiam in poſſeſsione ipſius monaſterii per centum annos & amplius extitiſſe, propter quod priuilegia, tunc non fuerunt innouata. Sed poſtea a iudicibus delegatis pro parte epiſcopi petitum fuit: ut cauſa remitteretur diſcretis uiris, qui teſtes reciperent contra priuilegia. Pōtif. autē ad ſimilitudinem teſtium, qui lite non conteſtata examinantur, vbi eſt periculum iudicauit priuilegia confirmanda quaſi iam nimia vetuſtate conſumpta: cum eſſent in papyro, vt tamen nouum ius non tribuant, ſed antiquum, ſi quod eſt, conſeruetur. Sed quia ex priuilegiis cōſtat, monaſterium ad Rom. Eccleſiam pertinere Abbatiſſam procuratricē conſtituit, vt procuret coram delegato, quæ fuerint procuranda, maxime de præſcriptione, quæ ſola centum annorum contra Rom. Eccleſiam poteſt allegari. Sed ne de ſtatu monaſterii diutius dubitetur, mandatur delegato, vt electo loco tuto & commodo recipiat teſtes pro præſcriptione allegata, & ſi probata fuerit, monaſterium adiudicetur ſubiectionem epiſcopi: cum conſtet eſſe in ſua diœceſi conſtitutum priuilegium innouatum corrumpendo. Sed ſi interruptio probata ſit, epiſcopo perpetuum ſilentium imponatur, pronunciando monaſterium perpetua libertate gaudere priuilegio innouato ſibi reſignato. c. cum dilecta. 4. de confir. utili, vel inutili.

Non valet cōfirmatio, quam religioſus impetrauit a Papa ſuper temporali adminiſtratione, ſeu Prioratu, ſi tacuit ſe regularem. Si verò expreſsit, reſcriptum præſumitur falſum: quia Papa non conſueuit concedere huiuſmodi confirmationem. c. 5. & 6. eod.

162 Sententia, ſeu laudum contra formam iuris, vel compromiſsi latū per arbitros licet per Papam confirmetur, ſicut prouidè locum fuerat, & ſit in forma communi, decernitur irritum & inane, c. examinata. 7. eod.

163 In cōfirmatione ex certa ſcientia, ſi ſine prauitate prouidè facta eſt, nō nocet, nec minus ſi verbum confirmationis iuxta ſtilum Ro. Curiæ præcedat confirmatum, ſi veritas ſuffragetur, c. venerabilis. penul. de confir. utili, vel inutili.

164 Collatio eccleſiæ alteri factæ per legatum, & per Papam confirmat ius diœceſani non lædit. c. fi. eod. tit.

QVARTA PARS FINIS.

QVIN-

QVINTA PARS
IVRIS CANONICI.
DE NVPTIIS, ET GRADIBVS, & de cauſis Matrimonialibus.

Ant. 1 CONSTITVTVM eſt, ne conſanguineas ducamus vxores: quia copulatio maris & fœminæ, quantùm attinet ad genus humanum, ſeminarium eſt charitatis, vt homines, quibus eſſet utilis, atque honeſtiſsima concordia diuerſarum neceſsitudinum uinculis nectérétur. cap. cum igitur 35. q. 1.

In Decretis Calixſti Papæ habetur. CALIXSTVM Primum prohibuiſſe matrimonia inter coniunctos, & fuit anno Domini 218. de quo in conciliis, Tomo Primo.

Aug. 2 Et ſicut Apoſtolus quædã conſulendo addidit, quæ euangelicis præceptis non inueniuntur definita: nec tamen ab aliis Apoſtolis ſunt repudiata, ſic & eccleſia poſt Apoſtolica inſtituta quædam conſilia perfectionis addidit. vt puta de continentia miniſtrorum, de confectione myſteriorum, de celebratione officiorum, quæ non ſunt reſpuenda, ſed diligenti ueneratione ſuſcipienda. Vnde coniunctiones conſanguineorum ſunt fugiendæ, quamuis euangelicis & apoſtolicis præceptis non inueniantur prohibitæ; quia eccleſiaſticis inſtitutionib. ſunt terminata. d. cap. cum igitur, circa finem 25. q. 1.

Et qui contrahunt, ſunt excommunicati ipſo iure, & cum conſtiterit Epiſcopo, ſunt publicandi, clem. unic. de conſangui. & affinitate.

Alex. pp. II. 3 Tempore Alex. Papa II. qui fuit anno Domini 113. terminatum fuit, gradus conſanguinitatl non eſſe computandos ſecũdum ius ciuile, in quo quælibet perſona facit gradum: Sed quia nuptiæ non fiunt ſint duobus perſonis; Ideo ſacri canones duos in uno gradu conſtituere perſonas. Et Ideo fratres, qui iure ciuili ſunt in ſecundo gradu, ſecundùm canones ſunt in primo; & qui VIII. & X. in ciuili canonib. quarto & quinto ſunt, & ſic de reliquis. cap. ad ſedem apoſtol. 35. q. 5.

4 Prohibitiones uerò de coniugio contrahẽdo in ſecundo & tertio genere affinitatis reuocatæ fuerunt ſub Innoc. III. ſacro generali cõcilio approbante, adeo quòd remanet prohibitum tantummodo primum genus affinitatis. Ac ſimiliter in eodem Concilio prohibitio conſanguinitatis, uel affinitatis copulæ coniugalis quartum gradũ non excedit, de conſang. & affinitate. c. non debet reprehenſibile.

5 Ac exempla horum generum habentur in gloſſa ibidem.

Et quo ad primum genus facilis eſt intelligentia.

Nam ſi ſunt duo fratres, aut conſobrini, aut cæteri, unus ducat uxorem: illa erit affinis omnibus de cognatione mariti ſecũ-
1 dum gradum ipſorum, adeo quòd ſi maritus moritur nemini illorum vsque ad quartum gradum nubere poſſet.

6 Vnde quamuis dubitatũ fuerint, an mortuo marito cognatio, ſeu affinitas contracta cum eius vxore diſſoluatur, & deciditur, quòd non diſſoluitur: quia erunt duo in carna una, & non poteſt aliquis eorum propinquus uni pertinere, niſi *Greg. pp.*

per-

pertineat alteri,& uno defuncto in ſuperſtite. affinitas non deletur 35.q.10.cap. fraternitatis.

7 Ab exemplo de primo genere facile colligitur declaratio ſecundi generis. Nam in primo genere vnica perſona interuenit, & ideo ſucceſsiuè duobus cognatis prohibetur nubere. Sed quando interueniũt duæ perſonæ extraneæ, ſiue coniunctę inter ſe, ſiue non: tunc uel illæ perſonæ coniunctæ non impediuntur nubere duobus cognatis, uel ille extraneæ inter ſe matrimonium contrahere. Vnde pater & filius ducunt uxores matrem & filiam, aut duo fratres matrem & filiam, aut duas ſorores: qa & ſi mulier uel vir habeant cognatos; illi tamen ſunt affines in ſecundo genere. Si verò ſint duo, puta frater & ſoror, uel conſobrini maſculos & fœmina, videlicet Titius, qui ducat Semproniã, & Titia, quæ nubat Caio, iſto caſu Sempronia eſt affinis Titiæ, ſed in ſecũdo genere: quia Sẽpronia & Caius ſunt perſonæ extraneæ, & è contra Titius eſt affinis Caii, ſed eodem ſecundo genere: Quare mortuis Titio & Titia: Sempronia & Caius poſſunt inter ſe nuptias contrahere.

8 Tertium genus eſt quando additur perſona perſonæ per carnis copulam ſecundo genere, vt puta Seius fuit maritus Titiæ relictæ fratris tui, mortua illa Titia Seius q eſt tibi in ſecũdo genere, accipit Sẽproniam, q̃ eſt tibi in tertio genere. Illa mortuo Seio viro ſuo olim non poterat copulari alicui de cõſanguinitate tua: cum illa eẽt tibi & cõſanguineis tuis in tertio genere: nunc permittitur abſque dubio, cum in ſecundo genere permittatur.

Greg. pp. 9 Manifeſtiſsima ratio eſt, parenti illam ex parte vxoris ad uirum pertinere, ſeu ex parte viri ad uxorem: quia ipſe & uxor ſua ſunt una caro, quocirca maritus & ſoror uxoris in primo gradu erunt, & uxor propinqui, cuiuſcunque generis ſit, ita oportet attendi, quemadmodum ipſius quoque gradus aliqua fœmina pro priæ propinquitatis ſit. c. Porrò. 35. q. 5.

Alex. pp. II. 10 Vxor fratris, ſororiſve cognata impropriè dicitur: nam vxor fratris fratiſſa potius uocatur, & frater mariti Leuir dicitur, duorum fratrum uxores uocãtur ianitrices, quaſi eandem ianuam tenentes, uel per eandem ianuam intrantes. Soror viri gloſ. appellatur cap. quod autem frater. 35. q. 5.

Quæ nomina notanda ſunt à Vincentinis propter eorum ſtatutum de compromiſſis neceſſario fiendis inter cõiunctas perſonas.

Affinitas igitur impedit matrimonium, & contractum dirimit, intelligendo de ſpirituali in baptiſmo & confirmatione, cõſanguinitate & affinitate: Item de legali cognatione, de quibus paulò inferius dicetur.

11 Edictum de matrimonio prohibitorium eſt: vnde quia non prohibetur mutus & ſurdus contrahere, licitè poteſt contrahere matrimonium, c. cum apud. 23. de ſpõſ.

DE CAVSIS MATRIMONIALIBVS.

Matrimoniales cauſę aliquando incipiunt a ſponſalibus, circa quæ Hoſtienſis in ſumma enumerat XIIII. caſus pro diſſolutione ſponſalium.

12 Primus per lapſum temporis. cap. ſicut ex literis. de ſponſalibus.

Secundus, per fornicationem ſpiritualem, ideſt deformitatem. c. quemadmodum. §. quod ſi, de iureiurando, & c. fi. de coniugio leproſorum.

Tertius, per corporalem fornicationem d. cap. quemadmodum. §. ita ſi quis.

Quartus, per fornicationem ſpiritualem. c. non ſolum. 28. q. 1.

Quintus, per affinitatem ſuperuenientem. cap. cum in tua, de ſponſalibus, iuncto. c. ex literis, de eo qui cognouit.

Sextus, per fugum ſponſi, c. de illis, & cap. Gemma, & cap. 5. de ſponſalibus.

Septimus, per matrimonium ſubſecutum. c. ſi inter de ſponſalibus: & idẽ per ſponſalia de præſenti, c. ſicut ex literis, de ſponſ.

Octauus, per tranſitum ad religionem. c. ex publico, de conuerſione cõiugatorum.

Diſtinguitur tamen inter uotum ſolemne, & ſimplex: Nam ex ſolemni impeditur matri-

matrimonium, & poſt uotum cõtractum dirimitur.cap.1.2.& 4. Qui clerici uel uouentes.

Simplex autem uotum impedit,ſed contractum non dirimit cap.rurſus.qui clerici, uel uouentes,& cap. ex parte. de conuer. coniug.

Huic autem, qui uotum ſimplex irritum fecit, imponitur pœnitentia cap.5.& 6.qui clerici, uel uouentes.

Votum uerò ſolẽne quod ſit, declaratur in cap.vnico.de uoto in 6.nam eſt, quando eſt ſolennizatum per ſuſceptionem ſacri ordinis, aut per profeſsionẽ expreſſam, uel tacitam factam alicui de religionibus per ſedem Apoſtolicam approbatis. Vnde qui uotum emiſit de certa religione intranda,& poſtea etiam in laxiorem ingreditur, licitè remanet in eadem non obſtante uoto tamquàm ſimplici.c.poſt. 5.de regularibus in 6.

Nonus, per ætatem pupillarem. c.de illis. de ſponſatione impub.

Decimus, quando de impedimento docetur per famam cap.cum in tua,de ſponſalibus,& c.ſuper eod. de conſanguinitate.

Vndecimus, de conſenſu partium cap.2.de ſponſalibus,ſed quanuis aliqua iurauerit obſeruare ſponſalia, monenda eſt non autẽ cogenda c.requiſiuit.17.de ſponſal.

Duodecimus, ſi polluit per adulterium deſponſatam.

Tertiuſdecimus, occidit maritum deſponſatæ, non mirum dicit Hoſtien. quia etiã ſoluuntur matrimonia, de quibus infra habetur.

Decimuſquartus, ſi machinatio interueniat cap.3.de eo qui duxit in matrimo.

Decimuſquintus, addi poteſt ex conditione honeſta non ſeruata cap. de illis iuncto cap.ſi.de conditionibus appoſitis.

Decimuſſextus, lepra ſuperueniens cap.fin. de coniug.leproſorum.

Quibus cauſibus annumerari poteſt caſus ex cap.de illis, 1.§.mulier, de deſponſ.impub. uidelicet ſolum eſſe ſponſalia, ſi ex parte una ſit pubes; cum ex altera ſit impubes. Et in quantum ibi dicitur, mulier pubes non poteſt diſſentire, intelligitur ita, ut iudicio eccleſiæ approbetur, ſed ſi contrahit cum alio, matrimonio erit ualidum, ut per gl.ibidẽ, & Inn. & Hoſtien. de quo: quia inter doctores eſt aliqua difficultas, deciſio Rotæ. 450. alias prima deſponſ.impub. in nouis, terminat quæſtionem, uidelicet ualere ſecundum matrimonium.

Imò eſt tex.in ca.1.§.item quia de deſponſ. impub.in 6.ubi ſi pubes & impubes, uel duo impuberes non proximi pubertati, & in quibus ætatẽ malitia non ſuppleat, per uerba contraxerint de præſenti, ualet contractus ſolum ut ſponſalia de futuro.

Puberes autem ſunt quò ad matrimonium, ex habitu corporis concipere & generare poſſunt cap.3.de deſponſatione impuberum.

13 Et in Cõcilio Trident. ſeſſ. xxiiii. de ref. matrimonii cap.3.tollitur impedimentũ Iuſtitię pub.honeſtatis ex ſpõſalibus quacunque ratione inualidis: ex ualidis autẽ ultra primum gradum non excedit.

14 Sponſus & ſponſa cum benedictionem acceperint eadem nocte pro reuerentia benedictionis in uirginitate pmaneant, distinctione.23.ca.ſi. *Ex Cõc. Mart. pp.*

15 Sed ſecundæ nuptiæ non benedicuntur, imo Capellanus, qui benedicit, ſuſpenditur ab officio & beneficio cap. 1. de ſecun.nup. Ratio eſt: quia benedictio iterari non debet cap.3.eod.

16 Sed pudor eſt fœminis nuptiarum præmium non habere, quod eſt partus, qui ergo non cauſa procreandæ ſobolis, ſed explendæ libidinis ſibi inuicem copulantur, non tam coniuges quod fornicarii uidentur cap.pudor.21.q.2. *Ambr.*

17 Non tamen ideo nuptiæ malæ iudicantur: quod enim præter intentionem generandi fit, non eſt nuptiarum malum: ſed eſt ueniale propter nuptiarum bonũ, quod eſt tripertitum, fides uidelicet, proles, ſacramentum cap.ſicut non omnis. eadem quæſtione. *Hieron.*

18 Et connubia ligitima carent qui de peccato non tamen tempore illo, quo coniugales actus geruntur, præſentia Sancti Spiritus dabitur.cap.connubia 32.q.11. *Hieron.*

19 Item tempore, quo uir uxori debitum reddit uacare orationibus nõ poteſt, nec *Hieron.*

de car-

de carnibus agni comedere debet: quia ſi panes propoſitionis ab his, qui uxores ſuas tetigerant, comedi non poterat, quanto magis ille panis, qui de cœlo deſcendit, denegatur. cap. ſcitis. 33. q. 4.

Aug. Item a coniugali complexu in ſanctorum feſtiuitatibus eſt diebus ieiuniorum eſt abſtinendum c. quotieſcunque & ſeq. 33.

Ambr. q. 4. Et ſi cauſa procreandorum filiorum ducitur uxor non multum tempus uidetur ad ipſum vſum; quia dies feſti & dies proceſsionis, & ipſa ratio conceptus & partus demonſtrant his temporibus ceſſare vſum carnis c. ſi cauſa, eadem 33. q. 4.

Io. Chr. Qui in caſtigatione uictus dicit ſe agere pœnitētiã, fruſtra hoc ſermone ꝓmittit, niſi egrediatur de cubili ſuo, & ieiunio cōtinētiã addat. c. qui in caſtigatione 33. q. 4.

Gre. pp. Et uir cum propria vxore dormiens niſi lotus aqua eccleſiam intrare non debet. ca: vir cum propria, in principio 33. q. 4.

Ea autem, quæ dicta ſunt de prohibitione agni, nō procedunt, ſi maritus utitur ſua coniuge non cupiditate uoluptatis, captus, ſed tantummodo creandorum liberorum gratia; quia ſiue de ingreſſu eccleſiæ, ſiue de ſumendo Dominici corporis, ſanguiniſque agatur, ſuo iudicio relinquendus eſt; quia non eſt prohibendus accipere, qui in igne poſitus neſcit ardere d. c. vir cum propria. §. ſi quis uerò.

Auguſt. 20 Sed niſi ex conſenſu cōmuni coniuges orationi uacare non poſſunt, & ipſis pœnitentia non datur. c. penul. & fin. 33. q. 4.

Idem. Continentiæ maritũ habet; qui pro incontinentia uxoris debitum ſibi reddere cogitur. c. ſecundum uerba. 33. q. 5.

Idem. 21 Mulieres viris ſuis debent ſubeſſe; quia uir eſt caput mulieris: & Adam cum per Euam deceptus fuerit, non Eua per Adã, iuſtum eſt, ut eam in gubernationem aſſumat, ne iterum fœmina facilitate labatur c. eſt ordo, & cap. hæc imago, & cap. Adam 33. q. 5.

Auguſt. 22 Fucaræ figmentis, quo uel rubicundior, uel candidior, uel uerecundior appareat, adulterina fallacia eſt: quia non dubitatur maritos nolle ſe decipi, quibus ſolis permittendæ ſunt fœminæ ornari ſecundum ueniam, non ſecundum imperium. Nam verus ornatus, maximè chriſtianorum, non tantum eſt vllus fucus mendax; uerum nec auri quidem, ueſtiſque pom-

23 pa, ſed mores boni ſunt. Execranda autē eſt ſuperſtitio ligaturarum, in quib. etiã inaures datæ à uiris in ſummis ex una parte auriculis ſuſpenſę deputantur; quia non ad placendum hominibus, ſed ad ſeruiendum dæmonibus adhibentur. cap. fucaræ de conſecrat. diſtin. 5.

Sed vt materia hæc ſit plenior.

24 Vtile erit addere impedimenta, quæ dirimunt matrimonium, quorum aliqua enumerat Innocen. in cap. Iuuenis. de ſponſal.

Primus, caſus eſt, ſi eſt ſeruilis conditio cap. unico. 29. q. 1. & cap. 2. & finali, de coniugio ſeruorum.

Secundus, ſi erratur in perſona. d. ca. vnico. q. 1. uerſiculo error perſonæ, & Nicolaus Ploue. tract. de ſacram. 7. parte, ca. 3. in 4. impedimento.

Et hic ad propoſitum poteſt addi caſus, in quo ſi alter coniugum ita locutus ſit, ut alius affirmet, ſe non intellexiſſe. Nam ſtandum eſt ad cōmunem uerbi intelligētiam, & cogendi erunt ambo uerba prolata in eum ſenſum accipere, quē ſolent rectè intelligentibus generare cap. 7. de ſponſal.

Item alius caſus poteſt addi de eo, qui non habebat animum contrahendi matrimonium; & dixit, te Ioannes deſponſat, cum eo nomine non uocaretur, nam tex. in c. tua nos. de ſponſal. determinat, non eſſe matrimonium, ſed Doctores intelligunt in foro conſcientię, quando deſunt probationes non in foro Iudiciali, & rectè.

Tertius, furor ante matrimonium. cap. dilectus de ſponſal.

Quartus, impotentiam coeundi cap. quod ſedem penul. uerſicul. per hæc & ſimil. de frigidis.

Idem ſi uitium à natura contraxit, ut ope medicorum non poſsit adiuuari cap. ex literis de frigidis.

Sed ſi poſt ſeparationem aliam cognouerit, uel illa, quæ arcta inuenerit aliquem,

T qui

qui ſibi ſeras reſeraret, vtroque caſu poſt pęnitentiam ad priora coniugia redire compellendi erunt cap. penul. vir contigit, de frigidis.

Sed qui ſcienter contrahunt cum impotenti, eccleſia iudicat, ut quas uiri tanquam vxores habere non poſſunt, habeant ut ſorores cap. 4. de frigidis.

Quintus, votum ſolenne ante matrimoniũ. cap. 4. & fin. qui clerici, uel uouentes.

Sextus, ordo ſacer ca. 1 et 2. qui clerici uel uouentes.

Ex Cōc. Vrban. Septimus, alterius cultus cap. ſi quis Iudaice 28. q. 1.

Sed ſi ex coniugibus infidelibus alter ad fidem conuerſatur, remanēte altero in infidelitate, conuerſus poterit aliam ducere cap. fin. de conuer. infidel. & cap. quanto ver. ſi enim de diuortiis.

Quod ſi conuerſus ad fidem & uxor ſequatur, eam recipere compelletur, ca. gaudemus, ver. ſi conuerſus, de diuortiis.

Item quia pagani plures habent fœminas; ſi quis conuertatur ad fidem debet primã retinere, & alias dimittere d. c. gaudemus uer. quia verò pagani.

Quando uerò alter coniugum fidelium labitur in hæreſim, uel ad infidelium trãſit errorem, qui relinquitur, non poteſt ad ſecundas nuptias deſcendere ca. quanto de diuortiis.

Quinimo ſi ad fidem redierit, alter ſeparatus propria authoritate reddendus erit dicto reuerſo ad fidem, & ſi noluerit, cōpelletur cap. de illa de diuortiis.

Sed marito Iudæo facto chriſtiano & repetenti filium, quem detinet mater in infidelitate manens; quia ſequitur familiam patris, poſt triēnium aſsignatur maximè in fauorem fidei chriſtianæ c. fin. de conuer. infidelium.

Altera innupta c. 3. & 6. de ſponſa. duorum.

Per uim coactus c. cum locum, & c. ad id, de ſponſalibus. ſed ea, quę uim patitur, pudicitiam amittere non dicitur: quia non poteſt caro corrumpi, niſi mens fuerit ante corrupta c. re uera 32. q. 5. quia pudicitia in animo conſtituta non poteſt à uiolento ſtupratore eripi cap. de pudicitia, eadem quæſtione. Sed contra perit mente uirginitas: qa sũt uirgines malæ carne nõ ſpiritu c. ſi Paulus. §. periit ergo eadē. AMBR.

LEO. PP. Non tamen iſtæ, quæ in opprimuntur, debent ſe incontaminatis uirginibus comparare c. illæ autem. 32. q. 5.

Item cum rapta non conſiſtit matrimoniũ ille autem raptor non eſt qui conſenſum mulieris habuit c. 6. de raptoribus, & quã uis propter hoc fuerit in monaſterio, cōtinentiam profiteri nõ poteſt ſine aſſenſu viri d. c. 6. §. præterea.

Et Concilium Tridentinum ſeſsione 24. de reformatione matrimonii c. 6. diſponit; raptam ſeparatam à raptore & in loco tuto conſtitutam & cōſentientem, illum habere in virum poſſe.

Affinitas, de qua ſupra dictum fuit, impedit matrimonium.

Sed circa cognationem ſpiritualem ſciendum eſt, quòd ſi vir uel mulier ſcienter, uel ignorāter filium ſuum de ſacro fonte ſuſceperit propter hoc non ſunt ab inuicem ſeparandi, nec alter alteri debet ſubtrahere, niſi ad continentiam poſsint induci: ſed ignorantia eos excuſat, ſi ex malitia, eis ſua fraus non debet parrocinari, uel dolus cap. ſi uir. de cognatione ſpirituali.

Ex Cōc. Gabilo. Item ſi qua vxor fraudulenter coram Epiſcopo filium ſuum renuit, non ſeparatur à viro, ſed pęnitentiam agit: cap. dictum eſt 30. q. 1. Et ſimiliter non ſeparatur ab vxore ſua, qui neceſsitatis cauſa filium ſuum baptizauit: quia bene feciſſe laudatur cap. ad limina. 30. q. 1. Item vxor, quæ viri filium ex alia fœmina natum de ſacro fonte leuauit, poteſt cum eodem viro copulari: quia ſecundum canones, niſi amborum conſenſu nullius religionis obtenta debet coniux dimittere coniugem. c. noſce deſideras. 30. q. 1. IOAN. PP. NICO. PP.

Inter quos autem ſpiritualis cognatio contrahatur in Concilio Tridentino eadem ſeſsione 24. ca. ſecundo, ita diſponitur.

25 Statuimus: ut unus cōpater & una commater accipiatur, & reſtringitur cognatio ſpirituali ad quatuor genera perſonarum, inter quas ſit cognatio ſpiritualis.

Prima inter ſuſcipientem de baptiſmo, & ipſum baptizatum.

Secun-

Secunda inter ſuſcipientem, & patrem, & matrem baptizati.

Tertia inter ſacerdotem, & baptizatum.

Quarta inter ſacerdotem, & patrem, & matrem, baptizati.

Poſtremo decernitur, ſi aliter factum fuerit, puniri parochũ ad arbitrium ordinarii.

26 Et cum dubitaretur de cognatione ſpirituali, an facta cũ marito ſit in uxore, uel è contra Pius V. declarauit pro opinione negatiua. Itẽ declarauit, cognationẽ contractam ante Cõcilium non obſtare matrimoniis celebratis poſt Cõcilium, circa quod tex. in cap. ſuſcitatus, 30. q. 4. eſt correctus.

27 De conſanguinitate & affinitate durare impedimentum uſque ad quartum gradum incluſiuè dictum eſt ſupra cap. non debet, de conſanguinitate.

Sed ſufficit ex una parte eſſe quintum gradum cap. fin. eodem, de conſanguinitate.

28 Sed ſi alter diſtat à ſtipite ſexto, uel ſeptimo gradu, alter ſecundo, uel tertio, coniungi non debet. ca. quod dilectio, de cõſanguinitate.

29 Verum conſanguinei mariti cum conſanguineis vxoris licitè contrahunt cap. quod ſuper, de conſanguinitate.

30 Teſtes autem, qui deponũt pro dirimendo matrimonio ex conſanguinitate, debent incipere à parentibus, uel germanis cap. tua nos, de cõſanguinitate, & hæc oppoſitio debẽt comprobari duobus uel tribus teſtibus, qui ſuperſint de eadem cognatione, uel totidem ſenioribus & melioribus loci, & teſtes debent iurare duplici iuramento, videlicet quòd deponũt ueritatem, & ſicut ipſi dicunt rei ueritatem accepiſſe à maioribus, ita credere eſſe cap. quoties 1. de teſtibus.

31 Et ſi Infideles contrahunt matrimonium intra gradus prohibitos, & conuerſi fuerint, non ſeparantur c. gaudemus. in principio, de diuortiis.

Imo proles nata de coniunctionibus infidelium in ſecundo aut tertio gradu poſt fidem acceptam utilitate publica ſuadẽte legitima reputatur c. fi. qui filii ſint legit.

Validum eſt etiam matrimonium factum in infidelitate cum vxore fratris ſine prole defuncti, quod eſt prohibitum poſt conuerſionem. c. fi. de diuor.

32 Notandum tamen eſt, quòd conſanguinitas & affinitas contrahitur etiã ex iniuſto coitu cap. per tuas, de probationibus, & cap. ſuper eo. de conſanguinitate.

Sed in Concilio Tridentino ſeſſ. 24. de reformatione matrimonii. c. 4. impedimentũ ex fornicatione, quod impedit matrimoniũ, & poſtea factum dirimit, reſtringitur ad eos tantum, qui primo & ſecundo gradu coniunguntur.

33 De legali cognatione per adoptionem eſt tex. in c. p adoptionem 30. q. 3. & cauſat impedimentum inter filium patris adoptiui, & filiam adoptatam durante ſolum adoptione cap. vnico, de cognatione legali. Sed glo. in d. ca. unico, uult eſſe perpetuum impedimentum inter patrẽ adoptiuum, & ipſam filiam adoptatam: quia prohibẽtur nuptiæ etiã ſoluta adoptione, de quo eſt tex. in l. qui etiam. ff. de ritu nuptiarum allegatus à d. gloſſ. *Palea.*

34 Lepra tamen ſuperueniens non diſſoluit matrimonium cap. 1. de coniugio leproſorum.

35 Nec etiam quæ filiam iugulauit debet ſeparari à marito, quamuis Dominus terræ eam compulerit maritum abiurare c. ſecundo, de his qui filios occiderunt.

36 Sũt ulterius duo, quæ impediũt matrimonium, ſed nõ dirimunt, videlicet tempus feriarum, & interdictum Eccleſię cap. 1. & ſequenti, de matrimonio contracto contra interdictum Eccleſiæ.

37 Maritus, uel vxor quando non poſſit petere debitum.

Affinitas ſuperueniens non dirimit matrimonium ante factum, ſed maritus, qui deliquit cognoſcendo conſanguineam vxoris ſuę, non poteſt petere debitum.

Et ſi ſuperuixerit vxori prohibetur aliam vxorem ducere cap. qui propinquam 35. q. 3. & cap. in lectum 34. q. 3.

Et vxor, quæ non peccauit, debet admoneri ne debitum petat, ſed ſi petit maritus debet reddere, cap. tuæ fraternitatis, de eo qui cognouit.

Item ſi coniux ſcit pro certo impedimentũ matrimonii, nõ debet reddere debitum,

ſed potius excõmunicationem pati: ſi autem credant ex leui & temeraria cauſa, licitè poteſt reddere,& exigere debitum uerum ſi ex cauſa probabili & diſcreta, poteſt reddere, non exigere debitum ca. inquiſitioni. 44. de ſenten.excommu.

38 Vlterius quamuis matrimonium non dirimatur, occurrit tamen ut fiat ſeparatio thori cap. quemadmodum 32.q.7.& per totam.

Quæ conceditur aliquibus caſibus, vno ex fornicatione ſpirituali, de qua in c.a.de diuortiis, ſed factam hac ſeparatione, & reuerſo ad fidem illo, qui exciderat, debet reſtitui coniux, niſi uoluerit ipſam ad religionẽ tranſire c. fi.de conuer. coniug.

39 Alius caſus eſt ex fornicatione corporali c.4.de diuortiis, quo caſu mulier adultera collocatur in clauſtris cum religioſis mulieribus ad peragendam pęnitentiã cap. gaudemus de conuer.coniug.& hoc ſi maritus noluerit eam recipere, ſed non cogitur, imo ſi vir ſciens vxorem deliquiſſe, & non egiſſe pœnitentiam, ſed permanere in fornicatione, & uixerit cum ea, reus erit & particeps eius peccati, c.3.in princ.de adulteriis.

40 Sed ſi dimiſerit, & egerit pœnitentiam & voluerit ad uirum reuerti debet, ſed non ſæpe recipere peccatricem, & glo.intelligit, quòd debet debito honeſtatis non neceſsitatis,& ſimiliter non ſæpe, ne eccleſia uideatur ei dare licentiam peccandi, quamuis ſecundùm euangelicam doctrinam maritus ſæpius debeat ei parcere.

41 Et in tãtum eſt prohibitum adulterium, ut ſi uir iuret mulieri, quòd eam ſuper nullo crimine accuſabit, eſt temerarium iuramentum: nam ſi fieret infidelis, tunc deberet incunctanter eã impetere apud iudicem ſuum, ut eam dimitteret, niſi penitus reſipiſceret cap.quemadmodum, §. illud autem, de iureiurando.

Quòd ſi expreſsè iuraſſet, quòd eam ſuper adulterio non impeteret, non eſſet ſeruandum huiuſmodi iuramentum d.cap. quemadmodum §.quòd ſi. Quia tamen non ſolùm ſepties: ſed ſeptuagies ſepties debet vxori parcere, tutius hoc caſu facit propter iuriſiurandi religionem, ſi accuſare deſiſtat.d.c.quemadmodum, §.fi.

42 Caſſat, autem hęc prouiſio, ſi mulier poſſit opponere de adulterio ſubſecuto cap. ex literis, de diuortiis, & c.intelleximus §.quocirca, de adulteriis, vti notabilis caſus.

43 Sed facta hac ſeparatione ex fornicatione corporali maritus non poteſt uiuente uxore adultera aliam uxorem ducere cap. ex literarum, de eo qui duxit.

Et ſi de facto duxerit, & filios ſuſceperit, mortua prima adultera ſeparata, illam ſecundam retinere nõ poteſt, ſed indicta pęnitentia uiro de adulterio, aliam ducere poterit in uxorem cap. 4. de eo qui duxit.

Sed ſi conſtiterit, quòd tanta uis illata fuerit, quòd non ſponte in primam conſenſerit, nec carnaliter cognouerit, poteſt retinere eam quam poſtea duxit.

Item qui uiuente vxore ſecundam inſciam duxit, mortua prima cum ſecunda nouo conſenſu interueniente poteſt remanere cap. ueniens, de eo qui duxit.

44 Sed hoc non eſt uerum, ſi hæc ſecunda machinata eſt in necem prioris, aut fidẽ dedit ſe ducturam mortua prima cap.1. & 3.de eo qui duxit.

Quibus ceſſantibus matrimonium cum ſecunda tenet cap. ſignificaſti, de eo, qui duxit.

Quamuis autem fides alicui data ſit, aut de facto contractum ſit, ſi hanc ſecundam, nec ante promiſsionem, nec uiuente legitima vxore cognouit, quamuis pro delicto ſit pœnitentia iniũgenda; non tamẽ matrimonium, quod cum ea contraxit poſt obitum vxoris primæ dirimendum eſt. c.fi.de eo qui duxit.

45 Et in tantum hæc machinatio prohibet nuptias, ut ſi infidelis cum chriſtiana cõmunicato conſilio eiuſdem maritum de medio ſuſtulerit, & per medium ſuperſtitis vxoris ad fidem translatus fuerit, non poterit legitimas nuptias contrahere ca. 1.de conuer.infidelium.

Sed infideles conuerſi ad fidem poſſunt ducere vxores illorum, quos in certamine occiderunt d.c.1.§.ad hoc ſaraceni.

Et

46 Et adeò hæc machinatio eſt odioſa, ut quàuis effectũ nõ habuerit: quia maritus chriſtianæ non fuerit occiſus, illi aſpirare nunquam poſsint ad ſecundas nuptias c.1.de diuortiis.

47 Tertius caſus ſeparationis thori eſt ex nimia ſæuitia mariti, quando mulieri trepidanti non poſsit ſufficiens ſecuritas prouideri cap. literas in fine, de reſtitut. ſpoliatorum, & rationẽ ibi ponit. §. quia ſatiſdatio non immutat malẽuolum propoſitum, ſi tamen poſsit prouideri, ceſſat ſeparatio, ut in d. cap. literas, in ultimis verbis.

48 Sed iſta ſeparatio non fit ſtatim inſtituta de crimine accuſatione, interim. n. pendente iudicio alteruter coniugum iure, quod habet in altero, non debet priuari cap. ex conqueſtione, de reſtitu. ſpoliatorum.

Et ideo propoſita dubitatione de muliere inuita, & renitente, nec ætatis ad matrimonium exiſtente ducta in uxorem ab illo, qui etiam cupiebat agere uitam diſſolutam, & propter hoc vtriuſque ſtudio fuerant minus racionabiliter ſeparati, reſcriptum eſt, ne matrimonia legitimè contracta leuitate quadam diſſoluantur, ſi conſtiterit iſtos per iudicem non fuiſſe legitimè ſeparatos, & Aleſiam, deceptam iſtos ſicut uirum, & uxorem inſimul permanẽt c. lator præſentium vii. de ſent. & re iudic.

49 Quarto etiam caſu fit hæc ſeparatio, quãdo alter coniugum ſacros ordines ſuſcipit, uel religionem ingreditur de conſenſu alterius coniugis: quia poteſt hoc fieri, ſi remanens ſit eius ætatis, ut ſine ſuſpitione incontinentiæ ualeat in ſeculo remanere, aut ipſam religionem vouere voluerit cap. 4. & 5. & cap. ad Apoſtolicam, de cõuerſ. coniugatorum. Non tamẽ compellitur intrare religionem cap. ſignificauit, eod. ti.

50 Sed ponamus, quòd maritus profeſſus ſit religionem non conſentiente vxore, & ob id coactus fuerit ad eam redire, dubitari poteſt, an mortua uxore teneatur reuerti ad monaſterium, & deciditur quòd ſic, cap. 4. de diuortiis, & cap. conſuluit, & c. ex parte 1. de conuer. coniugatorum.

51 Quando autem vxor conſentit marito intranti religionem licet per dolum, non poteſt eum repetere cap. ueniens 16. de conuerſ. coniugatorum, verùm ſi licentia data eſt per metum eum repetere poteſt, cap. accedens, eodem de conuerſ. coniugatorum.

52 Sed ſi mulier credens maritum habitum religionis aſſumpſit, & eo reuerſo de monaſterio educta fuerit poſt obitum uiri non erit cogenda ad obſeruantiam, quamuis conſultius fuerit ad ſalutem ipſius eam obſeruare cap. placet de conuerſione coniugatorum.

53 Licet autem alter coniugum altero inuito religionis uotum non poſsit aſſumere: vir tamen præter vxoris aſſenſum propoſitum peregrinationis ad terrã ſanctam uouere, & implere liberè poteſt cap. ex multa. §. in tanta de uoto, & quamuis ille diutiſsimè in peregrinatione moretur, uel etiam ab hoſtibus captus munietur, donec certum nũtium de viri morte non receperit ad aliud coniugiũ conuolare nõ poterit c. in præſentia, de ſponſ. & ca. 2. de ſecundis nup. & 34. q. 1. & 2. c. cum per bellicam, & cap. in captiuitate. Leo. Pp.

54 Non tamen omnes poſſunt matrimoniũ accuſare, ſed legitimi tantum accuſatores cap. 1. qui matrimonium accuſare poſſunt.

Et maritus principaliter accuſare poteſt, & plus cæteris admittitur c. 4. de adulteriis.

Et accuſatio perſonaliter non per ſcripturam fieri debet cap. 2. qui matrimo. accuſare poſſunt.

Et in accuſatione ſuper conſanguinitate parentes, & conſanguinei admittuntur cap. 3. eodem.

Sed ſi mulier inuita deſponſata, & propter hoc accuſat matrimonium, non auditur, ſi poſtea ſponte fuit cognita cap. inſuper; qui matrimonium accuſare. Nam matrimonium contractum ex cohabitatione conualeſcit cap. ad id, 21. de ſponſalibus.

55 Quando denunciæ fiunt pro matrimonio contrahendo, ille, qui tacuit, non auditur contra matrimonium, niſi firmauerit iuramento, quod poſtea didicerit ea,

quæ obiicit, & ad hoc malitia non accedat c.ſi.qui matrimo.accu.

56 Sed vxor non poteſt dimitti ſine iudicio eccleſiæ c.3.de diuortiis.

Et ideo ſi maritus,& vxor iurauerũt ſe nunquam mutuo petituros, & maritus inſtanter petat vxorem, & illa affirmet, quòd prius ſe faceret ſaracenam quàm rediret ad eum, monendi ſunt ad continentiam ſeruandam,quàm ſi promittãt, poterunt uiuere ſeparati, alioquin ſi vir noluerit, vxor compellitur cum uiro morari per excummunicationis ſententiam, appellatione remota, eum iuramentum fuerit temerarium c.tua nos, 24.de iureiurãdo.

Si verò impedimentum eſt notorium, epiſcopus debet diſſoluere matrimonium d. c.3.§.præterea de diuortiis.

57 Sed ſi ſententia diuortii promulgatur ex teſtibus exhibentibus iuramentum de parentela inter uirum, & vxorem, & poſtea priuatim dicunt ſe corruptos accepta pecunia falſitatis teſtimonium dixiſſe:quia non erat conſanguinitas, reſcriptum eſt,ſi vir, & vxor aut alter eorũ ad ſecunda vota tranſiuit,teſtibus de periurio & adulterio pœnitentia indicatur, ſi uerò non migrauerint ad ſecunda uota,diligenter inquiritur de corruptione, & conſtito de ea ſententia diuortii reuocatur c.ſicut nobis 9. de teſtibus.

Quando ante contractum matrimonii undecim, uel duodecim propinqui antiquiores,& præſtantiores depoſuerint nõ eſſe parentelam inter coniungendos, & poſtea accuſatore idoneo comparente ſi per tres, aut quatuor teſtes inter iam coniunctos parentela probetur, non immeritò quæri poteſt, an per hos derogetur fidei priorum teſtium,an primi poſterioribus præferatur, & reſcriptum eſt, ſi priores perſonæ in hoc ſecundo, inditio iuratè deponerent illam eadem, quæ primò dixerunt, abſque dubio eorum teſtimonia præualerent, nec eo prætextu poſſunt repelli; quia partes teſtificata didicerint: cum talis exceptio locum non habeat in hoc caſu, & intelligitur in hoc caſu; quia ſint diuerſi caſus, & probatur ibi ad aliud, & aliud iurauerint tam illi, quàm iſti c.cum in tua 44.de teſtibus.

Qui ſint teſtes ſinodales, habetur in cap.epiſcopus in ſinodo 35.q.6.& ſi iſti teſtes ſinodales ſuper cauſa matrimonii depoſuerint coram epiſcopo, uel capitulo, non compelluntur coram delegato ſuper eadem cauſa iterato deponere, niſi forte articulos nouæ quæſtionis emergat.c.præterea,de teſtibus cogendi. Evti. ctan. pp.ii.

Facta ſententia diuortii non audita vxore ob impedimentum mariti, & eius potentiam, poſſunt recipi teſtes ab utraque parte: cum teſtificata non didicerint in illo iuditio diuortii, & illa vxor poſſit inducere teſtes, quos prius induxit, uel alios,ſi uoluerit, cum non renunciauerit teſtibus producendis cap.conſtitutis 46. de teſtibus.

Et ſimiliter ſi muliere abſente vir fuit abſolutus, & uocatus à iudice appellationis non adfuit ad cauſam infirmitate prętenſa,ſed ſequenti nocte alium ſibi copulare præſumpſit, vnde fuit excommunicatus, relaxatus autem ab excommunicatione veniens, oſtendit ſententiam abſolutionis ab impetitione mulieris,quæ offert ſe probaturam à nullo fuiſſe ſubarratam: non obſtante illa illicita abſolutione procedendum eſt in cauſa, & illi uiro interdicendum, ne ad eam, quam ſuperius duxit,accedat, priuſquam fuerit cauſa deciſa,c.tenor. 1.x.de ſenten.& re iudicata.

Quamuis pars, quæ matrimonium accuſabat, teſtes produxerit, qui affirmabant conſanguinitatem inter coniuges,ſi pars oppoſita id eſſe falſum dicit,offerens tam teſtes quàm inſtrumenta,teſtes admittuntur,ſi atteſtatio non eſt publicata,c.ſeries 26.de teſtibus.

Nam ſi publicatio facta eſt probato impedimento in matrimonio contrahendo, ſi alius probare uult contra dictam probationem non admittitur, ſed ſtandum eſt priori probationi, cap. iurauit,6.de probationibus.

Matrimonium autem non diſſoluitur petente viro ex ea cauſa: quia conſobrinam vxoris cognouerit,antequam eam duceret, & producente tres teſtes de familia ſua, nec contra coniuges aliqui audiri debent,

debent, niſi probatæ eſſent uitæ, & opinionis c.in literis 24.de teſtibus.

Imo ſub Innocentio III.in concilio generali ſtatutum eſt, teſtimonium de auditu non ualere ad probandam conſanguinitatē in matrimoniis, niſi obſeruatis multis, quæ exprimuntur in textu ea ratione: quia tolerabilius eſt, aliquos contra ſtatuta hominum dimittere copulatos, quā coniunctos legitimè contra ſtatuta Domini ſeparare, cap. licet ex quadam, 47. de teſtibus.

Si mulier, quæ in iure præſtito iuramento aſſeruit virum talem in ipſam per verba de pręſenti conſenſiſſe probationes alias non habens, vir abſoluitur. Et ſi petat licentiam contrahendi cum alio, non debet dari licentia ab ordinario, ne author periurii uideatur, ſed nec etiam eſt prohibendum: quia fortè falſum iurauit, vnde potius ſuæ conſcientiæ eſt relinquendum, c.mulieri, 34. de iureiurando.

In matrimonio ſi petatur ſententia diuortii ex eo: quia accuſatores matrimonii teſtes produxerint aſſerentes uidiſſe vxorem cum conſanguineo mariti ſolam cum ſolo, nudam cum nudo in eodem lecto iacentem multis in locis ſecretis ad hoc commodis, & horis electis ex huiuſmodi uiolenta, & certa ſuſpitione poteſt ſententia diuortii promulgari: ita quòd vir licentiam habeat mortua illa ducendi aliam, mulier uerò ſine ſpe coniugii remaneat c.literis 12.de præſumptionibus.

Idem caſus in ſequenti cap. quando vir, & mulier uiſi ſunt per plana, & nemora uias, & inuia pluries conuagantes, & adſit etiam teſtimonium viciniæ.

Vrr. pp. Matrimonium etiam diſſoluitur iurantibus duobus aut tribus ex proximioribus coniugum, quòd ſi uerbis tantum propinquitatem teſtantur, & iurare noluerint, non diſſoluitur cap.notificamus.35.q.6.& forma iuramenti accuſantis matrimonium habetur in c.de parentela.1.35.q.6.

Ex Cōc. Vrs.

Quia nec etiam fit ſeparatio ad dictum unius dicentis affinitatem ſuperueniſſe cap.3.de eo, qui cognouit.

Nec etiam ad confeſsionem coniugum etiā ſi rumor viciniæ conſentiat, niſi probabiles, & fide dignæ probationes accedant cap.ſuper eo.de eo, qui cognouit.

Et ideo conſanguineis probantibus compaternitatem inter virum ſuum, ita quòd ſententia diuortii eſt promulgata, ſi dicta poſtea cōfeſſa ſit compaternitatem non fuiſſe, niſi poſt ſeparationem ad ſecundas nuptias conuolauit, ex ſola confeſsione mulieris non eſt recedendum à ſententia rationabiliter promulgata, niſi legitimè in contrarium probaretur, c. conſanguinei 11.de ſentent. & re iud.

Quamuis dictum vnius impediat contrahendum c.12.27.de ſponſalibus.

Et in tantum, quòd quando matrimonium non eſt firmatum, ſi mater alterius affirmet conſanguinitatem ineſſe non deberent coniungi, ſi uerò eſſet firmatum, non debet ſine plurium iuramento diſſolui, c. ſuper eo.§.ſuper illa, de teſtibus, quare ſi vir adeo afficit vxorem cruciatibus, & flagellis quòd inuita, & coacta confeſſa eſt parentelam. Et cauſa commiſſa duobus epiſcopis ad iudicium unius dimiſſa eſt, talis ſententia non ualet, ac mandatū eſt vxorem recipi à marito reſeruato iure, ſi apparuerint aliqui, qui uelint tale matrimonium impetere cap.cauſam matrimonii, de officio deleg.

58 Quando autem coniuges per aliquot annos, puta octo ſimul habitant, & poſtea vxor petit ſententiam diuortii: quia non ſit cognita, & volebat eſſe mater, & filios procreare inſpecta muliere à matronis bonæ opinionis & fide dignis, quę teſtantur ipſam eſſe virginem, ſi conſtat per triennium ipſos coniuges ſimul habitaſſe, & ipſos iurantes cum ſeptima propinquorum manu ſe commiſceri carnaliter nequiuiſſe, profertur ſententia diuortii inter eos c.ſi.de frigidis.

Vnde marito aſſerente cum iuramento cognouiſſe vxorem non creditur, ſi ipſa pręponat non cognitam fuiſſe, neque potuiſſe cognoſci, & hoc tam iuramento, quàm teſtimonio ſeptem mulierum cap.4.de proba.

Sed in controuerſia quando puella dicit ſe virginem & cognitam à viro, & propter hoc ingreſſa eſt monaſterium, reponitur

in

in eodem monaſterio, donec ſequatur iudicialis ſententia, & iudex debet recipere probationes viri cõtra illas mulieres, quæ fuerunt introductæ ad inueſtiganda ſigna virginitatis eius, ac etiam alias probationes, & ab vtraque parte hoc negocium contingentes: ſed quia ſæpe manus fallitur, & oculus obſtetricum, mandatur adhuc deputari honeſtas matronas prouidas, & prudentes ad inquirendum, utrũ dicta puella virginitatis priuilegio ſit munita c. cauſam matrimonii, de proba.

Dum pendet iudicium propter allegatam conſanguinitatem coniuges debent uiuere ſeparati, aliter excomunicãtur, c. fi. de matrimo. contracto contra interdictum eccleſiæ.

59 Separato matrimonio in facie eccleſiæ filii geniti uel concepti ante diuortium legitimi ſunt, & in bonis paternis hereditario iure ſuccedunt cap. 11. qui filii ſint legitimi.

Et ſi vxoratus cum alia contrahit in face eccleſiæ, proles inde nata legitima reputatur, cap. ex tenore 14. qui filii ſint legitimi, & de hoc conſilium Geminiani, 27.

60 Ac etiam ſi vxor ſeparata fuerit iudicio eccleſiæ, & uiuente primo nubat alii, & filios ſuſcipiat, ipſi legitimi ſunt, cap. per latum eſt, qui filii ſint legitimi & glo. ibi intelligit, ſolum quæſitum fuiſſe de filiis non de ualiditate ſententiæ.

61 Sed proles nata ex adulterio uiuente marito, ſi conſtat de adulterio, illegitima eſt c. cauſam quæ, qui filii ſint legi.

Ac ex matrimonio contra publicam honeſtatem contracto filii non aſpirant ad hęreditatem paternam cap. referente, qui filii ſint legi.

62 Naturales autem filii per ſubſequens matrimonium legitimi fiunt c. 1. qui filii ſint legitimi.

Nec obſtat, ſi cõcepti ſint in adulterio: quia ſufficit matrimonium eſſe tempore natiuitatis, vt per Hoſtien. Ioannẽ Andream, & Ant. Butrium in cap. tanta qui filii ſint legitimi.

Sed ſi ſunt ſpurii, ideſt concepti, & nati conſtante matrimonio, ſubſequens matrimonium eos non iuuat cap. tanta eſt vis qui filii ſint legitimi.

Sed Pivs V. ad ſupplicationem D. Caroli Campiliæ nobilis Vincentini habentis etiam filium maſculum ex prima vxore, ad tollendum dubium declarauit filios eius natos ſpurios ex eo: quia mater ipſorum tempore conceptionis & natiuitatis habebat uirum, per ſubſequens matrimoniũ cum ipſo D. Carolo eſſe legitimos, & de legi. matrimonio natos, & procreatos ac ſucceſsibiles in bonis parentũ, cõſanguineorum, affiniũ, & cognatorũ tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato; & ut quibuſcũq; honoribus præeminentiis, & aliis legitimis actib. uti frui & gaudere poſſint; & ſic iudicandum fore & eſſe irritum que & inane &c. Datum Romæ, anno Domini 1566. 16. Cal. Septemb. Pont. ſui anno primo.

Si vir, & mulier dicunt aliquem non eſſe filium ſuum, ſtatur dicto eorum, niſi indiciis, & teſtibus probetur contrarium cap. tranſmiſſæ qui filii ſint legitimi.

Sed ſi publicè vir ipſum filium ſuum eſſe cognouit, & communiter fuit reputatus filius, non creditur alteri eorum etiam iuranti contrarium c. per tuas de proba.

Ac etiam per cohabitationem decem annorum, & famam de matrimonio, quòd vir tenuerit in lecto N. ut vxorem, ac etiam ex inſtrumento, in quo ſe coniuges nominant, præſumitur pro matrimonio c. illud 11. de præſumptionibus.

64. Quando autem delegatus cognoſcit de cauſa diuortii, debet pronunciari dotem reſtitui. cap. 3. de donatio. inter uirum, & vxorem. Nam mulieribus ſeparatis à viris pro aliqua iuſta cauſa, tota dos reddi debet cap. 1. de dona. inter virum, & pars poſſeſsionis communis c. 2. eod. tit.

Sed ſi ſeparetur adulterium dotem amittit c. 4. de dona. inter virum, & vxorem.

Sed quia ſoluitur etiam matrimonium per mortem, ſtatutum eſt mulierem nubentem intra annum luctus, nõ incurrere infamiam lege ciuili ſtatutam c. 4. de ſecundis nupt.

Perdet tamen, quicquid ex liberalitate viri ei potuit peruenire, vt ibi dicit glo.

66 Sed dubitatum fuit de muliere conſilia-

ta cum aliis in mortem mariti,an ſi ſuper uixerit marito,poſsit ſecundò nubere,& reſcriptum eſt,eam eſſe ſubiectam pœnitentiæ, & abſque ſpe coniugii cap. 1. de diuortiis, maritus uerò ſi ſe defendendo aliquem illorum occidit, qui ſuperuixerit, non prohibetur aliam ducere d.c.1.

67 Item dubitatū fuit de matre, quæ calore iracundiæ filium interfecit, an poſsit nubere, & deciſum eſt epiſcopum laborare debere, eam inducere, ut tranſeat ad monaſterium, in quo peccata ſua perpetua pœnitentia deploret.

Si autem repugnante carne induci noluerit, ei licentia nubendi impartitur: quia tutius uidetur, ut in domino nubat uiri ſoli, quàm inhoneſtè multos admittat c.

68 1. de his qui filios occiderūt. Cauſæ matrimoniales iudicantur ab epiſcopo, & à iudicibus diſcretis, & nō compromittuntur. c. penul. in fine de in integ. reſtitutione, & ſententia ſuper matrimonio non tranſit in rem iudicatam, c. tenor literarum. de ſententia, & re iudicata.

69 Pro complemento huius materię uidendum in Catech. parte tertia, in præcepto ſexto, non mæchaberis, vbi quid ſit adulterium, & cur prohibitum, & de oportunis huius vitii remediis, quorum vnum eſt diuerſæ cognitiones turpidinis vicii, alterum in multis, quæ in actione conſiſtunt, ut otium, crapula, oculorum laſciuia, ornatus veſtirem, ſermones turpes, & multa huiuſmodi.

Sed quia non ſolùm eſt prohibitum adulterium, ſed etiam concupiſcentia alterius nuptæ, ideo de hac concupiſcentia uideatur in Catech. eadem parte tertia, in articulo 9. & 10. vbi de concupiſcentia naturali, & ſpirituali & carnali, & de concupiſcentia mulierum, ac de aliis cupiditatis viciis.

70 Quis ſtatus ſit illorum, qui contrahunt matrimoniū inualidè & poſtea recuſant contrahere prout promiſerunt, & quantum ad forum poli poteſt dubitari, quòd teneantur obſeruare fidem: quia mortaliter peccauerunt, & in tantum, quòd eſt peccatum irremiſsibile, ut habetur in Catechiſmo, parte 3. in præcepto, ne furtum facies, vbi tractatur de incommodis mendatiorum ut dicitur, peccatum. n. quòd inferendo falſo crimine, aut proximi famæ, & exiſtimationi obtrectando commiſſum eſt, non dimittitur, niſi calumniator ei, quem calumniatus fuerit, ſatisfaciat miuriarum, & additur. Præterea latiſſimè patet hoc detrimentum, & in cæteros diffunditur: quia vanitate, & mendacio fides & amicitia arctiſsima vincula ſocietatis humanæ tolluntur, unde inficiari non poteſt, illos, qui recuſant contrahere iuridicè eſſe in peccato mortali. Nam hæc concluſiò eſt conformis Sancto Euangelio cap. 5. Diui Mathei, ibi ſi offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris; quia frater tuus habet, aliquid aduerſus te, relinque ibi munus tuū ante altare, & uade prius reconciliare fratri tuo, & tunc ueniens offeres munus tuum.

Iſti igitur, qui non ſeruat fidem, nō poſſunt offerre præces Deo, nec habere abſolutionem in confeſsione, nec ſanctam eucharistiam ſummere, & ſunt immemores ſalutis æternæ.

Nec poſſunt prætendere pœnituiſſe; quia talis prætenſa pœnitentia nihil iuuat, vt de pœniten. diſtinctione 3. per totam, ſed pręcipuè in cap. ille pœnitentiam & cap. pœnitentias in fine, & cap. ſeq. & in cap. quæ admiſſa, & ſeq. vbi habetur, irriſorē eſſe, non pœnitentem, qui hoc agit, quod pœnitet, & qui plang t admiſſa, nec deſerit, inaniter ſe mundat, imo pœnę grauiori ſe ſubiicit.

Quod fundamentum adiuuatur; quia pœna ſeductionis eſt in Exodo cap. 22. & in c. 1. de adulteriis. Nam dicit Dominus, ſi ſe duxerit quis virginem, dormieritque cum ea, dotabit eam, & habebit vxorem, quæ diſpoſitio interpetrata eſt à ſummo Pont. in cap. ſecundo eodem, vt ſi renuendum putauerit, caſtigetur corporaliter, excōmuniceturque, & in monaſterio, in quo agat pœnitentiam, detrudatur, de quo nulla ſit egrediendi ſine præcepto licentia, & in quantum Innoc. dicit, uel dotem det, intelligitur, ſi pater dare puellam voluerit in matrimonio.

Debent

FARIA. PP. et Ex Cõs. apud Vercetiam. Debent ulterius iſti conſiderare, ſe eſſe prohibitos alias vxores ducere. Nam ſi aliquis contrahit matrimonium ſcienter in gradu prohibito, non poteſt amplius vxorem ducere cap. qui propinquam. & duobus ſequentibus 35. q. 3. ſicut igitur in illo caſu, quamuis matrimonium non valeat imo declaretur nullum; & tamen non põt alia duci, ita pariter dicendum eſt, tales prohibitos eſſe, aliud matrimonium contrahere, & procedit argumentum à fortiori; quia in contractu gradus prohibiti contrahens prohibetur eam habere vxorem: ſed in hoc caſu poteſt (ſi uult) ea haberi. Item in illo caſu, aliquando poteſt concedi diſpenſatio, ut dicit Archid. in d.c. qui propinquam, videlicet ex cauſa iuuenilis ætatis, & quando non poteſt continentia ſeruari: vt probatur 33. q. 2. cap. interfectores, & cap. in adoleſcentia, quæ diſpoſitio in hoc caſu non ſeruaretur: quia iſta ratio iuuentuti, & non continentiæ ceſſat cum poſſit adimpleri promiſsio & fides ſeruari & haberi vxor ſine diſpenſatione. Et hoc quò ad forum Poli, ſalua tamen determinatione S.R.E. Pro uota intelligentia.

NICOL. PP. & LEO. PP. IIII.

De hac materia habemus Vincētiæ conſtitutionem Synodalem, qua cauetur ita.

Si quis fide data per uerbum de preſenti & coram teſtibus cum aliqua puella contraxerit, & poſtea ſub prætextu non ſeruatæ formæ Concilii fidem datam infringere, nec de nouo iuxta formam Concilii contrahere, ſed potius contractum dirimere uoluerit, & in præſentia populi pœnitentiam agere recuſauerit, noſtro arbitrio puniatur.

FINIS V. PARS.

SEXTA PARS IVRIS CANONICI.

DE IVDICIIS POENALIBVS ET DE CENSVRIS ECCLESIASTICIS.

DISTINCTIO PRIMA.

DE ACCVSATIONIBVS, INquiſitionibus, & denunciationibus.

1 IN omni negocio hę perſonæ quęruntur, Iudex, accuſator, reus, & tres teſtes; iudex dictus quaſi iuſdicens populo, ſiue quòd iure diſceptet; iure autem diſceptare, eſt iuſte iudicare; Non eſt ergo iudex, ſi non eſt in eo iuſtitia. Accuſator vocatus eſt, quaſi cauſator; quia ad cauſam vocat eum; quem appellat, reus à re, quæ petitur, nuncupatur; quia quamuis cōſcius ſcœleris non ſit, reus tamen dicitur, quādiu in iudicium pro re aliqua petitur; teſtes antiquitus ſuperſtites dicebantur, eò quòd ſuper cauſæ ſtatu proferebantur, nunc parte ablata nominis, teſtes vocantur; Teſtes autem conſiderantur natura & vita; Natura ſi vir, non fœmina; nam uarium & mutabile teſtimonium ſemper fœmina producit; vita, ſi innocens & integer actu; nam ſi vita bona defuerit, fide carebit, non enim poteſt iuſtitia cum ſcelerato homine habere commercium, de verb.ſign.c.forus.§.in omni quoque.

2 Si igitur legitimus non fuerit accuſator, non fatigetur accuſatus, de accuſatio. capit. 1.

Et de his criminibus, de quibus abſolutus eſt accuſatus, non poteſt accuſatio replicari.c.6.de accuſat.

Item à denunciatione repellitur is, qui charitatiuè non præmonuit, de accuſatio. cap.2.

Item à denunciatione repellitur publicus concubinarius; excommunicatus, & qui non præmonuit.ca.20.eod.

Item repelluntur ad accuſandum cohabitātes inimicis.c.7.de accuſ.

3 Accuſatorum perſonæ nunquā recipiantur ſine ſcripto, nec abſente eo, quem accuſare uoluerit, quibuslibet accuſare permittitur.cap.accuſatorum.2.q.8. Et qui crimen obiicit, ſcribat ſe probaturum, & qui non probauerit, quod obiicit, pœnam, quam intulerit, ipſe patiatur.c.qui crimen.2.q.8. Cali. pp.

At aduerſus presbyterum non recipiatur inſcriptio abſque duobus uel trib. idoneis teſtib.c.accuſatio.2.q.7. Sixt. pp.

4 Si autem quem pœnituerit accuſare criminaliter & inſcriptionem feciſſe de eo, quod probare non potuerit, ſi cum accuſato innocente conuenerit, inuicem ſe abſoluant: ſi uerò iudex accuſatum criminoſum cognouerit, de colludio pœnam accipiāt, legibus conſtituta. c.ſi quem, in princ.2.q.3. Gre. pp.

5 Accuſatorum temeritas tribus modis detegitur, aut enim calumniantur, aut præuaricantur, aut tergiuerſantur; calumnia-

notan-

ri eſt falſa crimina ſcienter intendere: præuaricari eſt uera crimina abſcõdere: tergiuerſare eſt, in uniuerſum ab accuſatione deſiſtere. c. ſi quẽ. §. notandũ. 2. q. 3.

Fab. pp. 6 Conuicium uero nõ eſt pro accuſatione habendum; utputa, ſi quis iratus crimen cuilibet temere obiecerit, ſed permittitur ſpatium tractandi, ut fateatur ſe probaturum id, quod iratus dixit; quia ſi fortè noluerit iterare, aut ſcribere, quæ per iracundiam dixit, non ut reus criminis teneatur. c. ſi quis iratus. 2. q. 3.

Ex Lib. Cod. 7 Sed accuſatis deneganda eſt licentia criminandi, priuſquàm ſe crimine, quo premuntur, exuerint: quia non eſt credendũ contra alios, eorum confeſsioni, qui criminibus implicantur; cap. neganda. 1. 3. quæſt. x1. Sed intelligitur impari, vel minori crimine, ſecus ſi de maiori crimine accuſatorem occupare voluerit, veluti ſi accuſatus de fornicatione uoluerit accuſatorem ſuum impetere de periurio, de homicidio, vel quolibet alio huiuſmodi crimine. c. non eſt credendum. §. hoc autem. 3. q. x1. (Ex codẽ. Cod.)

Ex Cõc. Carthag. viij. In omnibus, quibus accuſatio denegatur, in propriis cauſis, accuſandi licentia nõ eſt deneganda; c. omnibus 4. q. 6.

Fab. pp. 8 Sed nullus accuſator pſumat eſſe iudex, vel teſtis: quia in omni iudicio quatuor debent eſſe perſonæ, iudices, accuſatores, defenſores, atque teſtes. c. nullus unquam. 4. q. 4.

9 Laici uerò non admittuntur ad accuſandum clericos. c. cum P. de accuſ.

Sed admittuntur, ſi proſequuntur iniuriam ſuam, uel ſuorum: ut per gl. ibid.

Nec etiam clericus admittitur, quando eſt ſuſpectus de inimicitia, ut puta, ſi prius fuit teſtis contra accuſatum. d. ca. cum P. §. cumque. Sed datur utriſque presbyteris purgatio canonica, cum tribus ſacerdotibus d. c. cum P. §. ſed utriſque. Accuſatori autem calumnioſo datur pœnitẽtia. c. 8. de accuſ.

10 Subdiaconus calumnioſè accuſans Diaconum priuatur officio ſubdiaconatus, & uerberibus publicè caſtigatus in exiliũ deportatur, de calum. c. 1.

11 Sed cum accuſator facit gratiam accuſato; iudex debet ſubtiliter perſcrutari, ne forte non ex charitate, ſed ex præmio ſit eorum concordia comparata, de colluſ. deteg. c. 1. & 2.

12 Et commiſſa cauſa à ſede Apoſtolica ſuper inquiſitione facienda ſi per colluſionem cum inquiſitoribus, & teſtibus exceſſus remanſerunt incorrecti, & de colluſione, & corruptione conſtiterit, ex integro ſuper præmiſsis, & aliis proceditur, alioquin, ſuper nouis duntaxat. c. ſi eo.

13 Et cõfeſſus crimen, coram deputato inquiſitore, punitur ex confeſsione non obſtante, quòd opponat, non eſſe antea diffamatum; vel capitula ſibi tradita nõ fuiſſe; ſuper quibus inquiſitor uolebat inquirere, cap. 1. de accuſat. in 6. Ac ex confeſsione ſimoniæ commiſſæ ab omni beneficio, & officio eccleſiaſtico deponitur. c. 2. de confeſſ.

14 Item pœnitẽtes, ſcilicet publicè bigami ſacerdotes accuſare non poſſunt; nam Apoſtoli, & eorum ſucceſſores ſtatuerũt: ut non accuſent ſacerdotes, nec in eos teſtificentur, qui ſui ordinis non ſunt, nec eſſe poſſunt; ca. Beati. §. item pœnitentes, & ſeq. c. 2. q. 7. Amb.

Item monaci ſacerdotes accuſare, vel in eũ teſtificari non poſſunt; quia habẽtur pro mortuis. c. placuit. ca. 2. q. 7. Adr. pp.

15 Et quoties clericis ab accuſatorib. multa crimina obiiciuntur, & vnum ex his, de quo prius egerint, probare nõ valuerint, ad cætera iam non admittantur. cap. placuit. 3. qõ. 10. Et eſt deciſio Concilii Carthaginenſis. vrj. ratio colligitur in c. fin. ead. q. quia uidelicet deficiẽtes in primo cap. tanquàm falſorum obiectores ad ſequentia procedere non ualent. Ex Cõc. Carthag. Septimo. & Felix. pp.

DE INQVISITIONE.

16 Si ad inquiſitionem fuerit procedendum, inimici manifeſti, & qui cum hoſtibus inquirendi conuerſantur, conſanguineuſque ac complices teſtes non admittuntur, ſed per uiros idoneos ſuper his, quæ geſta ſunt, ueritas inquiritur diligenter; & ſi quid graue probatum fuerit, purgatio canonica inquiſito indicitur. cap. cum

cum dilectus.20.de accuſat.

Si per inquiſitionem crimen probatum fuerit,quod ordinis executionem, aut retentionem beneficii etiam poſt peractam pœnitentiam impediret, puta ſi homicidium commiſiſſet,vel adeptus eſſet ordinem,aut beneficium, uitio ſimoniæ, iſto caſu erit, ſicut in accuſationis iudicio procedendum, alioquin ſecundum perſonæ merita, & qualitatem exceſſus pœnam poterit iudicantis diſcretio moderari cap. inquiſitionis.21.in principio de accuſat.

17 Quando duo vel plures iurati affirmant, aliquem crimen aliquod ciſdem uidentibus commiſiſſe, de quo aliqua infamia non laborat ſeu clamoſa inſinuatio non proceſsit, propter dicta paucorum, nullus damnandus eſt. Aut ſi quis ſchedulas occultè tradunt infamationem continentes ad petitionem eorum procedendum non eſt ad inquiſitionem, aut etiam aduerſus eos, contra quos fit inquiſitio, fides adhibenda eſt,dictis eorum, qui poſt iuramentum,uel ante,tacitè, uel expreſſe inimicos ſe aſſerunt eorundem, niſi fortè ante iuramentum in fraudem id facere præſumatur;d.cap.21.§.tertię.

Item ualeat inquiſitio ſuper ueritate criminum omiſſa inquiſitione infamiã ; ſi reus præſens tacuit.cap.2.de accuſat.in 6.

Non tamen ad dictum confitentis crimen proprium alteri eſt infligenda pœna ; ſi tamen infamia huiuſmodi laborare cognoſcitur, adiunctis tribus ſociis ſui ordinis purgatio iniungitur c.1.de confeſsis.

18 Sed propter famam & deponentium credulitatem duntaxat non erit ad depoſitionis ſententiam procedendum, ſed infamato canonica poterit indici purgatio ſecundùm arbitrium iudicantis, qui propter dicta paucorũ eum infamatum reputare non debet, cuius apud bonos, & graues læſa opinio non exiſtit. cap.inquiſitionis 21.§.fin.

19 Ad corrigendos ſubditorum exceſſus tanto diligentius debet prælatus aſſurgere, quanto damnabilius eorum offenſas deſereret incorrectas,contra quos, vt de notoriis exceſsibus taceatur, & ſi tribus modis poſſit procedi, per inquiſitionem uidelicet,denunciationem,& accuſationem ipſorum ; tamen vt diligens adhibeatur in omnibus cautelá, ne fortè per leue compendium veniatur, ſicut accuſationem legitima debet præcedere inſcriptio,ſic denũciationem charitatiua, monitio, & inquiſitionem clamoſa inſinuatio præuenire, illo ſemper adhibito moderamine,ut iuſtam formam iudicii ſententiæ quoque forma dicetur.c.qualiter 2.§.ad corrigendos.vſque ad fi.

20 Cruciatibus tamen non eſt extorquenda confeſsio, & auctoribus Eccleſiæ con Alex. pp.
feſsio non compulſa, ſed ſpontanea fieri
debet; peſsimum enim eſt de ſuſpicione
quemquam iudicare, cum magis ſit in-
21 ſpector cordis Dominus, quàm operis.
Non poteſt tamen humano condemnari
examine,quem Dominus ſuo reſeruat iu
22 dicio; Si omnia namque in hoc ſeculo
uendicata eſſent, locum diuina iudicia
non haberent.cap. ſi quando. vſque ad §.
23 item eſt 15.qõ.6. Nec etiam ſacerdotes
carceribus ergaſtulis retrudi debent, ut
ſaltim his territi inſidiis ſuis faueant uoluptatibus. dicto cap. ſi quando. §. item eſt hoc.

24 Item ipſa pietas,ueritas, charitas nõ permittit contra aliquem eorum hominum *Aug.* accipere teſtimonium, quos in eccleſia non uidemus;cui dominus perhibeat teſtimonium:quos enim diuina teſtimonia non ſequuntur, pondus humani teſtimonii perdiderunt.cap. ipſa pietas in princ. 23.quæſt.4.

25 Parentes qui in uno lecto dormientes *Steph. r.* cum infantibus ipſi infantes mortui reperiuntur, non debent ſe purgare ferro candente,aut aqua feruente, ſeu alio quolibet examine,ſed monendi ſunt, & proteſtandi, ne tam tenellos ſecum in uno lecto collocent, ne negligentia qualibet proueniente ſuffocentur,& opprimãtur: nam confeſsionem extorqueri ferri candentis,vel aquæ feruentis examinatione ſacri canones non cenſent. Et quod ſanctorum patrum documento ſancitum nõ eſt,ſuperſtitioſa adinuẽtione non eſt præſumendum: nam occulta & incognita il-

li ſunt reliquenda, qui ſolus nouit corda filiorum hominum c.conſuluiſti.2.q.4.

Ex Concilio Guarmacienſi. 26 Si in monaſterio furta perpetrantur fratres de talibus expurgare ſe debent hoc modo: Miſſa celebretur ab Abbate, vel ab aliquo ex fratribus,& omnes communicentur in hæc verba (CORPVS DOMINI SIT TIBI HODIE AD PROBATIONEM)cap.ſæpe contingit.2.q.4.

Ex eodē. 27 Si duo de adulterio inculpati fuerint, & unus profiteatur,alter neget, decretũ eſt in ſancto Concilio,vt ille, qui negat probabili ſe iudicio expurget, & qui profeſſus fuerit dignam pœnitentiam agat. ca. interrogatum eſt,2.q.4.

Ex eo dē. Sed ſi duo accuſati fuerint de adulterio, & ambo negauerint,& orant, ſibi concedi, ut alter illorum utroſque iudicio purget diuino. ſi unus in eo ceciderit, ambo rei habeantur.c.ſtatuit 2.q.4.

Ex eodē. 28 Pro ſingulis miſſa celebretur, qui de aliquo crimine accuſantur.c.ſi.2.q.4.

29 Si clerici concubinas habent, ipſæ concubinæ poſſunt puniri a iudice eccleſiaſtico: ut per Petrum Rebuffum in cōcordatis titulo,de publicis concubinariis. & per gloſſam in cap.eos 32.diſtin.& latiſsimè per Stephanum Aufreii tract. de poteſtate ſeculari ſuper perſonis eccleſiaſticis,in 2.reg.nu.34.

DE SIMONIA.

LEO PP. 30 GRATIA ſi gratis non datur,uel accipitur,gratia non eſt; ſimoniaci autem gratis non accipiunt, ergo gratiam non accipiunt.cap.gratia 1.q.1.

GRE. PP. Qui per ſimoniam manus imponunt, peiores ſunt,quã Macedonii,qui ſpiritumſanctum dicunt ſeruum patris,& filii; ſimoniaci autem efficiunt ſpiritumſanctum ſuum ſeruum. cap.eos qui.§. tolerabilius ead.1.q.1.

Leo Epiſcopus. Principatus quem aut ſeditio extorſit, aut ambitio occupauit, etiam ſi moribus,aut actibus non offendit, ipſius tamen initii ſui eſt pernicioſus exemplo, & difficile eſt,ut bono peragantur exitu ea,quæ malo ſunt inchoata principio cap. Principatus,1.q.1.

31 Sacramenta ſimoniacorum, & cæterorum hæreticorum licet ſint vera, quantùm ad formam; inania tamen ſunt,& falſa quantum ad effectum: cum nō poſsint in cordibus hominum gignere,vel accendere cœleſtem gratiam.c.ſicut eunuchus. §.quid in his.1.q.1. *Auguſt.*

Nec obſtat, quod ſic Deus adeſt ſacramentis,& uerbis ſuis, per quoſcunque adminiſtrentur, quorum ſacramenta & uerba recta ſunt,ſicut mali homines quibus nihil proſunt,ubique peruerſi ſunt,ideſt intus,& foris.cap.ſic autem reus.ead.1.q.1. *Idem*

Et ſicut ficti ueraciter non fictè recipiunt,ſic & illa,quæ ſciſmatici, & hæretici non aliter habent, nec aliter agunt, quam vera Eccleſia,dum ad nos ueniunt, non emendamus,ſed potius approbamus.c. ſicut ficti.ead.1.q.1. *Idem*

Quia reſponſio eſt,cōtraria procedere quo ad eſſentiam ſacramenti,quod habere etiam Simon Magus potuit,deciſio autem procedit in operatione Spiritusſancti, quam niſi boni habere non poſſunt,ideſt charitas,quę aperit multitudinem peccatorum,& proprium donum eſt catholicæ veritatis,& pacis,nec eſt in omnibus donum eius;quia nec omnes ſunt eius. cap. multæ autem §.cumque aliud 1.q.1. *Idem*

Item notandum,quòd ſacramenta alia ſunt neceſsitatis,alia dignitatis,& illa neceſsitatis:quia iterari nō poſſunt,cum ſint uera,auferri,non debent, ſed cum pœnitentia rata eſſe promittuntur; illa verò ſacramenta,quæ dignitatis ſunt,niſi dignè fuerint adminiſtrata, ita ut digni dignè à dignis promoueantur, dignitatis eſſe deſinunt;non ut minuatur veritas ſacramenti: ſed ut ceſſet officium adminiſtrandi, vel loco,uel tempore,vel promotione.c. remiſſionem §.ſed notandum.1.q.1. *Idem Aug.*

Sicut non debet Epiſcopus manum, quam imponit,ita nec miniſter, vel notarius in ordinatione eius vocem,vel calamũ uendere; de ſimonia c.1.

32 Pro benedictionibus nubentium, & exequiis mortuorũ nihil exigi debet de ſim. c.29.& 42.in prin.

Pro chriſmate,& inueſtitura eccleſiarum nihil exigi debet, nec excuſat conſuetudo.

de

de monia.cap.36. & de chriſmate.c.16. &c.21.eod.

33 Ordinatus ab Epiſcopo ſubdiaconatus ordine,quem poſtea ex relatione quorũdam didixit multoties uitium ſimoniæ commiſiſſe, poteſt in ipſo ordine adminiſtrare,ſed ad ſuperiores contra conſcientiam non aſcendet,de ſim.c.35.

34 Sed ordinatio non dicitur ſimoniaca,licet ordinatori aliquid donatum fuerit: cum in accipiendis, uel dandis munerib. qualitas attendatur; Item qualitas muneris,& donationis tẽpus, & illa dona prohibentur,quæ animum accipientis allicere,vel peruertere ſolent, ſed ſi inclinare, uel mouere non debent, Romana eccleſia interpretari conſueuit, neque accipiẽtem,neque donantem in his delinquere. c.& ſi quæſtionis 18.de ſimon.

35 Simoniacum eſt,aliquid exigere pro cõſecratione Epiſcoporum,benedictionib. Abbatum,& ordinationibus clericorum; nec excuſat conſuetudo,quæ dicenda eſt corruptela,de ſimon.c.39.

36 Inhibetur epiſcopis,ne decedentibus eccleſiarum Rectoribus ipſas eccleſias interdicto ſupponant,donec certa pecunia perſoluatur;Item cum miles, aut clericus domum religionis ingreditur, uel apud religioſos eligit ſepulturam, ſi nihil loco

37 religioſo reliquerit,ſimiliter prohibetur Epiſcopis,nè difficultates ingerãt,& malitias, donec aliquid muneris manus contingat eorum,de ſimon.c.41.

38 Debitor excommunicatus; quia creditori non ſatisfecit,beneficium abſolutionis non debet redimere.c.24.eod.

39 Recepto in canonicum debetur præbenda & redditus,conſuetudine non obſtante, quod prandium habere debeant a canonico recepto de nouo. de ſimonia. capit.44.

40 Simoniacum eſt,pretio,uel fauore celare peccatorem,uel reconciliare non pœnitentem,vel dignè pœnitentem à reconciliatione repellere.de ſimo.c.14.

41 Item qui habet beneficium pro recompenſa negotii, ſeu obſequii temporalis, eſt ſimoniacus.c.cum eſſent.12.eod.

Electio ſimoniaca eſt caſſanda, ſi propter hoc electoribus promiſſa fuit pecunia, quanuis electus ignoraret, niſi conſtaret illos,qui promiſſum tale fecerunt ꝑ fraudem in diſpendium illius, qui eligendus erat,id malitioſè feciſſe.de ſimo.c.27.

42 Ordinati ſimoniacè,ſed ignorantes, qui ſimoniaci non ſunt,poſſunt in ſuis ordinibus remanere,c.22.eod.

Si contradicentes electo pro pecunia de uoluntate electi tradita à cõtradictione ceſſat, iſte confirmatus multum ſibi conſulit,ſi adminiſtrationem celeriter,ac ſponte dimittat, illius verbi memor exiſtens, nihil prodeſt homini, ſi uniuerſum mundum lucretur,animæ uerò ſuæ detrimentum patiatur.de ſim.c.23.

43 Non eſt tamen ſimonia, ſi datur prælato pecunia ne ipſum in iure ſuo de facto moleſtet,immo illam repetit, ſi promiſſa nõ ſeruantur.c.28.eo.

44 Prohibentur prauæ exactiones, ac præcipitur pias conſuetudines obſeruare, ac ſtatuitur,ut liberè ſacramenta eccleſiaſtica conferantur, cap.42.§. quapropter de ſimonia.

45 Abbas & monaci ſi pro receptione monaci receperunt pecuniam ex pacto, ab officio,& beneficio ſuſpenduntur,& taliter recepta pecunia reſtituitur, & in aliud monaſterium ita receptus trãſfertur, de ſimon.c.19.

Quod intelligitur de arctiori monaſterio; ſi autem ipſo ignorante pecunia data fuerit, cogitur is ad renunciandum loco eidem,& poſtmodũ in ipſum redire, ſi abſque ſcandalo poterit remanere, vel in alio, qui ſit de ordine ſuo ad ſeruiendum Deo,poterit collocari.de ſimo.c.25.

Quod ſi fortè propter nimiam multitudinẽ alibi nequiuerint cõmodè collocari, ne damnabiliter in ſeculo euagentur, recipiuntur in eiſdem monaſteriis,diſpenſatiuè de nouo mutatis priorib. locis,& inferioribus aſſignatis.de ſimo.c.40.

46 Si clericus ad ſacerdotii ordinem pręſentatus, præſentatori aliquid dedit ex pacto,& hoc non eſt publicum, ſed ſecretũ; idem ſacerdos ſecretò monetur ſine ulla coactione ordinem alicuius religionis aſſumere,ut perpetuò ab officio abſtineat,

quod illicitè acquiſiuit. Alioquin nõ erit tutum (cum ſit ſecretus exceſſus) ipſum in uitum ab eodem officio coercere: illi tamen ſecreta pœnitentia, prout Epiſcopo viſum fuerit, iniungitur. de ſim. c. 20.

Non imputatur electo, ſi eo prohibẽte, pro ipſius confirmatione pecunia data fuerit, præſertim cum ille, qui exoluit, nulla fuerit conſanguinitate coniunctus, niſi poſtea conſenſerit pecuniam ſoluendo promiſſam, aut redendo ſolutam. cap. 23. eodem.

47 Cum D. vellet in ſubdiaconum ordinari & certum titulum non haberet, quendam presbyterum exorauit, ut ipſum ad Eccleſiæ ſuæ titulum præſentaret, & cum recuſaret ipſe, illi firmiter repromiſit, quod nunquam, ſi præſentaret eundem in eccleſia ſua aliquam peteret portionem, & ſic ad præſentationem eius extitit ordinatus. nec ſe in hoc illicitũ egiſſe aliquid intellexit; ſed adeo errauit, vt niſi eum eo fuerit miſericorditer diſpẽſatum, nec ad ſuperiores aſcendere, nec in ſuſcepto debet ordine miniſtrare. de ſim. c. 37.

48 Quicunque cupiditate parentum, cum adhuc paruuli eſſent, eccleſiarum partes pro pecuniam adepti ſunt, poſtquam eas omnino dimiſerint, ſi canonicè uiuere voluerint pro magna miſericordia ibi eſſe conceditur, nec ex hoc facto remouentur à ſacris ordinibus, ſi aliàs digni ſunt. c. quicunque 1. q. 5.

Et ignorantia non excuſat à reatu criminis: quia eccleſias debent omnino dimittere, cap. eos, qui. §. ex hac itaque. eadem. 1. quæſt. 5.

Item ſi pater interuentu pecuniæ filio præbẽdæ beneficium acquiſiuit, & ad annos diſcretionis pertueniens in manus prępoſiti, & fratrum liberè reſignauit, & illi cõpatientes de nouo illum in ſuum canonicum elegerunt, contentus exiſtẽs ultima electione, ratione primum nihil audere debet in ipſa eccleſia uendicare. c. ex inſinuatione. 16. de ſimo.

Ver. pp. 49 Illi verò, qui per ſe ipſos cum maioris ætatis eſſent, nefanda cupiditate ducti, eas emerint, ſi in aliis eccleſiis canonicè uoluerint uiuere ſeruatis propriis ordinib. pro magna miſericordia ibi eos miniſtrare permittitur, d. cap. quicunque §. illi uerò. 1. q. 5.

Quod ſi ad alias transferri nõ poterunt, minoribus ordinibus contenti ad ſacros ordines non aſcendant, d. cap. quicunque. §. quod ſi aliàs. 1. q. 5.

Item ſimoniacus, ſi eſt occultus, quò ad ſe eſt ſuſpenſus: & ideo renuncians beneficio per ſimoniam habito, poſt peractam pœnitentiam poteſt vti ordine ſuo & aliis beneficiis licitè habitis: ſed beneficio illo retento, in quo ſimonia eſt commiſſa, non poteſt agere pœnitentiam. Si verò eſt manifeſtus, eſt ſuſpenſus quò ad ſe & alios ipſo iure. Vnde quanuis renunciet beneficio a ſe acquiſito, indiget diſpenſatione, ſicut quilibet notorius criminoſus: At Epiſcopus poteſt diſpenſare: dummodo non ſit ille, cum quo commiſit ſimoniam. Tunc uerò dicitur occultus, quando non conſtat per ſententiam, uel confesſionem in iure factam nec per rei euidentiam quæ nulla poſſit tergiuerſatione cœlari: vt in ſumma Angelica in verbo ſimonia. v1. uerſ. vtrum.

50 Si clericus cum pacto confert eccleſiæ bona ſua, ita vt in ipſa recipiatur in canonicum, ſimonia committitur, ſi verò purè ac ſine pacto, vel conditione qualibet offerat, rogans humiliter, vt in canonicũ admittatur, & bona ſua retinere ſibi liceat, pro præbenda, & clerici eiuſdem eccleſiæ purè conſentiant, huiuſmodi receptio fieri poterit abſque ſcrupulo ſimoniacæ prauitatis, & hoc, quia eccleſiæ datum eſt de manifeſtis tantummodo iudicare: ſi enim is, qui talem facit donationem, & intentione ducatur, vt temporalia bona, quæ offert, ſpirituale valeat adipiſci, & clerici, qui eum in fraudem admittunt, non eſſent eum, niſi commoda temporalia perciperent, admiſſum, ſine dubio, tam ille, quàm iſti, qui ſcrutator eſt cordium, & cognitor ſecretorum, culpabiles iudicantur. cap. tua nos. 34. de ſimon.

51 Ex hoc textu habemus deciſionem Caſſiadori hoc titulo de ſimon. 2. qua diſponitur, non eſſe ſimoniacum mandatum

ad

ad reſignandum beneficium purè,nec nõ petendum, & obtinendum de beneficio reſignato prouideri,puta Alphonſo,dum modo non ſit clauſula, & non aliàs, nec alio modo,quod etiam cum dicta clauſula, & in fauorem certæ perſonæ admittitur ſine uitio ſimoniç,ſi eſt mandatum ad reſignandum in manibus Papæ.

52 Simoniaca peſtis ſui magnitudine alios morbos vincit, & mox vt eius ſigna per aliquam perſonam claruerint de eccleſia Dei debet elimari,atque repelli, de ſimonia. cap.6. Nam omnis peccator miſſam cantare poteſt, præter ſimoniacum ca. 8. de ſimon.

53 Quilibet catholicus non eſt reſpuẽdus, ſed vt veritatem afferat,ad propalandam ſimoniacam rabiem, magnis eſt pręcibus exortandus.c.3.eod.

Item ſimoniacum accuſare poſſunt mœretrix,& criminoſus.c.7.eod.

54 Si manifeſtum ſit, clericos ſimoniam cõmiſiſſe,vt in iure confeſſi fuerint,vel legitimè conuenti ab altaris miniſterio ſunt perpetuò deponendi, ſi verò id manifeſtum eſt,nec tamen inde conuicti vel con feſſi fuerint,ſed tantùm publica laborant infamia, eis canonica purgatio debet indici,in qua ſi defecerint,tanquàm auctores tantò ſcœleris ſunt puniendi,cap. per hoc.x1.de ſimon.

Item illis, quorum crimen non eſt publicũ, & notorium,ſi publica laborant infamia cũ quinta uel ſexta manu ſui ordinis purgatio indicitur, in qua ſi defecerint, beneficiis eccleſiarum perpetuò priuantur. cap.13.eod.

55 Contra teſtes, qui deponunt de ſimonia in iudicio inquiſitionis:quia non per accuſatores,ſed per teſtes crimina comprobantur,ne vel innocentiæ puritas, confuſa ſuccumberet, vel ſimoniæ prauitas impunita effugatur, æquitate penſata illæ, duntaxat exceptiones oppoſitæ probandæ admittuntur, quæ probatæ non de zelo iuſtitiæ,ſed de malignitatis fomite pro cedere uidebuntur.cap.licet Heli.31.de ſimon.Vtputa conſpirationes, & inimicitiæ capitales: cæteræ autem exceptiones vt furti,& adulterii non repelluntur:quo niam & ſi probatæ fidem teſtium debilitarent in aliquo,non tamen euacuarent ex toto aliis adminiculis ſuffragantibus,præ ſertim eum teſtes de crimine fuerint emẽ

56 dati. Et tales teſtes admittuntur,non ſecũdùm rigorem iuris,ſed ſecundùm temperantiam æquitatis, cum ageretur non criminaliter, vt deponeretur ab ordine, ſed ciuiliter vt ab adminiſtratione amoueretur:cum vtique ex leuiorib. cauſis pręlati poſſunt ab adminiſtratione amoueri c.per tuas.32.eod.

57 Nam etiam mediatores, per quos ſcœlus ſimoniæ plerunque committitur ad teſtimonium contra ſcœleris eiuſdem auctores in deteſtationem criminis admittuntur,ſi non agatur criminaliter, ſed ciuiliter, & emolumentum exinde nõ fuerint aſſecuti.c.r.de teſt.li.6.

Non tamen admittitur ille, qui aſſerit ſimoniam commiſiſſe cum illo,contra quẽ deponit.c.veniens.x.de teſtib.

58 Item pro reuelatione huiuſmodi criminis,etiam ſi complices fuerint, nõ ſolum veniam; ſed etiam gratiam conſequẽtur, ſi eorum iudicio participes tãti criminis ualeant coerceri,quod ſi non fecerint,ab ſolui non ualeant, donec prædicta reuelẽt, & cõplices huiuſmodi detecti arctius puniantur. in extrauagan.Pauli II.in hoc tit.in communib.

59 Simoniaci verò ultra pęnas ſupra deſcriptas aliam incurrunt ex eadem conſtitutione Pauli II. nam omnes ſimoniaci cuiuſcunque dignitatis,aut ſtatus ſunt, ipſo facto excommunicati,nec poſſunt abſolui niſi à Romano Pontifice, præterquam in mortis articulo conſtituti.

60 Nec habent ſimoniacè ordinati ſui ordinis executionem.

61 Et electiones,aut aliæ prouiſiones, per ſimoniam factæ non valent, nec ius percipiendi fructus tribuunt.

62 Et ut huiuſmodi labiis contagio frequẽtius reprimatur omnibus & ſingulis eccleſiaſticis, ſecularibuſque perſonis cuiuſcunque dignitatis,ſtatus,gradus,ordinis, vel conditionis fuerint,in uirtute ſanctæ obedientię iniũgitur,vt eos omnes, quos ſimoniam commiſiſſe,vel procuraſſe,aut

in ea mediatores eſſe ſciuerint; Pontifi-
ci, vel cui idem Pontifex duxerit commit
tendum per ſe, vel alios reuelare, quan-
tocius non omittant: ut in ead. conſt. Pau-
li II. tit. de ſimon. in commun. extrauag.

NE PRAELATI VICES SVAS, VEL ECCLESIAS SVB ANNVO censu concedant.

63 Qui dat pecuniam: ut epiſcopalem, vel
ſpiritualem iuriſdictionem exerceat, offi
cio ſuo priuatur, & epiſcopus conferen-
di hoc officium poteſtatem amittit; cap.
1. & 2. eod.
64 Sacerdotes ad Eccleſiarum regimen ſub
annuo cenſu ſtatui nō poſſunt; quia dum
ſacerdotium ſub huiuſmodi mercede væ-
nale diſponitur, ad æterna retributionis
præmium conſideratio non habetur. cap.
3. eodem.
Item, quicūque vice dominatum, vel aliam
Eccleſiaſticarum rerum adminiſtrationē
per pecuniam obtinere voluerint, tam e-
mentes, quàm uendentes ab illa eccleſia
iuſtè excluduntur; cap. conſulere. 38. de
ſimonia.

DE HAERETICIS.

65 In primis pro confuſione hæreticorum
noſtri temporis faciunt ea, quæ ſupra di-
cta ſunt, parte prima; de ſede Apoſtolica,
& de ſummo Pontifice in principio ſecū-
Nic. pp. dæ partis. Nam Eccleſia Romana prima-
tum tenet; quia illam ſolus fundauit ſu-
per petram fidei, qui beato Petro eternæ
uitæ clauigero terreni ſimul, & cœleſtis
imperii iura conceſſit, qui autem priuile
gium Romanæ eccleſiæ ab ipſo ſummo
omnium eccleſiarum capite, auferre co-
natur, hic proculdubio in hæreſim labi-
tur; nam fidem violat, qui aduerſus illam
agit: quæ eſt mater fidei. cap. omnes. 22.
diſtinct.
Et nequaquam, quod contra Euangelicam,
Marcel. pp. vel Profeticam, vel Apoſtolicam doctri-
nam conſtitutionemve eorum, ſiue ſan-
ctorum patrum, actum fuerit, ſtabit, ac
quod ab infidelibus, vel hæreticis factum
fuerit, omnino caſſabitur. cap. omne. 25.
66 qō. 1. Et prima ſalus eſt rectæ fidei regulā
cuſtodire, & à conſtitutis patrum non de- Horm. pp.
uiare. c. prima ſalus. ead. q.
Anathema ſit & uelut præuaricator fidei ca
tholicæ ſemper apud eum exiſtat, quicun Aur. pp.
que Regum, ſeu Epiſcoporum, vel Poten
tum, qui violant cenſuram Romani Pon
tificis. c. generali. 25. q. 1.
Qui ſacris canonibus obedire neſcit, nō ſit Gre. pp.
dignus ſacris miniſtrare altaribus, nec
communionem capere. cap. Hac conſo-
na. 25. q. 1.
67. Et tanta indignatio Domini extitit ad- Cyprianus epiſcopus Martyr.
uerſus illos, qui ſciſma fecerunt, ut etiam
cum homo Dei profeta ad Ieroboām miſ-
ſus eſſet, qui ei peccata ſua exprobaret, at
que vltionem futuram prædiceret, panē
apud illos edere, & aquam bibere vetare
tur, & cum hoc non cuſtodiſſet, ac prādiſ-
ſet contra præceptum Domini ſtatim di-
uina cenſura percuſſus eſt; & inde egre-
diens impetu, ac morſu Leonis in itinere
necaretur. cap. denique quam ſit. §. tan-
ta. 7. q. 1.
68 Quidam autem hæretici ex nomine ſuo- Iſid. Li. eibym. [?]
rum auctorum nuncupantur, quidam ue-
rò ex cauſis, quas eligentes inſtituerunt,
& plurimi fuerunt; vt habetur ſeriosè in
cap. quidam autem. 24. q. 3. Qui textus po
teſt legi pro hiſtoria, & confuſióne hære-
ticorum; quia tanta diuerſitas oſtendit
falſitatem.
Hæreſis peruerſum dogma habet ſciſma; & Hiero.
ſciſma dicitur propter epiſcopalem diſ-
ſenſionem, quæ ab eccleſia pariter ſepa-
rat; ſed re vera nullum ſciſma eſt, niſi ali-
quam hæreſim confingat: ut rectè ab ec-
cleſia receſſiſſe uideatur. cap. inter hære-
ſim. 24. q. 3.
Hæreſis græcè ab electione dicitur, quod ſci Idem
licet eam ſibi unuſquiſque eligat diſcipli
nam, quam putat meliorem.
Et quicunque aliter ſcripturam intelligit,
quam Spiritusſancti ſenſus flagitat, à quo
ſcripta eſt, hæreticus appellari poteſt, li-
cet ab eccleſia non receſſerit. cap. hære-
ſis. 24. q. 3.
69 Sed propriè eſt hæreticus, qui alicuius tē Auguſt.
poralis commodi & maximè uanæ glo-
riæ,

ris, principatusque ſui gratia falſas, & no
uas opiniones, vel gignit, vel ſequitur. c.
hæreticus eſt. 24. q. 3.
Idem August. 70 Sed qui ſententiam ſuam, quamuis fal-
ſam atque peruerſam nulla pertinaci ani
moſitate defendunt, præſertim, quam nõ
audacia ſuæ præſumptionis pepererint;
ſed à ſeductoribus, atque in errorem la-
pſis parentibus acceperunt, & parati cor
rigi quærunt cauta ſolicitudine veritatẽ,
nequaquam ſunt inter hæreticos deputã
di, c. dixit Apoſtolus, 24. q. 3.
Leo. pp. 71 Iniquius non eſt, quam iniqua ſapere; &
ſapientibus doctoribusque non credere;
quia ad cognoſcendam ueritatem cur-
runt ad ſemetipſos; & ideo magiſtri erro
ris exiſtunt; quia veritatis diſcipuli non
fuerunt. c. quid autem. 24. q. 3.
Vrb. pp. 72 Qui aliorum defendit errorem, multo
amplius damnabilior eſt illis, qui errant:
quia non ſolùm errat, ſed etiam aliis of-
fendicula erroris præparat, & confirmat;
vnde quia magiſter erroris eſt, non tantũ
hæreticus, ſed etiam hæreſiarcha dicẽdus
eſt. c. qui aliorum. 24. q. 3.
Hierony. 73 Principes transferunt fines, quos poſue-
runt patres eorũ; quando immutant men
dacio veritatem, & idem de hæreticis ma
nifeſtus eſt ſenſus; quia ſæpe opprimunt
eccleſiaſticos arte Dialectica, & diuus
Hieronymus dicit, non inueniſſe in hiſto
riis alios ſcindiſſe eccleſiam, quàm ſacer
74 dotes à Deo poſitos, & iſtos verſos in la-
queum tortuoſum in omnibus locis po-
ſuiſſe ſcandalum. cap. transferunt. 24. q. 3.
Gela. pp. Et eccleſiaſtici moris non eſt, miſcere conſi
lium cum his, qui pollutam habent com-
munionem, permixtamque cum perfidis,
& canonum magiſtris, atque cuſtodibus
75 fas non eſt inire certamen cum homini-
bus communionis alienæ. cap. cum qui-
bus. 24. q. 3.
August. 76 Diuina prouidentia ideo permittit mul
tos eſſe hæreticos, ut cum interrogãt nos,
ea, quæ neſcimus, ſic diſcutiamus pigri-
tiam, vt diuinas ſcripturas cupiamus, &
Apoſtol. ait, oportet hæreſes eſſe, vt pro-
bati manifeſti fiant, ii autem à Deo pro-
bati ſunt, qui bene poſſunt docere. c. fin.
24. quæſt. 3.

77 Et quicunque in hæreſim ſemel damna- Gela. pp.
tam labitur eius damnatione ſe ipſum in
uoluit, & qui ipſum damnat, eſt executor
ueteris conſtituti, non promulgator no-
ui. cap. Achacius. 1. 24. q. 1. Et ſic damnati Idem.
ſunt ſectatores Sabellii, Arii, Eunomii,
Macedonii, & Neſtorii. cap. maiores.
24. quæſt. 1.
78 Item omnis, qui recidit, & non perma- Beda.
net in doctrina Chriſti, hic Deum nõ ha-
bet, & ſciſmatici omnino vitandi ſunt; ſi-
cut narrat Polycarpus Martyr, Beatum
Ioannem Apoſtolum & Euangeliſtã, cu-
ius ipſe fuit diſcipulus feciſſe, videlicet,
cum apud Epheſum balneas lauandi gra
tia fuiſſet ingreſſus, & uidiſſet ibi Cherin
tum exire continuò diſceſsit, non lotus;
dicens fugiamus hinc, ne & ipſæ balneæ
nos corrumpant, in quibus Cherinthus
lauatur inimicus veritatis. cap. omnis.
24. quæſt. 1.
79 Non oportet benedictiones hæreticorũ Iſidorus
accipere: quoniã magis ſunt maledictio-
nes, quàm benedictiones c. non oportet
1. q. 1. Et potius eſt mortem arripere, quã Gre. pp.
80 de manu hæretici communionem accipe
re; pro ut fecit Ermigildus Rex iuuenis,
qui recuſando communionem ab Epiſco
po Arriano occiſus eſt iuſſu patris, cap.
cœpit, qui eſt fin. 24. q. 1.
81 Imo extra catholicam eccleſiam non eſt August.
locus ueri ſacrificii c. extra, 1. q. 1. Et ut eui Idem.
denter oſtenderet Dominus peccata di-
mitti à ſpirituſancto, quem donauit fide-
libus ſuis, dixit Ioanni cap. 20. Accipite
ſpiritũſanctum, & cui dimiſeritis peccata
remittuntur eis; cap. ut euidenter, eadem
82 1. q. 1. Et Deus non merita perſonarum Ambroſ.
conſiderat, ſed officia ſacerdotum, c. cum
ſcriptura, eadem 1. q. 1. Vnde Hæreticus, Alex. pp.
excõmunicare non poteſt; quia iam pro
ſtratus non poteſt quenquam deiicere, &
83 poteſtas ligandi, atque ſoluendi ueris;
non falſis ſacerdotibus tradita eſt, & pri-
us dixit Dominus, Accipite ſpiritumſan
ctum: & nemo accipit ſpiritumſanctum,
niſi intra eccleſiam, probãs hoc Alex. 1.
longo diſcurſu. Ac etiam quicunque ab
unitate eccleſiæ, quæ per Petrum intel-
ligitur, fuerit alienus, excommunicare
non

non ualet cap. audiuimus 24.q.1.

Leo. pp. Manet ergo Petri priuilegium; quia nihil erit ligatum, uel ſolutum, quod beatus Petrus non ligauerit, aut ſoluerit cap. manet. 24.q.1.

Gre. pp. Et quoties aliqua de uniuerſali ſynodo aliquibus dubitatio naſcitur, aut ſponte ii, qui ſalutem animæ deſiderant conueniant Apoſtolicam ſedem ad recipiendam, de eo, quod non intelligunt, rationem. aut ſi forte ſicut de talibus ſcriptum

85 eſt, peccator cum in profundum malorum uenerit, contemnit, & iſti adeo contumaces extiterint, ut doceri non uelint, eos ab eiſdem ſedibus Apoſtolicis, aut trahi ad ſalutem quoquo modo neceſſe eſt, aut ne aliorum perditio eſſe poſsint, ſecundùm canones per ſeculares poteſtates opprimi oportet cap. nec licuit, 17. diſtinct.

Aug. Nam ſi ea, de quibus Deus uehementer offenditur, inſequi, uel ulciſci differimus, ad iraſcendum utique diuinitatis patientiam prouocamus cap. ſi ea, de quibus. 23.q.4.

Gre. pp. 86 Et eccleſiaſticæ religionis inimici etiam bellis ſunt coercendi; quia ait diuus Gregorius, notum eſt enim, hæreticæ religionis uiros, ſi eis (quod abſit) ſuppetit nocendi licentia contra catholicam fidem uehementer inſurgere, & fidem uelle Chriſtiani nominis inclinare. Quare eminentia Principis connatus eorũ comprimet, & ſuperbas eorum ceruices iugo rectitudinis præmat. cap. ſicut excellentiam: 23.q.4.

Cypr. Nam Princeps populi non debet parcere iis, qui dicunt, eamus & ſeruiamus Diis alienis; ſed omnes necandi ſunt cap. ſi audieris. 23.q.5.

Aug. 87 Et quando uult Deus concitare poteſtatem aduerſus hæreticos, & alios diſceptatores eccleſiæ, ipſi Hæretici non mirentur; quia ad hoc affliguntur, ut reuertantur; & ſi reuertantur, proles eorum ſicut proles Iacob cum fratribus hæreditatem tenebit: nec admirari debent, quòd commouentur poteſtates chriſtianæ contra diſsipatores eccleſiæ; quia ſi non commouentur, quomodo reddent rationem de imperio ſuo Deo? nam ad ipſos Principes pertinet, ut temporibus ſuis uelint matrem ſuam eccleſiam pacem habere c. quando uult Deus 23.q.4.

89 Nec hæreticos uiuat, non inueniri exemplum in Euangelicis, & Apoſtolicis literis, aliquid petitum à Regibus terræ pro eccleſia contra inimicos ipſius; quia nemo negat non inueniri ſed nondum implebatur illa profetia. Et nunc Reges intelligite, erudimini, qui iudicatis terrã, imò adhuc implebatur illud. Quare fremuerunt gentes; & populi meditati ſunt inania. Aſtiterunt Reges terræ, & Principes conuenerunt in unum &c. Sed in Rege Nabucdonoſor in figura utriuſque tempus præfiguratũ eſt; de primo quando pios, & iuſtos cogebat adorare ſimulacrum. Nunc autem impletur, quod paulo poſt in eodem Rege figuratum eſt, quã do conuerſus ad Deum uerum iuſſit pœnis debitis ſubiacere, quicunque blaſphemauerit Deum Sidrac, Miſach, & Abdenago. cap. non inuenitur. & cap. ſi eccleſia §. Quod autem dicunt. 23.q.4. Vbi declarantur illa uerba Profetæ Reges intelligite ſeruire Domino in timore; nam nõ ſeruirent, niſi ea, quæ contra Domini iuſſus fuerint, religioſa ſeueritate prohiberent: homo enim eſt, quia ſeruit uiuendo fideliter; Rex autem ſeruit, conuenienti uigore, ſanciendo leges præcipientes iuſta; & contraria prohibentes dict. cap. ſi eccleſia. §. fin.

Idem Aug.

90 Quia ad fidem quidem nemo eſt cogendus, ſed per ſeueritatem, immo & per miſericordiam Dei, tribulationum flagellis ſolet perfidia caſtigari; Et cum leges aliquid aduerſus hæreticos conſtituunt, ipſi debent credere, ſe admoneri, ut cogitẽt, quare iſta patiantur: nam ſi propter iuſtitiam, beati ſunt; quia perſecutionem paſſi ſunt propter iuſtitiam, & poſsidebitis Regnum cœlorum; ſi autem propter iniquitates veſtri ſciſmatis, illi quidem correctores veſtri ſunt; vos autem eſtis, ſicut cæteri diuerſorum ſcœlerum rei, qui pœnas legibus pendent; profectò infœlices, & in hoc, & in futuro ſæculo eritis. cap. ad fidem 23.q.5.

91 Illi autem, qui decernunt, uos pro tanto ſcœlere tam leniter damnatorum admonitio-

Idem. Aug.

nitionibus, uel locorum, uel bonorum, uel pecuniæ priuatione deterrẽdos coercendosque decernunt: ut cogitantes uos, quare iſta patiamini, ſacrilegium ueſtrũ fugiatis; & ab æterna damnatione liberamini, diligentiſsimi Rectores, & piiſſimi conſultores deputantur. c. ſi uos. 23. q. 5.

Idem 92 Nam hæretici etiam inuiti ad ſalutem ſunt trahendi; nam qui diliguntur, non ſunt permittendi ſuæ malæ uoluntati, impunè & crudeliter; ſed vbi poteſtas datur, & à malo ſunt prohibendi, & ad bonum ſunt cogendi: nam aliter non corriperentur negligentes paſtores, & tamen dicitur eis, errantem non reuocaſtis, perditum nõ inquiſiſtis. c. diſplicet. vſque ad §. uos oues. 23. q. 4.

93 Nec qui dicit, ſic uolo errare, ſic uolo perire, defendit hanc ſuam uoluntatẽ; quia ſcriptum ſit in Euangelio; receſsiſſe à Domino ſeptuaginta diſcipulos, & arbitrio ſuæ malæ diſceſsionis fuiſſe permiſſos, cęteris duodecim, qui remanſerunt, fuiſſe dictum, nũquid, & vos vultis abire? quia attendẽdum eſt, eccleſiam tunc primum nouello germine pullulaſſe & nondum erat impleta illa profetia, & adorabunt eum omnes Reges terræ; omnes gentes ſeruient ei; Quare cum nunc vtatur maiore poteſtate eccleſia, non ſolùm inuitat, ſed etiam cogit ad bonum; prout ſignificatur ex illa conuiuii ſimilitudine de inuitatis, & venire nolentibus: quia primò introducti ſunt multi; poſtea dictum eſt, compelle intrare; ita ſignificata ſunt eccleſiæ primordia adhuc creſcentis, ut per uires etiam eſſent compellendi. d. c. diſplicet. §. hoc etiam, vſque ad fi.

Auguſt. 94 Et Diuus Auguſtinus refert ſuam ciuitatem totam fuiſſe in partes donati, & ad ueritatem catholicam legum Imperialiũ timore conuerſam eſſe, & ideo concludit, hæreticos cogendos ad bonum. cap. uides 23. q. 6.

Gl. pp. Sed obiicitur ab auctore Decreti in ca. iam verò. ead. 23. q. 6.

95 De multis locis ſcripturæ, in quibus inutiliter cogitur ad bonum; & reſpondet, quòd ſi mali ſemper inuiti tolerarentur, & nunquam uoluntarii ſeruirent inutiliter cogerentur ad illud bonum. Sed quia humanæ naturæ eſt, ea, quæ in diſſuetudinem abierunt, abhorrere; & conſueta magna cuſtodia diligere; flagellis tribulationum mali ſunt cohibendi à malo, & prouocandi ad bonum: ut dum timore pœnę malum in diſſuetudinem ducitur, abhorreatur; bonum uerò ex conſuetudine dulceſcat. Vnde Auguſtinus in Pſal. 127. dicit. cum per timorem gehennæ continet ſe homo à peccato fit conſuetudo iuſtitiæ; & incipit, quod unum erat, amari; & timor incipit excludi a charitate, & ſuccedit timor caſtus, (de quo dicitur in codẽ pſalmo) quo timemus, nè tardet ſponſus, ne diſcedat, ne eo careamus, ille primus timor vtilis eſt, ſed non permanet in ęternum, ut iſte caſtus. d. c. iam uerò. §. his ita. vſque ad fi. 23. q. 6.

96 Item putandum non eſt, neminem cogi ad iuſtitiam, cũ legatur, patremfamilias dixiſſe ſeruis, quoſcunque inueneritis, cogite intrare, & primò Saulum, poſtea Paulum ad ueritatem cognoſcendam, & tenẽdam magna uiolentia Chriſti cogentis eſſe compulſum. c. nimirum. §. Putas neminem. 23. q. 4. *Auguſt.*

97 Plerunque hæretici tam ſtulta dogmata, tam execranda proferunt ſacramenta, ut etiam hebetum ſenſus paganorum, & qui ratione diuinæ agnitionis carent, illorum deteſtentur inſaniam, & illorum diſtorta, & Deo contraria itinera ſanius ſapiendo redarguunt, & (quod peius eſt) nõ nunquàm multi catholicorum intantum

98 mercedes iniquitatis amant; vt etiam docti ab indoctis, clerici à laicis meritò redarguantur, qui iure comparantur profetæ Balaam Exboſor, qui mercedem iniquitatis amando verbis aſinæ contra naturam loquentis corripitur: nec tamen à propoſito praui itineris retardatur. Iſtis autem apertiſsimè nomen conuenit ciuitatis, de quo Balaam ueniſſe dicitur. Boſor namque carneus, ſiue in tribulatione poſitus interpretatur; neque enim alia magis cauſa luxurioſis exiſtit, uerbum ueritatis adulterare, Amore pecuniæ, vel deſideriorum temporalium, quàm quia carnis ſe concupiſcentiis mancipauerũt,

ſed

ſed & nomen ipſius Balaam, qui vanus populus,ſiue pręcipitans, eos interpretatur, talibus conuenit; qui enim agnitam veritatis viam ſponte deſerunt, quid niſi uanus populus ſunt? qui etiam in præcipitium ſuos mergunt auditores, quibus non ſalutaria,quæ corrigant, ſed quæ illos delectent erronea prædicant,de quib. apertè ſubditur.Hi ſunt fontes ſine aqua, & nebulæ turbinibus exagitatæ, quibus caligo tenebrarum reſeruatur.cap. ſecuti ſunt.2.q.7.

99 Sed ſtatutum eſt ex diſpenſatione in Niceno Concilio, vt hæretici ad eccleſiam redeuntes ordinentur c. quod pro remedio in fine 1.q.7.

Leo. pp. IIII.

Sed ante omnia hanc ab eis confeſsionem per ſcripturam exigi oportet, vt fateâtur ſe communi conſenſu catholicæ eccleſiæ ſtatuta obſeruaturos. cap. ſi qui voluerint.1.q.7.

FORMA ABIVRATIONIS.

100 QVOTIES cordis oculus nube erroris obductus ſupernæ illuſtrationis lumine ſit ſerenus magna cautela nitendum eſt,ne latenter author ſcimatis irruat, & ab vnitatis radice eos, qui ad eam reuerſi fuerint,telo iterum erroris abſcindat. Et ideo poſtquàm ego N.comperto diuiſionis laqueo, quo tenebar diutina mecum deliberatione pertractans prona, & ſpontanea voluntate ad vnitatem ſedis Apoſtolicæ diuina gratia duce reuerſus ſum, ne non puta mente ſed ſimulata reuerſus exiſtimer,ſpondeo ſub Anathematis obligatione atque promitto tibi N. & per te Sancto Petro Apoſtolorum principi atq; eius Vicario N. Beatiſsimo & ſucceſſoribus eius, me nunquàm quorumlibet ſuaſionibus,vel quocunque alio modo ad ſciſma, de quo redemptoris noſtri gratia liberâte ereptus ſum,reuerſurum: ſed ſemper in vnitate ſanctæ eccleſiæ catholicæ,& communione Romani Pontificis per omnia permanſurum. Vnde iuratus dico per Deum omnipotentem & per hæc ſancta quatuor euangelia,quę in manibus meis teneo, & ſalutem domini norum noſtrorum N. & N. rempublicam gubernantium me in vnitate (ſicut dixi) eccleſiæ,ad quam Deo propitio ſum reuerſus,& in communione Ro.Pont. ſemper & ſine dubio permanere. Quod ſi (quod abſit) ab hac me vnitate aliqua excuſatione, vel argumento diuiſero, periurii reatum incurrens æternæ pœnæ obligatus inueniar,& cum auctore ſciſmatis habeam in futuro ſæculo portionem. Hanc autem profeſsionis, promiſsioniſq; meæ chartulam propria manu dictaui, ſubſcribens tradidi.c.quoties.1.q.7.

Gre. pp.

ALIA FORMA ABIVRATIONIS.

101 EGO Berengarius indignus eccleſiæ Sancti Mauricii diaconus cognoſcens veram catholicam & Apoſtolicam fidē anathematizo omnem hæreſim, præcipuè eā,de qua hactenus infamatus ſum: quæ aſtruere conatur panem & vinum, quę in altari ponuntur,poſt conſecrationem ſolummòdo ſacramentum, & non verum corpus & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti eſſe:& non poſſe ſenſualiter, niſi in ſolo ſacramento manibus ſacerdotum tractari,vel frangi, aut fidelium dentibus atteri. Cōſentio autem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ,& Apoſtolicæ ſedi & ore & corde confiteor de ſacramentis Dominicæ menſæ eandem fidem me tenere, quam Dominus & venerabilis Papa Nicolaus, & hæc Sancta ſynodus auctoritate euangelica tenendam tradidit,mihiq́ue firmauit,ſcilicet panem & vinum,quæ in altari ponuntur poſt conſecrationem,non ſolum ſacramentum ſed etiam verum corpus & ſanguinem Domini noſtri Ieſu Chriſti eſſe & ſenſualiter nō ſolum ſacramentum ſed in veritate manibus ſacerdotum tractari,frangi, & fidelium dentibus atteri. Iurans per Sanctam & homouſion Trinitatem & per hæc ſacroſancta Chriſti euangelia, eos, qui contra hanc fidem venerint cum dogmatibus & ſectatorib. ſuis æterno anathemate dignos eſſe pronuncio. Quod ſi egoipſe aliquando contra hoc aliquid ſentire,aut prædicare præſumpſero,

Avo. pp.

ſumpſero, canonum ſæueritati ſubiaceã. Lecto & per me lecto ſponte ſuſcripſi. Hanc confeſsionem ſuæ fidei de corpore & ſanguine Domini noſtri Ieſu Chriſti a Berengario Romæ coram CXIIII. epiſcopis factam miſit Papa Nicolaus per vrbes Italiæ, Germaniæ, Galliæ, & ad quæcunque loca fama prauitatis eius peruenire ante potuit: vt eccleſiæ, quæ prius doluerãt de auerſo atque peruerſo, poſtea gaudeant de reuerſo, atque conuerſo. ca. ego Berengarius. de conſecr. diſt. 2.

Auguſt. 102 Catholici autem ex occaſione legis imperialis contra hæreticos ſi non dilectione corrigendi, ſed odio inimicandi proſequuntur, hoc diſplicet D. Auguſtino, ac ſimiliter diſplicet, ſi quis res proprias hæreticorum cupidè appetit ex occaſione legis prædictæ, qua iuſſi ſunt res amittere: & tamen quæcunque res non rectè a quo quã poſſideri poſſunt, niſi vel iure diuino (quo cuncta iuſtorum ſunt) vel iure humano, quod in poteſtate Regum eſt terræ c. quicunque. 23. q. 7.

Idem Aug. 103 Catholici uerò non ideo aliena poſſident: quia ab hæreticis ablata ſecundum Dei uoluntatem tenent; quia ad omnes iniquos & impios illa vox Domini valet videlicet auferetur a uobis regnum Dei, & dabitur genti facièti iuſtitiam: nec fruſtra ſcriptum eſt labores iniquorum pii edẽt, quapropter magis admirari debẽt, quòd adhuc teneãt aliquid, quàm quòd aliquid amiſerint cap. ſi de rebus. eadem 23. quæſt. 7.

Idem 104 Quod autem catholicis obiiciunt, res eorum concupiſci, & auferunt, non rectè obiiciunt, quia deſiderant, ut catholici fiant & poſſideant non ſolum, quæ dicũt ſua, ſed etiam catholicorum in pace, & charitate cũ ipſis ſimul, ex quo apparet, catholicos nõ eſſe auaros rei alienę; quia non quærerent compoſſeſſorem. c. quod autem ead. 23. q. 7.

Qui verò a corpore Chriſti præciditur, ſpiritum iuſtitiæ tenere non poteſt, etiam ſi figuram membri teneat, quam ſumpſit in corpore; debent ergo uiuere in huius cõpagem corporis, & labores ſuos non dominandi cupiditate, ſed bene vtendi pietate poſſideant. Nam catholici ab huius cupiditatis ſordibus purgantur, quando inquirunt, quantum ualeant illos ſecum uti omnia c. quemadmodum. in princip. ead. 23. q. 7.

105 Dicunt verò hæretici, ſi ſumus iniuſti, quare nos quæritis? Sed reſpondetur, eos quæ ſi iniuſtos, ne permaneant iniuſti, & prædictos, vt de inuentis eccleſiæ gaudere poſſit, dicendo, mortuus erat frater noſter, & reuixit, perierat, & inuentus eſt. d. cap. quemadmodum §. ſed hoc eſt. ead. 23. quæſt. 7.

Nam errant, qui dicunt, eccleſiam facere perſecutionem, dum vel ea, quæ committuntur, reprimit, vel animarum ſalutem requirit; Nam proſequitur, qui ad malum cogit; qui uerò malum, vel factum iam punit, vel prohibet, ne fiat, non proſequitur iſte, ſed diligit. c. non vos hominum. 23. quæſt. 5. *Aug.*

Et ſi eccleſia uera eſt, ipſa eſt, quæ perſecutionem patitur, non quæ facit; nam ſi melius conſideremus Agar ancilla perſequebatur Sarram, quæ figurat eccleſiam, ſuperbiendo, quàm Sarra illam coercendo cap. ſi eccleſia 23. q. 4.

Sed quæritur, ſi boni & ſancti uiri nemini faciunt perſecutionem (vt dicunt hæretici) ſed tantummodo patiuntur, cuius putant vocem in Pſalmo: Vbi legitur. Perſequar inimicos meos, & comprehẽdam illos, & non conuertar donec deficiant. Sed ſi verum diſcere, vel agnoſcere volumus, reperitur, perſecutio iniuſta, quam faciunt impii eccleſiæ Chriſti. Iſta namque beata eſt, quæ perſecutionem patitur propter iuſtitiam; illi uerò impii, miſeri, qui patiuntur perſecutionem propter iuſtitiam. Proinde iſta proſequitur diligendo, illa Agar ſæuiendo, iſta Sarra ut corrigat, illa vt euertat, iſta ut reuocet ab errore, illa ut pręcipitat in errorem. d. c. ſi eccleſia. §. deinde.

Nam ſi ſemper eſſet culpabile, perſecutionem facere, non ſcriptum eſſet in ſanctis libris; Detrahentem ſecreto proximo ſuo, hunc perſequebar: quia aliquando, qui eam patitur, iniuſtus eſt. *Idem Aug.*

Et qui eam facit iuſtus eſt; quia mali perſecuti

cuti ſunt bonos nocēdo per iniuſtitiam, boni conſulendo per diſciplinam c. nimi rum.§.item ſi ſemper 23.q.4.

Idem Aug. In quantum igitur negatur, eccleſiam aliquem perſequi;intelligitur,quod nullum iniuſtè perſequitur; non enim omnis perſecutio culpabilis eſt; Immo rationabiliter eccleſia hæreticos perſequitur,ſicut & Chriſtus corporaliter,quos de templo expulit.c.ille gladium.23.q.4.

Auguſt. Nam quis poteſt nos amplius amare, quam Chriſtus, qui poſuit animam ſuam pro ouibus ſuis:& cum Petrum,& alios Apoſtolos verbo ſolo uocaſſet,Paulum eccleſiæ ſuę poſtea magnum ædificatorem, ſed horrendum vaſtatorem non ſolum voce compeſcuit,verum etiam poteſtate proſtrauit, atque in infidelitatis tenebris ſæuientem ad deſiderandum lumen cordis; vt ſurgeret, prius cœcitate corporis percuſſit.cap.quis nos poteſt.23.q.4.

Idem Aug. 107 Vnde quādo duo habitarent in domo, quam certiſsimè ſciremus ruituram,&nobis prænunciantibus nollent exire,& tamen inde eos poſſemus eruere,uel iniuſtos,niſi faceremus, meritò crudeles iudicaremur. cap. ipſa pietas.§. Item ſi duos. 23.quæſt.4.

Porrò ſi vnus diceret,ſi intraremus, me trucidabo,alter vero nollet exire,ſed ſe necare non auderet,melius eſt vno ſaltim ꝑ noſtram operam liberato alterum nō noſtra culpa, ſed ſua potius interire permitteremus.d.c.ipſa pietas.§.porrò.

Quòd ſi plurimi eſſent in domo ruinoſa, & inde vnus ſaltim liberari poſſet,atq; cum id facere conaremur,alii ſemetipſos præcipitio necarent: doleremur de cæteris, verum de vnius ſaltem ſalute conſolaremur.d.c.ipſa pietas.§.quòd ſi plurimi.

108 Quid igitur de opere miſericordiæ, quòd pro uita æterna adipiſcenda,& pœna æterna vitanda hominibus debeamus impendere,iudicandum eſt, ſi pro ſalute iſta temporali & breui ſic nos ſubuenire, ut ſupra viſum eſt, ratio vera & benigna compellit. d. cap.ipſa pietas. §. quid igitur.23.q.4.

109 Habeant ergo hæretici de præterito deteſtabili errore amarum dolorem, & ueniant ad eccleſiam Chriſti veram, idest catholicam matrem,ſint in ea clerici,ſint epiſcopi vtiliter, qui contra eam fuerant hoſtiliter non inuidemus, immo amplectemur, hortamur, optamus, & quos in uiis & ſepibus inuenimus, intrare cogimus: quia non res eorum ſed ipſos quærimus.d.cap. ipſa pietas. §. habeant ergo. 23.quæſt.4.

Nam ſi quis a catholica eccleſia fuerit ſeparatus quantumlibet laudabiliter, ſi viuere exiſtimet, hoc ſolo ſcelere ſcilicet, quòd a chriſtianitate ſeiunctus eſt, non habebit uitam, ſed ira Dei mouet ſuper eum,qui autem bene vixerit in eccleſia, nihil præiudicant aliena peccata.c.ſi quis a catholica 23.q.4. Idem Aug.

110 Si quis in aliquo ſciſmate conſtitutus non habet charitatem, quæ pertinet vnitatem ſpiritus,& vinculum pacis,quo catholica eccleſia congregata connectitur, patitur tamen tribulationes multas,perſecutionem,pericula, carceres, vincula, tormēta,vel ipſam crucem,ne Chriſtum neget,nullo modo iſta culpanda ſunt, immo uerò & hæc laudanda eſt patientia quia exiſtimandum eſt fortaſſe tolerabilius ei futurum iudicium,quàm ſi Chriſtū negando nihil eorum pateretur, & quod dicit Apoſtolus, nihil prodeſt, ſi charitatem non habeo, intelligitur non prodeſſe ad regnum cœlorum obtinendum, nō ad extremi iudicii tolerabilius ſuppliciū ſubeundum.c.ſi.de pœnit.diſt.3. Auguſt.

111 In ſeptima ſynodo Tharaſius Patriarcha dixit,uidetur nobis, ut ſedes ſuas recipiant, qui ab hæreſi reuertuntur, & ſancta ſynodus dixit,placet omnibus nobis. cap. conuenienti bus. §. item Tharaſius. 1.quæſt.7. Cypri.

Et idem Tharaſius Epiſcopus dixit,multi canonici libri docuerūt nos recipere reuertentes ab hæreſi, ſi aliqua alia cauſa non eſt in eis.dict.cap.conuenientibus.§.item Tharaſius.

Si verò quis ſponte ad hæreticum uadit, & recipit ordinationem,non recipiatur. d. c.conuenientibus. §.Conſtantinus.

112 Hoc delictum eſt antiquisſimum: nam imprimis fuit Simon Magus tempore

Apoſto-

Apoſtolorum qui etiam Deus decretus eſt,de quo in hiſtoria eccleſiaſtica, lib.1. cap.13.cui ſucceſsit Menander,de quo in eadem hiſtoria,lib.13. cap. 19. Ac ſecta Ebionitorum Cherintus hæreticus,& Nicolitarum eodem lib.3. cap.20.21.22. de Menandro hæretico lib.4. cap. 13.15.& hæreſis Artemonis lib.5.cap.27.& Berilli li.6.cap.23.& Elcheſaitarum hæreſi li. 6.cap.32.Nouati hæreſi li.6.cap.32.Pauli Samoſateni lib.7.cap.25. quas omnes confutauit eccleſia.

113 Sed hæc peſtis principaliter uires ſumpſit poſtquã [illegible] publicè Ieſus Chriſtus dominus noſter receptus eſt, quod factum eſt tempore Conſtantini Magni Imperatoris, & illo eodem tempore inſurrexit Arrius maximus hereſiarca,ut habetur in eadem hiſtoria li.10.c.1.

Nam cum pax, & quies a perſecutoribus Tyrannorum eſſet in eccleſia,quæ gaudebat gloria & meritis cõfeſſorum Chriſti, proſperitas domeſtica contentione turbatur ab Arrio,qui cœpit abſcindere, & ſeparare Ieſum Chriſtum filium ab illa æterna & ineffabili Dei patris ſubſtantia,vel natura,qua de cauſa congregatum fuit Nicenum Concilium trecẽtorum decemocto patrum, & condemnata fuit hæreſis Arrii,& compoſitum ſymbolum,quod cantatur in miſſa,de quo etiam ſupra dictum fuit in 1.parte diſt.3.

Quæ omnia enumerata ſunt, vt faciliter videatur obligatio, quam habemus ad ſancta Concilia,quæ hæc omnia extirpauerunt,& neceſſariam eſſe auctoritatem eccleſiæ multis de cauſis; ſed ea potiſsimũ; quia hæretici auctore Diuo Auguſtino ex ſacris ſcripturis falſas, & fallaces opiniones conantur defendere, & verus ſenſus non poteſt haberi,niſi auctoritate eccleſiæ,quæ in cõciliis extat, vt docet poſt relatum diuum Auguſtinum Petrus Caniſius in ſuo catechiſmo intitulato: ſumma Doctrinæ Chriſtianæ c.3.principali rub. de præcept.eccleſiæ.c.16.

114 Hoc crimen maximè diſplicuit Imperatorib. Chriſtianis,& multas pœnas ſtatuerunt contra hæreticos, prout ſeriosè leguntur lib.Cod.tit. de hær.& Manich.

Ac poſtea Federicus Imperator leges aliquas promulgauit contra iſtos, quæ à Bonifacio VIII.approbantur in c.ut inquiſitionis.8.de hæreticis.in 6.

115 Sed cum hoc crimen ſit merè eccleſiaſticum, prohibiti ſunt domini tẽporales de ipſo crimine [illegible] gnoſcere, iudicare,aut captos ſine Epiſcoporum, & Inquiſitorũ licentia liberare vel ſententiam Epiſcoporum,aut Inquiſitorum directè, vel indirectè impedire pœna excommunicationis. Et ſi animo pertinaci per annum ſuſtinuerint ex tunc, velut hæretici condemnentur d.cap.ut inquiſitionis.§. prohibemus. Et hoc quia pertinet ad eccleſiam defendere illos, qui ad mandatum eccleſiæ pœnitentiam receperint, vel [illegible] rati ſint ad eam recipiendam, c. ſtatutũ. verſ. non autem illorum,de hæret. in 6.

116 In hæreſi ſuſpicio eſt duplex, videlicet vehemens,leuis,& modica. Et ſi quis ex vehementi ſuſpicione orta hæreſim in iudicio abiurauit & poſtea in ipſa [illegible] tat, cenſeri debet quædam fictione iuris relapſus, non ſuſtinente, [illegible] [illegible] probante. Si vero leui, & modica ſuſpicio illa fuerit, non debet in hæreſim relapſorũ pęna puniri, quamuis ex hoc ſit grauius puniendus cap.accuſatus.de hæreticis. in 6.

117 Vnde quia in cap. literas. §. quo circa de præſumptionibus dicitur; Nolumus propter ſolam ſuſpicionẽ de hæreſi,quan uis vehementem illum de tam graui crimine condemnari; gloſſ. ibi. in verbo vehementi intelligit non condemnari aliquem de hæreſi,vt ſit hæreticus: poteſt tamen haberi ſuſpectus de hæreſi.

118 Poſt abiurationem relapſi non ſunt tam plius incorporandi, immo traduntur curiæ ſæculari.cap.ſuper eo.de hæreticis, in 6.Et relapſi ſunt nõ ſolũ ii, quorũ crimen probatum fuerit;ſed etiam ſi fuerint vehementer ſuſpicione notati. c. accuſatus. in prin.de hæret. in 6.Et idem de eo, qui abiurauit in uno articulo,quia ſi poſt fit hæreticus in alio relapſus dicitur. d. c. accuſatus. §. cum vero.

Ac traditur curiæ ſæculari tanquam impœnitẽs ille, qui negat tenere hæreticas opi-

X nionem,

nionem, ſed conuictus eſt legitima probatione, vt eſt deciſio Rotæ titul. de hære. in antiquis.

119 Si tamen relapſi poſtmodum pœniteat per apparentia ſigna, nequaquam petita ſacramenta humiliter pœnitentiæ ac euchariſtiæ deneganda ſunt, cap. ſuper eo. 4. de hære.

120 Et damnati per eccleſiam ſæculari iudicio relinquuntur animaduerſione debita puniendi. Clerici prius à ſuis ordinibus degradati. cap. penul. §. damnati. de hær. & gloſſ. ibi dicit, quod puniuntur vltimo ſupplicio illi, qui alios docuerunt, vel didicerunt: quia lex quicũque Co. de hær. quæ punit addiſcentes decem libris auri, intelligitur de illis, qui nondum didicerunt, ſed cauſa addiſcendi ad hæreticus acceſſerunt. Nam ſi ad actum perueniſſent, punirentur ſimili pœna. & hæc opinio eſt communis.

Item Religioſi ſunt immutationis pœna vel alia grauius puniendi, quam ſæculares, ſi inuenti fuerint in hæreſi, vel conſimilibus deliquiſſe. ca. accuſatus. §. ſacerdotes. verſ. religioſi. de hær.

121 In traditis curiæ ſæculari dubitatur, an ſi dicant velle redire ad fidem, recipiẽdi ſint, ut ſentẽtia non exequatur. & Doctores canoniſtæ magis communiter uidentur eſſe opinionis, vt non recipiantur ex dictis Abb. in d. cap. penul. §. damnati. de hære. qui licet dicat, eſſe æquam opinionem, quòd recipiantur: tamen poſteà facit diſtinctionem, quæ non poteſt habere locum, aut per Gundiſlaum tractat. de hære. q. 20.

Sed quoniam iſti doct. non faciunt vim, aut deciſionem ex eo: quia ſic lata ſententia, ſed quia præſumantur fictè conuerſi ex timore pœnæ dicant redire ad fidem, ego ſalua ſemper terminus Sanctæ Romanæ eccleſiæ, crederem, quòd ſi daretur caſus, quantum ſe extendit humanum iudiciũ, de aliquo vere reuerſo, ceſſare hanc opinionem doctorum: quia ceſſaret fundamentum fictæ conuerſionis. poteſt autem conſtare, quod ſit verè reuerſus, quando aliquis non timeret ſententiam mortis, ac ut aliquando fit) diaboli [illegible]ne mortem deſideraret: vt habemus exẽplum in hiſtoria eccleſiaſtica lib. 4. c. 13. in fine de Chcrinto frigæ, quem ad martyriũ procacia potius & temeritate, quàm deuotione proſiliuiſſe conſtat, ſed tãdem iſte hæreticus traditus curiæ ſæculari per ſuaſionibus & diſputationibus conuerteretur, & agnoſceret veritatem adeò ſecure: vt mereretur abſolutionem ab excommunicatione ab inquiſitore hæreticę prauitatis, & admitteretur ad ſacramentum Summæ euchariſtiæ. Quo ſtante non videtur dubitandum, quin ſit recipiendus, & quod ceſſet executio curiæ ſæcularis.

122 Bona hæreticorum publicantur in ſubiectis temporaliter ſedi Apoſtolicæ, & idem fieri præcipitur per poteſtatem & Principes ſæculares, qui etiam negligentes compelluntur per cenſuram eccleſiaſticam appoſitione remota ita: vt ad hæreticos bona non reuertantur, niſi eis ad cor reuertentibus & abnegantibus hæreticorum conſortium miſereri voluerint.

Et quia hæc pœna locum habet in crimine læſæ maieſtatis tantò magis in hoc delicto, in quo offenditur dominus Ieſus Chriſtus: cum longè ſit grauius ęternam, quàm temporalem lædere maieſtatem. Nec impedit hanc cenſuram ſęueritatis exhæredatio filiorum: cum in multis caſibus etiam ſecundum diuinum iudicium filii pro patre temporaliter puniantur & iuxtà canonicas ſanctiones quandoque feratur vltio non ſolùm in auctores ſcœlerum, ſed etiam in progeniem damnatorum c. vergentis. de hæret.

123 Sed executio fieri non debet per Principes vel Dominos temporales, antequam ſententia ſuper eodem crimine fuerit promulgata. cap. cum ſecundùm leges. de hæreticis in 6.

124 Non tamen confiſcãtur dotes uxorum innocentium propter hæreſim maritorũ. c. decreuit. de hær. in 6.

125 Sed filii hæreticorum alia pœna puniuntur: quia ad nullum eccleſiaſticum beneficium ſeu officium publicum admittũtur vſque ad ſecundum gradum per paternam lineam, per maternam verò ad primum duntaxat, c. ſtatutum [illegible] de hære.

hæret.in 6.per quod tex.c.ſecundum ead. tit.eſt correptum.

126 Et è contra emancipatio filiorum nulla eſt,etiam ſi poſtea uitium detegatur, velu ti factum de hominibus ſui iuris: cum dignum ſit, vt propter attrocitatem delicti filii in parenticum hæreticorum poteſtate eſſe deſierint cap. 2.§.illorum autem.de hęret.in 6.

127 Sed filii,vel hęredes illorum, qui petie runt in infirmitate ſua hęreticorum conſolationem non admittuntur ad probandum, quòd non ſanę mentis, vel perdita loquela ſuſceperint,ſi conſtat, quòd erāt ſanę mentis,vel ſi prius ſuſpecti,vel diffa mati erant de hęreſi, aliàs admittuntur, non tamen per vxores filios familiares vel de ſuis aliquos, ſed per alios teſtes fide dignos & ſpecialiter fidei zelatores. c.filii.de hęr.

Vlterius poſt mortem hæretici poteſt decla rari eum hęreticum fuiſſe ad finem confiſcandi bona cap.accuſatus.§.in eo uerò. de hęr.in 6.

128 Item inquiſitores poſſunt compellere hęredes fautorum hæreticorum, qui tamen hæretici non erant, & ſe aſtrinxerāt ſub obligatione bonorum ad pœnitentiam recipiendam & complendam in bonis temporalibus,ſi onus impoſitum ſuerit inofficiens ad ſalutem. Porrò ſi mortui fuerint, antequàm eiſdem pœnitētia fuerit iniuncta hæredibus non eſt iniungenda ſatiſfactio pro extincto iam crimine,d.c.accuſatus.§.ſi verò.de hęre. in 6.

129 Alia plura ſunt notabilia in hac materia,nam in eos, qui catholici non ſunt ēt ſi conſanguinei fuerint,epiſcopi uel preſ byteri nihil conferant, & idem de reliquis clericis debet exaudiri cap. in eos. 6.de hæret.

Item quia plus timeri ſolet,quod ſpecialiter iniungitur,quam quod generaliter impe ratur Aduocati uel Notarii inhibentur, ne hęreticis credentibus,fautoribus, vel defenſoribus eorundem prętent in aliquo auxilium,conſilium, vel fauorē, nec in cauſis,vel in factis,vel aliquibus litigā tibus ſub eorum examine patrocinium, nec pro ipſis publica inſtrumenta vel ſcripta facere attentent, quòd ſi contra pr[illegible] ſumpſerint ab officio ſuo ipſos perpet[illegible] ſuſpenſos eſſe decernitur.cap.ſi aduerſus. de hæret.

Et poteſtates ſęculares iurare tene[illegible] uniuerſos hęreticos per eccl[illegible] tos pro viribus exterminare, & te[illegible]oralis dominus non purgans te[illegible]am ſu[illegible] [illegible]ære ticis per Metropolitanum cæte[illegible] m- prouinciales epiſcopos exco[illegible] tur,& ſi perſtiterit in excommunicatione per annum, nunciatur Papę, qui fideles eius à iuramento abſoluet, & terram exponet catholicis occupandam, qui eam exterminatis hęreticis abſque vlla cō[illegible] dictione poſſideant, & in fidei p[illegible] confirmet, ſaluo iure principalis Do[illegible] ni, niſi & ipſe ſit in culpa, ſeruata ta[illegible] eadem lege circa eos, qui non habe[illegible] minos principales c. excommunicamus. 13.§.moneantur.de h[illegible]r.

130 Vnde Archiepiſcop[illegible] & Epiſcopi ſaltim in anno per ſe, vel alios ido[illegible] viſi[illegible]ent diœceſim ſuſpectam de hę[illegible], & [illegible] tres aut plures boni teſtimonii [illegible] etiā (ſi expedire videbitur) to[illegible] iu rare compellat,ad reuelan[illegible], vel occulta conuenticula c[illegible] d. cap. excommunicamus. §. mali[illegible]imus. de hæret.

131 Nam ſi epiſcopus ſuper expurgando de ſua diœceſi hæreticè pr[illegible] negligens fuerit,vel re[illegible], cum id[illegible] tis indiciis apparuerit ab epiſcopali officio deponatur.d.cap.excommunicamus. §.volumus.

132 Inquiſitor tamen ſuper hęreſi nō inquirit contra epiſcopum de hęreſi,ſe[illegible] eum culpabilem ſciuerit, aut diffamatu[illegible] exiſtere nunciabit Papæ.ca. inquiſitores. 16. de hęret.in 6.

133 At laici uniuerſi euiuſcunque ordinis ſint prędicare nō debent, ne vitia ſub ſpe cie virtutum occulta ſubintrent c.ſicut in corpore 14.de hęret.

134 Non committitur tamē officium inquiſitionis niſi ei,qui quadrageſimum ętatis annum attigerit cle. 2.in prin.de hęr.

135 Sed officium inquiſitionis hæreſis mot te cōcedentis non expirat, etiam quò ad

negocia prius non cœpta aut exorta c.ne aliqui.10.de hære.in 6.

Et in negocio inquiſitionis procedi poteſt ſimpliciter & de plano,& abſque aduocatorum, & iudiciorum ſtrepitu & figura cap.ſtatuta quædam 20.de hęre.in 6.

136 Et in fidei fauorem excommunicati & ſocii criminis admittuntur in teſtes contra hæreticos pręſertim in probationum aliarum defectu, ſi ex veriſimilibus coniecturis & ex numero teſtium, aut qualitate perſonarum tam deponentium, quàm eorum, contrà quos deponitur, ac aliis circunſtantiis falſa dicere non præſumantur c.in fidei.5.de hęr.in 6.

137 Item in fidei fauorē permittitur, quòd Præſidentes regimini alicuius loci licere excommunicati vel de facto & non de iure iuriſdictionem habentes poſſint & debeant contra hęreticos credentes &c. iuſtitiam & ſuum officium exercere ad requiſitionem ordinariorum, vel inquiſitorum non ualentium ſine morę, diſpēdio, vel negocii periculo recurſum habere ad ſuperiores legitimos, ita tamen quòd propterea Pręſidentibus pręd ictis vel officialibus in aliis caſibus non intelligatur aliquid eſſe conceſſum uel permiſſum c. pręſidentes.6.de hęr.in 6.

138 Item periurii repelluntur à teſtimonio, tamen quia crimen hęreſis eſt exemptum ſi ii, qui coram inquiſitoribus iurantes dicere veritatem eam cœlauerint, & poſtmodum velint dictum ſuū corrigere contra ſe & alios deponendo admittuntur, ſi ex manifeſtis indiciis apparuerit, tales non animi leuitate, aut odii fomite, ſeu corruptione pecunię, ſed zelo fidei orthodoxæ dictum ſuum velle corrigere, & ſtare debet atteſtationib. iſtarum, niſi aliud obſiſtat tam contra ſe, quàm contra reliquos cap.accuſatus 8.§.licèt verò.de hæret.in 6.& quòd ex inimicitia teſtis repellatur eſt rerum in cap. cum oporteat. de accuſatio. & gloſſ.in uerbo inimicos, tractat quæ inimicitiæ repellant, & in fine concludit, quòd relinquitur arbitrio iudicis.

139 Sed ſacerdotes & alii clerici, qui inuenti fuerint impedire negocium inquiſitionis, inſtruendo citatos hęreticos, vel eorum credentes de cælanda veritate, vel dicenda falſitate, ſeu eos indebitè liberādo: cum faciant in fauorem hæreticæ prauitatis per inquiſitores à talibus cōpeſci poſſunt, & pœna debita caſtigari, tam per captionem perſonarum, quàm alias, pro ut culpa exegerit delinquentis d. c. accuſatus.8.§.ſl.de hær.in 6.

140 Nec valent ſtatuta, per quæ officium inquiſitionis hæreſis impeditur, vel retardatur, & ſi tale inuentum fuerit, compellantur Domini & Poteſtates loci per cenſuram eccleſiaſticā ad reuocandum uel moderandum.cap.ſtatutum ciuitatis VIII. de hæret.in 6.

141 Sed ne negocium fidei per alias occupationes debeat impediri inquiſitores ſuper hæreſi non ſe intromittant de diuinationibus, vel ſortilegiis, niſi hæreſim ſuperent manifeſtam. Nec de quæſtionibus vſurarum etiam contra illos, quibus reſtitutionem vſurarum in pœnitentia pro hęreſis crimine iniunxerunt d. cap. accuſatus.VIII.§. ſanè cum, & §. de quæſtionib. de hær.in 6.

142 Poſſunt tamen procedere ſimul, vel ſeparatim, aut ſingulariter contra hæreticos, credentes &c. hominum metu, diuinoque timore poſtpoſita c. ut officiū. XI. in prin.de hær.in 6.

Sed non derogatur ordinariis de negocio hæreſis generaliter alteri delegato.

143 Et ſuper nondum facto epiſcopus & inquiſitor poſſunt procedere communiter vel diuiſim, & ſi diuiſim proceſſerint, teneantur ſibi inuicem communicare proceſſum, & proferre ſententiam, in qua ſi diſcordant, debent Papæ referre.

Et epiſcopi qualitercunque procedant, debent ſeruare modum, quem poſſunt & debent per iura communia, vel ſpecialem commiſsionem c. per hoc quòd negociū 17.de hæret.in 6.

Et cū dubitaretur quando & quoties ſit iſte proceſſuum communicatio facienda Benedictus Vndecimus fœlicis recorda. in extrauag.prin.de hæret. in communibus declarauit debere ſibi communicare proceſſus in fine tantum, dum nil reſtet agendum,

dum, niſi quòd ſolùm ſententia promulganda ſit.

144 Item epiſcopus & inquiſitor ſeparatim citare poſſunt & capere, ac tutè cuſtodire, mancipare, ponendo etiam in compedibus, ſuper quo conſcientia ipſius onerauit Pontifex, duro tamen tradere carceri ſiue arcto, qui magis ad pœnam, quã ad cuſtodiam uideatur, vel tormentis exponere illos, aut ad ſententiam procedere contra eos epiſcopus ſine inquiſitore, & inquiſitor ſine epiſcopo intra octo dierum ſpacium, poſtquam ſeinuicem inquiſiuerint, procedatur, non ualebitur, & ſi ſecus factum fuerit, nullum ſit & irritum ipſo iure. cle. 1. §. propter. de hæret.

Et ſi vna pars nequeat, aut nolit perſonaliter conuenire, debet committere vices ſuas, vel ſuum ſignificare per literas conſilium, & aſſenſum d. cle. 1. §. verum.

Inquiſitores habent auctoritatem aduocandi, prout expedierit peritos vt aſsiſtant & præbeant conſilium opportunum in proferendis ſententiis. c. ut commiſſi. in prin. de hær. in 6.

145 Item habent facultatem una cum prælatis mitigandi vel mutandi pœnam illorum, qui mandatis obedientes humiliter ſtant propter hæreſim in carcere, vel muro recluſi d. cap. commiſſi. 12. §. nec non faciendi.

146 Ac conceſſa eſt facultas priuandi dignitatibus ac aliis beneficiis eoſdem hæreticos credentes &c. requiſitis tamen locorum diœceſanis niſi conſtaret epiſcopos ſcienter eadem beneficia contuliſſe d. ca. ut commiſſi. §. priuandi. in 6.

147 Sed ſi accuſatoribus & veſtibus videat epiſcopus uel inquiſitores graue periculum imminere propter potentiam inquiſiti, ſi contingat fieri publicatio nominũ, non publicent nomina, ſed ſecretò ea teneant: ita tamen quòd exprimantur aliquibus perſonis prouidis, ac honeſtis iuriſque peritis, qui vocandi ſunt, & eis per totum proceſſum, ſuper quo deliberandum eſt ſeriosè manifeſtari, & integraliter explicari, & de ipſorum conſilio ad ſententiam, vel condemnationem procedi debet, addita pœna excommunicationis iſtis, quibus ſecretum committitur, ſi patefacta fecerint, quæ didicerint. c. fin. de hær. in 6.

Sic tamen, quòd inquiſitores epiſcopum, vel epiſcopus inquiſitores non excommunicent hac de cauſa. dict. cap. fin. uerſi. ſic tamen.

Sed epiſcopi ex iniuncto ſibi præcepto ſub virtute Sanctæ obedientiæ teneantur ad ſecretum huiuſmodi.

148 Ceſſante verò periculo ſupradicto accuſatorum ac teſtium nomina prout in aliis fit iudiciis publicentur. dict. cap. fin. §. ceſſante.

149 Cæterùm in his omnibus tam epiſcopi, quam inquiſitores puram & prouidã intentionem habeant, ne dicant eſſe periculum ad accuſatorum, vel teſtium nomina ſupprimendo, vbi eſt ſecuritas, nec in eorum diſcrimen aſſerant, vbi tale periculum imminet, ſuper hoc conſcientias eorundem onerantes, dicit Pont. c. fin. §. cæterùm. de hæret. in 6.

150 Caueat autem vnuſquiſque, ne in hæreſim incidat, quia teſte diuo Ioan. Chriſoſtomo in homelia 20. cap. 7. Diui Matthæi opinio hæreticorum eſt illa domus ædificata ſuper arenam, quę ſi cadit facta eſt ruina eius magna. Dicit enim quomodo magna; quia ſicut domus, quæ habet ualidum fundamentum, ſi pars aliqua parietis, vel teſti ceciderit, ruina eius magna non erit; quia poteſt fieri, vt iterum reparetur, ſi autem fundamentum eius caſum fuerit paſſus, tunc eſt ruina eius magna; quia tota venit deorſum. Sic & chriſtianus ſi aut fornicatus fuerit, aut adulterium, aut homicidiũ fecerit, cecidit quidam, tamẽ ruina eius magna nõ eſt: quia iterum pœnitentia ſurgere poteſt, ſicut Dauid. Si verò de fundamento fidei aliquid paſſus fuerit, ideſt ſi præuaricatus fuerit, & ad gentiles, aut hæreticos tranſierit, tunc eſt ruina eius magna: quia totus funditus ruit.

DE HOMICIDIO VOLVNTARIO, VEL CASVALI.

151 Si quis per induſtriam occiderit proximum

mum ſuũ, vel per inſidias, ab altari meo euelles eum, vt moriatur, de homicid. cap.1.

152 Si furioſus, aut infans, ſeu dormiens hominem mutilet, uel occidat, nullam ex hoc irregularitatem incurrit: & idem de illo cenſetur, qui mortem aliter cuitare non valens ſuum occidit, vel mutilat inuaſorem, cle.1.de homic.

153 Sed ſi fuerit homicidium fortuitum; diſtinguitur; nam ſi rei illicitæ opera datur; non eſt promouendus ad ſacros ordines, & promotus aſcendere ad ſuperiores prohibetur; nec in ſuo miniſtrare per mittitur. Planè ex diſpenſatione in inferiori ſuſtineri poteſt.c.8.de homic.

154 Et ſi presbyter deficiente probatione pugilem introduxit, & aliquis adeo ictibus vulneratus ſit, vt expirauerit; quia pugiles veri homicidæ ſunt, quanuis pro eo alius in duello pugnauerit, non debet in ſacris ordinibus miniſtrare. Poterit tamẽ cum eo circa beneficium habendum miſericorditer diſpenſari.c. fin.de cler.pug. in duel.

155 Sed ſi rei licitæ opera dabatur; non tamen debita adhibita diligentia, à miniſterio altaris excludi debet. capit. 12.& ſequ.eod.

Cum autem nulla culpa ſubſit, irregularitas non incurrit.c.24.eod.

156 Qui Paganũ occidit, homicida eſt: ideo clericus ad maiorem gradum peruenire non poteſt.cap.clericum.50.diſtinct. nec etiam ſe defendendo.cap.de his clericis, ead.diſt.50.

Vrb. pp. 157 Sed non ſunt homicidæ, qui aduerſus excommunicatos zelo matris Eccleſiæ ardentes aliquos eorum occiderint; ſed tamen congrua pœnitentia imponetur. c.excommunicatorum 23.q.5.

158 Et catholici, qui crucis aſſumpto charactere ad hæreticorum exterminium ſeſe accinxerint, illis gaudeant priuilegiis, quæ accedentibus ad terræ ſanctæ ſubſidium conceduntur.c.excommunicatus. 13.§.Catholici, de hæret.

159 Idem de clericis, qui de illatis ſibi iniuriis apud iudicem conqueruntur, proteſtantes, quòd non intendunt ad uindictã, ſeu ſanguinis pœnã; nam accuſatori non imputatur, ſi iudex mortem inferat delinquentibus.cap.21.eod.& cap.2.de homicidiis.in 6.

160 Nec qui dedit interſignia iudici ſæculari furis, qui clericum uulnerauit.c.19.§. ad vltimum, de homic.

161 Quæ tamen irregularitas contrahitur, ſi religioſus chirurgiam exercet; & ex ea ſequatur mors, etiam ſi ſit peritus, & diligens, & fecerit cauſa pietatis, c.tua nos, de homic.

162 Similiter irregularis efficitur, qui mandat aliquem uulnerari, licet expreſsè inhibeat, ne occidat, vel membro aliquo mutilet, ſi mandatarius fines mandati excedens mutilet, vel occidat. c.fi. de homicid.in 6.

163 Et in primis; quicunque Princeps, Prælatus, ſeu quæuis alia eccleſiaſtica, ſæcularisve perſona quempiam Chriſtianorum interfici fecerit per aſſaſinos, vel mandauerit (quanquam mors non ſequatur) aut eos receperit, occultauerit, & defenderit, excommunicationis, & depoſitionis dignitate, honore, ordine, officio, & beneficio incurrat ſententias ipſo facto, ſit etiã cum ſuis bonis mundanis omnibus tanquàm chriſtianæ religionis æmulus a toto Chriſtiano populo diffidatus. ca. 1.de homic.in 6.

164 Si quis explendæ libidinis cauſa, uel odii meditatione homini, uel mulieri aliquid fecerit, vel ad potandum dederit, vt non poſſit generare, vel cõcipere, vel naſci ſoboles, vt homicida tenetur. ca.5. de homic.

165 Idem qui dat cauſam abortioni, ſi conceptum erat uiuificatum animal rationale.c.ſicut ex liberorum, de homic.

166 Qui ſocians homicidam animo occidẽdi, licet non apponat manum, pari pœna cum homicida tenetur.c.6.

Qui ſociant homicidam animo tantum ne impediatur, paulo minori debent pœna mulctari: non tamen ab homicidæ reatu immunes ſunt, qui occiſoribus opem cõ-

167 tra alios præſtare venerunt: quia qui potuit hominem liberare à morte, & non liberat, cum occidit; nec caret ſcrupulo ſocietatis

cietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſinit obuiare, d.c.6.§.illi etiam.

168 Qui aſſerunt animum inflammaſſe ad odium, vnde homicidium fuit ſecutum, durè, & aſperè; non tamen ita ſæuerè sũt puniendi: niſi prouocaſſent mandantem ad homicidium ſuis ſuggeſtionibus, d. c. 6.§.qui verò.

169 Hi quoque non ſunt à culpa liberi, qui licet fuerint machinationis ignari; tamẽ eis; quos ſiccarios eſſe ſciebãt, in ſarcinis cuſtodiendis miniſterium præbuerunt d. c.6.§.hi quoque.

170 Clerici, qui interfuerint cum armatis tã to facinori; & illi, qui conſilium dederũt, ut ſcilicet uir caperetur, ſunt in primis deponendi perpetuò ab altaris miniſterio, & quòd in eccleſiis lectiones non legant, deinde ſunt recludendi in diſtricto clauſtro monacorum, uel Canonicorum regularium, ita ut uſque ad ſeptennium, uel quinquẽnium ab eccleſiarum introitu coerceri debeant, d.c.6.§.Clericos.

171 Qui interficit furem, aut latronem, ubi compræhendi poteſt abſque occiſione; quia ille fur ad imaginem Dei creatus eſt pœnitentia occiſori datur.

Si autem ſine odii meditatione ſe ſuaque liberando, propter imaginem Dei, quamuis diaboli membrum interfecerit, ſi uoluerit ieiunare, & eleemoſinas dare, bonum hoc ei erit.c.2.& 3.de homic.

De hac eadem materia uideatur in Catechiſmo parte 3.in 5. præcepto. Non occides.

DE INFANTIBVS, ET LANGVIDIS.

172 Parentes debent eſſe memores paterni officii: quia ſi infans expoſitus fuerit ſiue à patre, ſiue ab alio ſciente patre, aut ratum habẽte relegato pietatis officio hoc ipſo à poteſtate patris fuit liberatus.cap. unico.de infantibus expoſitis.

Et idem dicendum eſt, ſi cuiuſcunqne ætatis languidi expoſiti fuerint, vel alicui impiè alimenta denegari contingat, dict. cap. unico.

DE DELICTIS PVERORVM.

173 Errant, qui nolunt attribuere peccatum pueris, niſi ab annis 14. cum pubeſcere cœperint: nam quis audeat affirmare furta, mendacia, & periuria non eſſe peccata? & ætas puerilis his plena eſt; quamuis in eis non ita ut in maioribus punienda uideatur. cap.1.de delictis.

174 Puer minor 14.annis cum ſaggittaret cũ aliis pueris, percuſſit ſagitta caſu fortuito puerum, qui interiit, & quidam Abbas ſecundum conſuetudinem terræ requirebat ſolidos centum à patre pueri, reſcripſit Pont. hoc non licere; quia in pueris relinqui ſolet inultum, quod in aliis pro uectionis ætatis humanæ leges ſæuerius corrigunt: & mandatur Abbati; ne illa centum exigat propter illam conſuetudinem à patre, nec ab ipſo puero pro temporali pœna requirat. cap.fin. de delictis puerorum.

DE EPISCOPI DELICTIS GRAVIBVS; IPSOQVE, ET clerico percuſſore.

175 Episcopvs non debet eſſe cauſa homicidii directè, uel indirectè; ut in caſu, quando fur offert ſe purgare iudicio candentis ferri, & iudici hoc retulerit, & in præſentia Epiſcopi, cum illud accepiſſet, combuſtus ſit; ac etiam ſi epiſcopus, & iudex villam ingreſſi, in eorum præſentia fur ſit ſuſpenſus; nam ex his indignus reputatur altaris miniſterio; & cum pontificale officium non poſſit adminiſtrari ſine altaris miniſterio, monendus eſt cedere epiſcopatui cap. ex literis, de exceſs. prælatorum.

176 Sed ſi crudeliter aliquem uerberari fecit, licet exinde non credatur defunctus, duobus menſibus ſuſpenditur à celebratione miſſarum cap.ſecundo, de Clerico percuſſore.

177 Item ſi Iudex Eccleſiaſticus ordinarius, aut etiam delegatur famæ ſuæ prodigus, & proprii perſecutor honoris contra conſcientiam, & contra iuſtitiam in grauamen

men partis alterius, in iudicio quicquàm fecerit per gratiam, vel per ſordes, ab executione officii nouerit ſe ſuſpenſum ad æſtimationem litis parti, quam læſerit nihilominus cōdemnandus; ſciturus, quòd ſi ſuſpenſione durante damnabiliter ingeſſerit ſe diuinis, irregularitatis laqueo ſe inuoluet ſecundum canonicas ſanctiones; à qua non niſi per ſummum Pontificem poterit liberari; ſaluis aliis conſtitutionibus, quæ iudicibus malè iudicantibus pœnas ingerũt, & infligunt. Dignum eſt enim vt qui in tot præſumit offendere, pœna multiplici caſtigetur. cap. 1. §. ſi quis autem, vſque ad finem, de ſent. & re iudic. in 6.

178 Presbyter, qui fuit in conflictu etiã pro parte illorum, qui violentiam reprimebant, & ipſe lapides proiecerit, ſed aliquẽ non percuſſit: quia tamen illic aliqui dicuntur occiſi à celebratione miſſarum ille presbyter ſe abſtinere debet. c. 3. de clerico percuſſore.

Steph. pp. V. 179 Et ſimiliter ſi presbyter ira commotus aliquem interfecerit, & ſi animum occidẽdi non habuerit, perpetuò tamen depoſitus erit. cap. quia te. §. ſi verò. 50. diſt.

Nic. pp. 180 Sed ſi quis non ad mortem percuſſus eſt, ſed ex equo cadens ceruice fracta interiit, pœnitentia iudicetur competẽs, & ſuſpenditur à miſſarum ſolemniis, & poſt hoc ad ſacerdotale eſt rediturus officium c. ſtudeat. 50. diſt.

DE CRIMINE FALSI.

181 Poena falſi habetur in cap. 3. & 4. §. ſi. & 7. de crimine falſi; & eſt excommunicationis maioris depoſitionis, & traditionis curiæ ſæculari, & priuationis officiorum, & beneficiorum, & maior in clerico, quàm in layco, & ſimiliter maior in illis, qui per ſe falſitatis uitium exercuerit, quàm illorum, qui falſis literis utitur.

182 Sed propter raſuram paucarum literarum in loco non ſuſpecto reſcriptum nō probatur falſum. c. fi. eod. tit.

183 Quãdo autem ſint falſæ literæ, & ex quibus, habetur in c. 5. & 6. eo.

184 Item clericus falſans ſigillum Principis deponitur, & character imprimitur maleficii, & in exilium mittitur. c. 3. ead.

DE MALEDICIS.

185 Clericus, qui verba in depreſsionem ſummi Pontificis, & beneficii protulit, aut contra Romanam Eccleſiam, compeſcendus eſt à temeritate, vt pœna illius aliis terrorem incutiat. cap. 1. de maledicis.

186 Pœna blaſphemantis Deum, aut aliquem ſanctorum, & maximè beatam Virginem in c. fi. de maledicis; cuius narratio breuitatis cauſa omittitur.

DE CLERICO EXCOMM. DEPO. VEL INTERD.

187 Presbyter, qui ante ordinationem confitetur ſe corporaliter lapſum, poſtea non quidem offerat, maneat autẽ in aliis officiis, ſi non fuerit cōfeſſus, nec manifeſtè poteſt conuinci: huic ipſi de ſe poteſtas eſt committenda; & eadem eſt diſpoſitio in Diacono; quia ſi in eodẽ culpæ genere fuerit inuolutus, ſeſe à miniſterio cohibebit. cap. qui ad admiſit, & cap. ſi quis presbyter 15. q. 8. *Ex Concilio Martini Papæ.*

188 Sed ſeruientes altari ſi carnis fragilitate deliquerint, & Deo reſpiciente dignè pœnituerint, maneant in poteſtate Epiſcopi, qui veraciter afflictos non diu ſuſpendat, vel deſidioſos prolixiori tempore ab eccleſiæ corpore ſegregat: Sed ita officiorum ſuorum loca recipiant: ne poſſint ad altiora vlterius promoueri: quod ſi iterum velut canes ad vomitum reuerſi fuerint, non ſolum dignitate officii careant, ſed etiam ſanctam communionem niſi in exitu nō percipiant. c. hi qui 15. q. 8. de manu ſacerdotis, qui ab eccleſia toleratur, licitè ſacramenta ſumuntur. cap. fin. 15. q. 8. *Ex Cōcilio Ilerdenſi.* Nic. pp.

189 Si quis Epiſcopus, Presbyter, vel Diaconus, depoſitus iuſtè pro criminibus auſus fuerit attrectare miniſterium ſibi dudum commiſſum, hic ab eccleſia abſcindatur. capitulo primo de clerico excommunic. & gloſſ. ibi intelligit, etiam quòd iniu-

iniuſtè, niſi eſſet reſtitutus.

190 Degradatus, vel ſuſpenſus celebrans, ſi monitus non deſiſtat, excommunicatur; & communicantes ei excommunicati ſunt, quòd ſi nec ſic deſiſtat, & Epiſcopus emendare non potuerit, Regis auxilio ad requiſitionem eccleſiæ exilio damnatur. c. ſi quis 2. de cleri. excomm.

Clerici à ſuis Epiſcopis, vel alienis mandato Romani Pontificis interdicti, vel excommunicati, ante abſolutionem celebrantes, ſi moniti non deſiſtãt, perpetuæ depoſitionis ſententiam incurrunt. c. clerici 3. de cleri. excomm.

Idem in cap. 4. eod. etiam quòd ſint quadraginta ii, qui deliquerunt. Si uerò multitudo magna peccauerit; qui magis cauſa delicti fuere perpetua depoſitione damnantur. Alii verò, qui non tantum deliquerint ab officio ad tempus ſuſpenduntur impoſita omnibus pœnitentia.

191 Item ſi clericus obtulerit vel oblatum ſuſceperit duellum ſiue victor, ſiue victus fuerit eſt merito deponendus niſi epiſcopus duxerit miſericorditer diſpenſandũ. Dummodo ex ipſo duello homicidium vel membrorum diminutio non fuerit ſubſecuta cap. 1. de clericis purgant. in duello.

192 Epiſcopus quia ſuam eccleſiam deſeruerat, & aliam occupauerat, mandato Papa ab uno epiſcopo excommunicatus denũciatus fuit, qui a Pont. miſericordiam petens, ſe excuſauit, nõ crediidiſſe illum epiſcopum: cum non eſſet ordinarius eius iudex, monitione non præmiſſa authoritate delegata potuiſſe illam ſentẽtiam promulgare, & ideo non credidit peccaſſe diuina etiam publice celebrare: præſertim quia niſi per famam de ſententia prædicta conſtabat, ſed & ſi potius debuiſſet ceſſare, tutiorem viam in dubio ſectando: at tamen miſericordiam faciens Pont. Voluit pœnam, quam canon minatur non eſſe infligendam. cap. illud 5. de cleric. excomm.

193 Excommunicatus celebrans poteſt omnibus beneficiis eccleſiaſticis ſpoliari. ca. fraternitatis. 6. eo.

194 Item clericus celebrans in loco interdicto beneficiis priuatur. Monachi verò in arctioribus monaſteriis ad peragendã pœnitentiam detruduntur. c. poſtulaſtis 6. §. quæſiuiſtis de cleric. excomm.

195 Ignari ſuſpenſione diuina celebrantes ſunt excuſabiles, ſi uerò ignorantia fuerit craſſa, ſupina, aut erronea, propter quod diſpenſatione egeant, a Pontifice de benignitate Apoſtolica indulgetur. c. pen. eod. titul.

196 Excommunicatus minori celebrans non eſt irregularis, ſed, peccat, conferendo eccleſiaſtica ſacramenta, ſed ab eo collata effectu non carent.

197 Sed ſi in contemptum eccleſiaſticæ diſciplinæ, videlicet cõtra prohibitionem ſuperioris communioni excommunicatorum pertinaciter ſe ingeſſerit in hoc caſu excommunicabitur. c. fin. de cleric. excomm. depoſit.

DE EXCESSIBVS PRAELATORVM.

198 PRAELATI debent ſe abſtinere a grauamibus ſubditorum: quia presbyteri habendi ſunt quaſi filii & fratres, & in eos tallias & exactiones indebitas exercere non eſt præſumendum, nec irrationabiliter grauandi ſunt, ac ſine iudicio capituli epiſcopi ſuſpendere, uel eccleſias ſuas interdicto ſubiicere, nec aliquem excommunicare ſine ordine iudiciario præſumant, nam prȩlati ſcituri ſunt ſe huiuſmodi rumores ſi ad aures Pont. peruenerint, pro tantis exceſſibus taliter fore puniendos, quòd timore pœnæ cæteri a ſimilibus abſtinebunt. capitulo primo & ſecundo de exceſſib. prælat.

Et econtra, epiſcopi debent corrigere ita exceſſus clericorum: vt metu pœnæ alii per timeſcant c. le. 1. de offi. ord.

199 Et quando nunciantur facinora presbyteri neceſſe eſt cuncta diligenter ſcrutari, & ſeu mulieres, cum quibus peregiſſe dicitur, ſeu alios, quos de cauſa aliquid ſcire ſentiatur feſtinandum eſt adducere, quatenus diſtrictione eccleſiaſtica liquidè poſſint, quæ vera ſunt, aperiri, ca. quoniam. 3. de teſtib.

Et

200 Et in omni negocio ſiue ad correctionem, ſiue denunciationem, principalis perſona dicens veritatem de re ſibi nota rectiſſime habenda eſt pro teſte: quia adhibito vno ſunt duo, & duobus ſunt tres, & probatur exemplo euangelii. ibi in ore duorum vel trium ſtat omne verbum: & ego ſum qui teſtimonium perhibeo de me, & pater ſimiliter de me perhibet: & in lege veſtra ſcriptum eſt, quòd duorum teſtimonium verum eſt cap. in omni 4. de teſtibus.

201 Contra naturam incontinentes ſi clerici ſint, deiiciantur à clero, & detradantur in monaſterium ad agendam pœnitentiam, ſi laici excommunicentur. c. clerici 4. de exceſſ. prael.

In capitulis antepenultimo & penultimo eodem titulo de exceſſio. praelat. ponuntur primo XV. & deinde XII. grauamina illata religioſis viris praedicatoribus & minorum, à quibus praelati uniuerſi praecipiuntur à Gregorio IX. ſe abſtinere, quae ſeruirent nunc ſolum pro hiſtoria.

DE INIVRIIS ET DAMNO DATO.

202 QVANDO occurrit damnum imperitia, vel ignorantia alicuius non excuſatur, ſi ſcire debebat ex ſuo facto iniuriam veriſimiliter poſſe contingere, vel iacturam c. fi. in prin. de iniuriis.

203 Quòd ſi proponitur animalia nocuiſſe, Dominus illorum tenetur, niſi ea pro noxa det. Et hoc tamen non ſufficit, ſi ſint fera animalia, vel quae nocere conſueuerunt, & ille quam debuerat, non curauit diligentiam adhibere. d. cap. fin. §. quod ſi animalia.

204 Item quamuis damnum dediſſe videatur, qui occaſionem damni dat: attamen hoc dicendum non eſt in illo, qui ut accideret de contingentibus nihil omiſit d. c. fin. in fin.

205 Qui in alterius famam publicè ſcripturam, aut verba contumelioſa confixerit, & repertus ſcripturam nõ probauerit, flagelletur: & ſi eam prius inuenerit, rumpat, ſi nõ vult auctoris facti cauſam incurrere c. qui in alterius 5. q. 1.

Et [illegible] ciuili d[illegible]ponitur, [illegible] ſi quis famoſum libellum, ſiue don[illegible] in publico [illegible] quo[illegible]unque loco [illegible]us repererit, aut corrumpat, priuſquam alter in[illegible] nulli confiteatur inuentum: Si ue[illegible] n eaſdem chartulas, vel corru[illegible] igne cõmbuſſerit, vel vim earum [illegible]e manifeſtauerit, ſciat ſe quaſi arctorem huiuſmodi delicti capitale ſententiae ſubiugandum. cap. ſi qui §. ſi quis. 5. quaeſt. 1.

Quiſquis ille ſit, qui ſcripſerit libellum, vel conſenſum tantae iniquitatis conſilio praebuerit Sancti Corporis & ſanguinis Domini noſtri Ieſu Chriſti priuatus ſit: ſi uerò tanti mali conſcius, ſed ignotus praelato, ac prohibitus corpus, & ſanguinẽ domini percipere praeſumpſerit, anathematis uinculo percutiatur. cap. quidam maligni 5. q. 1.

DE POENIS.

206 EA, quae frequenti praenaricatione iterantur, frequenti ſententia condemnantur. c. 1. de pœn.

207 Sacerdos, qui gubernat naues ad pugnam, & qui perſonaliter conflictũ exercent, & ii, qui incitant alios ad pugnandum, de rigore canonico deponuntur. c. 5. de pœnis.

Clerici in latrociniis, vel aliis magnis ſcœleribus depraehenſi degradati à ſuis ordinibus detruduntur in monaſterium ad pœnitentiam peragendam capit. 6. de pęnis.

208 At ſi clerici coram ſaeculari iudice conuicti fuerint, vel confeſſi de crimine non ſunt propter hoc à ſuo Epiſcopo condemnandi; ſicut enim ſententia lata a non ſuo iudice non tenet; ita & facta confeſſio coram ipſo. c. at ſi clerici, de iud.

209 Si verò coram epiſcopo de criminibus in iure confeſſi [illegible]t, ſ[illegible]u legitima probatione con[illegible]cti, dummodo ſint talia crimina, propter quae ſuſpendi deb[illegible]t, u[illegible]l depo[illegible]i, non immeritò ſuſpendendi ſunt a ſuis ordinibus, vel ab alta[illegible]s mi[illegible]leꝛio perpetuò remouendi, d. cap. at ſi clerici.

rici.§.ſi uerò, de iudic.
210 De adulteriis verò,& aliis criminibus,
quæ ſunt minora, poteſt Epiſcopus poſt
peractam pœnitentiam diſpenſare d.c. at
ſi clerici,§.de adul.
211 Si clericus ſæcularis excommunicatus
per manuum iniectionem ſcienter reci-
pit ordines,à ſuſceptis ordinibus perpe-
tuò deponitur: Si ius,vel factum ignora-
uit, non abſoluitur ſine mandato Papæ.
cap.cum illorum. 32. in princ. de ſenten.
excomm.
212 Si regularis ſit,& percutit clericum, &
ſcienter in contemptum eccleſiaſticæ di-
ſciplinæ ſe fecerit ordinari, ſuſpẽditur ab
ordinis executione: Si ignorans ius, vel
factum,ab Abbate abſoluitur: Si factum
non eſt graue: Si verò graue, & notabile
fuerit,aut is,qui fecit,adultus fuerit,& di
ſcretus, vt violenter contra obliuionem,
vel ignorantiam præſumatur, non abſolu-
uit Abbas dict.cap. 32.§. Si autem, vſque
ad finem.

DE DEGRADATIONE
ACTVALI.

213 In degradatione actuali requiruntur
multa,de quibus in cap. degradatio. §. a-
ctualis,uſque ad finẽ,de pœnis, in 6. quæ
non tranſcribentur:quia rarò occurrit,&
ſufficit allegare locum. Inter cætera de-
bet fieri ſæculari præſente poteſtate: ut
cum poſtea fuerit degradatus,ſæcularis iu
dex eum tãquàm clericali priuilegio exu
tum in forum ſuum recipiat puniendum.
pro quo tamen eccleſia debet intercede-
re;ut citrà mortis periculum in eum ſen-
tentia moderetur. cap. nouimus, de ver-
bor.ſignific.

EX CONCILIO TRIDENTINO
SESS. XIII. CAP. IIII.

214 Habetur hæc forma, Epiſcopus ſo-
lus procedit ad condemnationem,& ver
balem depoſitionem; ſed in degradatio-
ne actuali loco Epiſcoporum Abbates u-
215 tentes mitram intereſſe poſſunt; alioquin
procedatur ab Epiſcopo aliis perſonis
præſentibus,& in dignitate conſtitutis,&
iuris ſcientia commendabilibus.
216 Sed non debet quemlibet depoſitum
pro ſuis exceſsibus iudici tradere ſæcula-
ri: cum epiſcopus functus ſit officio ſuo,
nec debet ipſum depoſitum duplici con-
tritione conterere.d.cap.at ſi clerici.§.ſed
non debet.de iudic.
217 Item quanuis inuentio carceris fuerit
ad cuſtodiam: tamen poteſt quis puniri
pœna carceris perpetuò & ad tempus c.
quanuis 3.de pœn.in 6.
218 Inſequentes, percutiẽtes aut capientes
Cardinales & eius ſocios,aut qui fieri mã
dauerit, vel factum ratum habuerit, aut
conſilium dederit & fauorem, aut poſtea
receptauerit, vel defenſauerit ſcienter ſi-
cut reus criminis læſæ maieſtatis ſit infa-
mis diffidatus & bannitus ſit inteſtabilis
tam relinquendæ hæreditatis, quam ca-
piendæ, ac alia punitur.cap.fœlicis.5.de
pęnis.in 6.
Filiorum & nepotum deſcendentium pęna
ſit priuationis beneficiorum etiam ſi Pon
tificalem dignitatem adepti fuiſſent ipſo
iure,& inſuper ſpe promotionis omnino
ſublata, ac alia pœna, d, cap. fœlicis. §.
quod ſi quis.
Vlterius ex inſecutione prædicta tam Inſe-
cutor,quam alii ſupradicti tanti mali par
ticipes ipſo iure ſunt excommunicati, &
quandiu in ſua contumacia perdurauer-
rint ꝑ omnes loci illius eccleſias, in quo
facinus fuerit attentatum,nec non ciuita
tum & dięceſum vicinarum publicè ex-
communicari denuncientur.Nec ab alio
quam a Roma. Pontif. abſolui poſſunt,
præterquàm in mortis articulo. d.c. fœli
cis.§.præſenti.
219 Quarto loco tractatur de ſatisfactione
fienda:cum tales abſoluentur,& quid per
abſolutionem conſequantur. d.c. fęlicis.
§.quam autem fuerint.
Si quis verò fuerit in præmiſsis nudo conſi-
lio aut ſimplici fauore culpabilis, iudex
in talem pęnam moliatur ex culpa, d.c.fę
licis.§.illud autem.
220 Sexto loco; circumſpectio Rom. Pont.
poteſt extendere pęnas in hac conſtitu-
tione comprehenſas ad collaterales fra-
tres,

tres, videlicet, nepotes & pronepotes, prout circunſtantiæ rationabiles ſuadebunt.d.c.fęlicis.§.cæterum.

221 Septimo loco ponitur pęna inſequenti bus clericos vel religioſos familiares Papæ vel Cardinalium, quæ ſit: vt vindicta ex æquo exceſſui reſpondeat.d. c. fęlicis. §.præmiſsis.

222 Octauo loco tractatur de occidente (quod abſit)Cardinales,nam vltra quàm præmiſſa contineant ſic in eum poteſtas iuriſdictionis inſurgat, ſic rigor vltionis inſiliat,quòd contra uitæ ſubſidium mortis ſolatium inuocet:uiuēs pęnæ non culpæ; vindictæ ſpec[illegible]m non offenſæ. d. c. fęlicis.§.ſi qu[illegible] vero.

223 Nono ponitur,poteſtates ſæculares vti debere legibus, q[illegible]as aduerſus t[illegible]les fac[illegible] legos catholici Principes ediderunt. Quis enim locus regimi[illegible]s poterit eſſe tutus? Quis Rector ſecuritate gaudebit, ſi Rom.Eccleſia,quæ omnium eccleſiarum diſponente Domino caput eſt & magiſtra,caſibus iſtis ſubiiciatur [illegible] eius filii ſpirituales huiuſmodi periculis exponātur, quem eccleſiæ filium, quem fidei zelatorem contumelia tanta non tangeret, & confuſio tam aſpera non moueret? Porro ſi fi[illegible]s eſt, dolebit, ſi fidel[illegible]s eſt [illegible]tre fid[illegible] læſa [illegible]detur. dicto cap. f[illegible]licis.§.per hoc quoque.

Quapropter ſi princep[illegible], poteſtas, v[illegible] al[illegible]s dominus,ſiue rector non [illegible]ecerit [illegible] ſeruare tenorem prædictæ con[illegible]tuti[illegible] contra præſumptores prædic[illegible], tam [illegible]p[illegible]e, quàm officiales ipſius intra men[illegible] poſt quàm res ad notitiam eorum peru[illegible]nerit)eo ipſo ſententiam excom[illegible]tionis incurrant d.c.fęlici[illegible].§.qu[illegible]r[illegible]r

Ciuitas verò quæuis al[illegible] præt[illegible]r Vr[illegible]m Romanam, quæ t[illegible]lia fa[illegible]enti vel [illegible]entib. ſeu præſumen[illegible]tibus in his co[illegible]n, uel auxi[illegible]ium dede[illegible]it, a[illegible] fa[illegible]rem, vel [illegible]tra menſem ſalum non duxerit pu[illegible]endos taliter de[illegible]inquentes, p[illegible]out [illegible]anta en[illegible]itas exegerit, & facu[illegible]as ei fuerit[illegible] co[illegible]ſo pontificale & ſupra di[illegible]tate ſit pr[illegible]uata, & ni[illegible]ilo[illegible]inus remaneat inter[illegible]a. d. c. fę[illegible].§.ci[illegible]itas. d[illegible]n.[illegible] 6.

224 [illegible] etiam pęna. Nam p[illegible]cu[illegible]ns ep[illegible]o pum,capiens vel hæc mandans, vel ratificans,ſocius,conſiliarius, fautor & defenſor,in illis caſibus de prædictis, in quibus excommunicationi per iam editos canones non ſubiaceret,eſt excommunicatus, & abſoluendus a ſummo Pontifice. Cadat a feudo & reuertatur hoc ipſo ad eccleſi[illegible]m, filii & deſcendentes vſque ad generationem ſecund[illegible]m ſint inhabiles ad ec[illegible]leſia[illegible]ica ben[illegible]ficia. Ciuitas & terra di[illegible]ce[illegible]ſi[illegible]modo ſupponu[illegible]tur eccleſiaſtico inte[illegible]dicto cle.1.de pœn.

Eſt etiam alius caſus pœnæ in extrauaganti vnica,de pœnis in communibus, quæ poteſt [illegible]egi pro hiſtoria:nam credendum nō eſt poſſe euenire.

DE SENTENTIA PROFERENDA.

225 C[illegible]M æte[illegible]i tribunal iudicis [illegible]llum reū non hab[illegible],quem iniuſte iu[illegible]ex condemnat,teſt[illegible]e Propheta, ne[illegible] damnabit [illegible]ū, cum iu[illegible]icabitur illi;caueant ec[illegible]e[illegible]iaſtici

226 iudices; & prudenter attendant; vt in cauſarum proceſsibus nil vendicet odiū; nil fauor vſurpet;timor exulet;pręmium, aut expectatio præmii iuſtitiam nō euertat;[illegible]ed ſtateram geſtant in [illegible]nibus; lance[illegible] append[illegible]nt æquo li[illegible]e; vt in omnibus,quæ in ca[illegible]en[illegible] fuer[illegible]t; præ[illegible] in c[illegible]ncipi[illegible] ſente[illegible]s,& ferēd[illegible] præ oculi[illegible] [illegible]olum Deum, il[illegible] Moyſ[illegible] ſcilicet [illegible]ntes exemplum, qui que[illegible]las pop[illegible]li t[illegible]bernaculū ingreſſus ad domi[illegible] referebat, ut ſecundum eius Imperium iudicaret; de ſenten. & re iud.[illegible].1.i[illegible] prin.in 6.

Quæ [illegible]itio & ſi ciuilibus iudici[illegible]is conue n[illegible]at; attamen criminalibus magis conueni[illegible]um in ipſis cautius agendum ſit.

227 Nos [illegible]n quenquam ſententiam ferre nō poſſumus,niſi aut con[illegible]tum, aut ſponte con[illegible]ſſ[illegible]m.cap.nos i[illegible] q[illegible]nquam.2.q.1. *Aug.*

Et iudex cri[illegible]ino[illegible] d[illegible]ens non ante pr[illegible]rat ſe[illegible] aut ipſe ſe reū con[illegible]ur,a[illegible] p[illegible]ocent[illegible]s teſtes cōu[illegible]ca[illegible],ead.

Et n[illegible] con[illegible]a qu[illegible]mlibet ac[illegible]ſ[illegible]m abſque le[illegible]timo, & donec acc[illegible]; *Eleu[illegible]rius* [illegible]

N[illegible]n

Nam & Dominus noſter Iesvs Christvs Iudam furem eſſe ſciebat;ſed quia non eſt accuſatus,ideo non eſt eiectus. c. nihil contra,ead. 2.q.1.

Aug. Item conſtitutum eſt nullum clericum, qui nondum conuictus eſt,ſuſpēdi à communione debere, niſi ad cauſam ſuam examinandam ſe non præſentauerit.cap.nomen presbyteri,ead.

Melc. pp. Nam ſemper cum iuſtitia, & charitate diffiniendum eſt;& nemo condemnandus ante verum,& iuſtum iudicium; & facta probatione charitatiua ſententia profertur; & iudices,quod ſibi nolunt fieri,alteri facere non debent.cap.primò ſemper,ead. 2.quæſt.1.

Zeph. pp. 228 Abſens nemo iudicetur;quia diuinæ,& humanæ leges hoc prohibent; niſi fuerit abſens ex cōtumacia,quæ eum haberi facit pro præſenti,cap.abſens verò.3.q.9.

Evar. pp. 229 Et Deus omnipotens,vt nos à præcipitanda ſentētia compeſceret, cum omnia nuda,& aperta ſint oculis eius; tamen in malis Sodomæ dixit,deſcendam,& videbo, vtrum clamorem, qui venit ad me, opere compleuerint.cap. Deus omnipotens.2.q.1.

Ex Concilio Magūtinenſi. 230 Sententia autem eſt iniuſta,cum ſeruata quidem integritate iudiciarii ordinis in adulterum,vel quemlibet criminoſum non amore iuſtitiæ,ſed liuore odii, uel precio, aut fauore aduerſariorum inductus aliquis ſententiam profert.Quia & ſi ille criminoſus, quantum ad ſe, reportat iuſtam ſententiam; iudex tamen,qui non amore iuſtitiæ, ſed liuore odii in eum ſententiam dedit, iuſtitiam Dei nō imitatur ca.epiſcopus,verſicul. ex animo.11. q.3.

Calix. pp. Et multo magis non valet iudicium iniuſtū, & diffinitio iniuſta a iudicib.ordinata Regio nutu;& iuſſu aut epiſcopi,aut potētis. c.iniuſtum.11.q.3.

Ex Niceno Concilio. Eſt etiam iniuſta ſententia ex ordine,quando non ſeruato ordine iudiciali quilibet pro ſua culpa damnatur, c.ſeruetur. verſi. item ſententia 11.q.3.

Greg. pp. 231 Qui rectè iudicat,& præmium remunerationis expectat,fraudem in Deum perpetrat,& qui pro temporali lucro iuſtè iudicant,bonis malè vtuntur: nam tales nō defenſio iuſtitiæ,ſed amor præmii prouocat ad veritatem; quibus ſi ſpes nummi ſubtrahitur, confeſtim à iuſtitiæ confeſſione recedunt.c.qui rectè.11.q.3.

232 Nam iudex non debet vendere iuſtum iudicium, ſicut nec teſtis verum teſtimonium, quanuis aduocatus vendat iuſtum patrocinium, & iuriſperitus verum conſilium.cap.non licet.11.quæſt.3.& cap.fin. 14.quæſt.5. *Aug.*

233 Nam pauper dum non habet, quid offerat in iudicio,non ſolum audiri cōtemnitur, ſed etiam contra veritatem opprimitur; & cito violatur auro iuſtitia; nullamque reus pertimeſcit culpa; quam redimere nummis exiſtimat, cap. pauper. 11.quæſt.3. *Iſidorus.*

234 Sed illa eſt cautela laudabilis,in qua totum ratio agit,& furor nihil ſibi vēdicat, nec quicquàm agendum ſit, priuſquàm concitata mens ad tranquillitatem redeat: Nam commotionis tempore iuſtū putat omne,quod fecerit.cap.illa præpoſitorum,11.q.3. Greg. pp.

Et ira ſæpe etiam innocentes ad crimen adducit; quia dum iuſto amplius iraſcimur, & volumus aliena coercere peccata grauiora committimus,c.ira ſæpe.11. q.3. *Ambr.*

235 Vnde cum propter ſeditionem apud Theſſaloniam vir militaris impetu furentis populi fuiſſet extinctus, Theodoſius Imperator iuſſit paſſim obtruncari; prout quiſque occurriſſet gladio, & vindictam dari non crimini,ſed furori:ſed propter hoc ex pœnitentia ſibi iniuncta leges ſanxit; vt ſententiæ Principum ſuper animaduerſione prolatæ in diem trigeſimum ab executione differentur; quo locus miſericordiæ,vel (ſi res tuliſſet) pœnitentiæ non periret.cap.cum apud 11. q.3. qui tex.eſt ex hiſtoria eccleſiaſtica lib.11. cap. 18.& diffuſius in tripartita hiſtoria lib.9.cap.30. & hæc lex eſt inſerta in Codice lib.nono, titul.de pœnis. l.ſi vindicari; quæ eſt Imperatorum Grat. Valen. & Theodo. *Ex eccleſiaſtica Hiſtoria.*

IVSTITIA NON EST SERVANDA SINE MISERICORDIA.

Gre. pp. 236 Diſciplina, vel miſericordia mul-
tum deſtituitur, ſi vna ſine altera tenea-
tur; ſed circa ſubditos ineſſe debet Recto-
ribus, & iuſtè conſulens miſericordia, &
piè ſęuiens diſciplina. Hinc eſt; quòd ſe-
miuiui illius vulneribus, qui à Samarita-
no in ſtabulum ductus eſt, & uinum adhi
betur, & oleum; ut per uinum mordeātur
vulnera; per oleum foueantur: & quate-
nus vnuſquiſque, qui ſanandis uulnerib.
preeſt, in vino morſum diſtrictionis adhi
beat, in oleum molitiem pietatis. Per vi-
num mundantur putrida; per oleum ſanā
da fouentur. Miſcenda eſt ergo Leuitas
cum ſæueritate; faciendumque quoddam
ex utroque temperamentum; ut neque
multa aſperitate exulcerentur ſubditi; ne
que nimia benignitate ſoluantur. Hoc ni
mirum illa tabernaculi arca ſignificat, in
qua cum tabulis uirga ſimul, & manna
eſt; quia cum ſcripturæ ſacræ ſcientia eſt
in boni Rectoris pectore. Si eſt uirga dire
ctionis, ſit & manna dulcedinis. Hinc etiā
Dauid ait; Virga tua, & baculus tuus, ip-
ſa me conſolata ſunt. Virga enim percuti
mur, & baculo ſuſtentamur. Intueri libet
in Moyſi pectore miſericordiam cum ſæ-
ueritate ſociatam. Certè cum Iſraeliticus
populus ante Dei oculos penes inuenia-
bilem contraxiſſet offenſam; ita ut eius
Rector audiſſet; Deſcende; peccauit po-
pulus tuus; & dimitte me; ut iraſcatur fu-
ror meus contra eos; & deleam eos; ille
ſemel, & iterum pro populo, cui præerat
obicem ſe ad impetum Dei iraſcentis op
ponens, ait; aut dimitte eis hanc noxam;
aut ſi nō facis, dele me de libro tuo, quem
ſcripſiſti. Penſemus ergo, quibus uiſceri-
bus eundem populum amauit; pro cuius
uita de libro uitæ deleri ſe petiit. Sed ta-
men iſte, qui tanto amore eius populi cō
ſtringitur, contra eius culpas penſemus,
quāto zelo rectitudinis accommodetur.
Mox enim ut culpæ ueniam, ne delerē-
tur, obtinuit, zelo rectitudinis ſuccenſus
inquit. Ponat uir gladium ſuper fœmur
ſuum: Ite, & redite de porta ad portam
per medium caſtrorum; & occidet unuſ-
quiſque fratrem, uxorem, & amicum, &
proximum ſuum: Cecideruntque in il-
lo die quaſi xxiii. millia hominum. Ecce
qui uitam hominum etiam cum ſua uita
petiit, paucorum uitam gladio extinxit:
Intus arſit igne amoris; foris accenſus eſt
zelo ſæueritatis; ita vt eos, quos diuinitus
feriri timuerat, ipſe iudici gladii feriret:
utrobique legatus fortis; utrobique ad-
mirabilis mediator; cauſam populi apud
Deum precibus; cauſam Dei apud popu
lum gladiis allegauit. Intus amans diui-
næ iræ ſupplicando obſtitit; fortis ſęuiens
culpam feriendo conſumpſit. In regimi-
ne ergo utrunque Moyſes miſcuit; ut nec
diſciplinę deeſſet miſericordia, nec miſe
ricordię diſciplina.

Vnde in libro Iob iuxta utranque uirtutem
dicitur; cumque ſederem quaſi Rex cir-
cunſtante exercitu: eram tamen mœren-
tium conſolator: ſedente quippe circun-
ſtante exercitu uigor eſt diſciplinę regi-
minis; Mœrentium uerò corda conſola-
ri eſt miniſterium pietatis. cap. diſciplina
45. diſtin.

237 Omnis, qui iuſtè iudicat, ſtaterā in ma- Gre. pp.
nu geſtat; in utroque penſo iuſtitiam, &
miſericordiam portat; Sed per iuſtitiam
reddit peccati ſententiam; per miſericor-
diam peccati temperat pœnam; ut iuſto
libramine quędam per ęquitatem corri-
gat; quędam uerò per miſericordiam in-
238 dulgeat. Qui Dei iuſtitiam oculis ſuis
preponit, ſemper timens, & tremens, in
omni negocio formidat; ne de iuſtitię tra
mite deuiatus cadat: & unde non iuſtifica
tur, inde potius condamnetur. c. omnis,
qui iuſtè. 45. diſt.

239 Et non morientem mortificat, qui iu-
ſtum damnat; & non uicturum uiuificat,
qui reum à ſupplicio ſoluere conatus. Itē
quos omnipotens Deus per compunctio
nis gratiam uiſitat; illos paſtoris ſenten-
240 tia abſoluat. Veniat itaque foras mor-
tuus; ideſt, culpam confiteatur peccator:
Venientem uerò ſoluant diſcipuli: quia
paſtores eccleſię ei debent pęnam amo-
uere, quam meruit, qui non erubuit confi

teri,

teri,quod fecit.c.plerunque.x1.q.3.

Leo pp. 241 Licet nonnunquam accidant,quæ in ſacerdotibus ſunt repræhendẽda perſonis; Plus tamen erga corrigendos agat beneuolentia, quàm ſæueritas; plus exhortatio,quàm comminatio;plus charitas,quã poteſtas; ſed ab iis,qui,quæ ſua ſunt, quærunt,non quæ Ieſu Chriſti, facile ab hac
242 lege diſcedunt; & dum dominari magis,quàm conſulere ſubditis placet; honor inflat in ſuperbiam; & quod prouiſum eſt ad concordiam,tendit ad noxam c.licet nonnunquàm.45.diſt.

Aug. 243 Qui emẽdat uerbere, in quem poteſtas datur,vel coercet aliqua diſciplina;& tamen peccatum eius,quo ab illo læſus,aut offenſus eſt,dimittit,ex corde,vel orat,vt ei dimittatur,non ſolum in eo, quod dimittit ex corde,atque orat, verum etiam in eo,quod corripit,& aliqua emendatoria pœna plectit,eleemoſinam facit:quia miſericordiam præſtat.Multa enim bona præſtantur inuitis,quando eorum conſulitur vtilitati,non voluntati: quia ipſi inueniuntur ſibi inimici. cap. & qui emendat.45.diſt.

244 Tria ſunt genera eleemoſinarum, una corporalis egenti dare quicquid poteris, altera ſpiritualis dimittere à quo læſus fueris,tertia delinquẽtes corrigere, & errantes in uiam reducere veritatis. c. tria, ead.diſt. Albin.

245 Item duæ ſunt eleemoſinæ vna cordis, alia pecuniæ,eleemoſina cordis eſt dimittere ei,a quo læſus es, & hæc multo melior eſt,quàm eleemoſina corporis: quia eſt eleemoſina charitatis & ſine terrena ſubſtantia ſufficit,illa verò quæ corporaliter datur, ſi ſine benigno corde tribuitur,omnino non ſufficit.c. duæ ſunt eleemoſinæ.diſt.45. Aug.

DISTINCTIONIS PRIMAE FINIS.

DE ECCLESIASTICIS CENSVRIS.

DISTINCTIO. II.

246 APpellatione eccleſiaſticæ cenſuræ comprehenditur non ſolum interdicti ſed etiam ſuſpẽſionis, & excommunicationis ſententia: niſi iudex diſcretus rerũ & perſonarum circunſtantiis indagatis ferat,quem magis uiderit expedire.c.quęrenti.20.de verb.ſign.

DE SVSPENSIONE.

247 Sed prius de ſuſpenſione tractabitur: quia ad ſolos clericos pertinet, & minorem pœnam continet, quàm excommunicatio,& commoditatis cauſa multa loca annotabuntur, in quibus eſt pœna ſuſpenſionis.

Primus de clericis turpiter viuentibus cap. conſequens 80.diſt.

Secundus de dęmoniacis & epileticis c. cõmuniter 32.diſt.

Tertius de clericis venatoribus.cap.epiſcopum. 34. diſtinct. & cap. primo de cleric. venatore.

Quartus de conuictis uel confeſsis in crimine. cap.at ſi clerici.§.ſi verò.de iudic.

Quintus,quando nõ caſtè viuunt.c.ut clericorum.de vita & honeſt.cleric.

Sextus de clerico crapuloſo,vel ebrioſo.c.a crapula.de vita & honeſt.cler.

Septimus, ſubdiaconis vxores ducentibus. c.1.de cler.coniug.

Octauus, ſi quis prætermittat dicere officiũ. c.dolentes.de celebr.miſſarum.

Nonus:quia ſtatutum eſt, in cunctis eccleſiis vt chriſma & euchariſtia ſub fideli cuſtodia clauibus adhibitis conſeruetur,ne

poſsit ad illa temeraria manus extẽdi ad aliqua horribilia vel nephanda exercenda, negligentes tribus menſibus ab officio ſuſpenduntur. Et ſi per incuriam aliquid nephandum inde contigerit, grauiori ſubiacebunt ultioni. cap. 1. de cuſtodia euchariſtiæ.

Decimus, ſi interuenerit clandeſtino matrimonio. cap. cum inhibitio. §. ſanè de clan deſt. matrim.

Vndecimus, ſi presbyter inſpexerit aſtrolabium pro furto cap. 2. de ſortilegiis. Et ſi conſulit magos, vel aruſpices honore priuatur. c. ſi quis epiſcopus. 26. q. 5.

Duodecimus, ſi crudeliter fecerit fuſtigare. c. 2. de clerico percuſſore.

Decimustertius, ſi publicè gloriatur de delicto c. quarta ſit. de exceſſib. prælat.

Decimuſquartus, de non ſeruante interdictum. c. ſi. de exceſs. prælat.

Sed ulterius eſt gloſſa in clementina tertia, in uerbo ſuſpenſi, de pœnis, quæ enumerat multos caſus ſuſpenſionis, quæ videri debet pro hac materia ſuſpenſionis.

Extat etiam gloſſa in cap. ad reprimendum. in verbo in canonibus, de offi. ord. in qua eſt unus caſus ſuſpenſionis, qui poteſt poni pro xv. videlicet.

Decimuſquintus, in presbytero diffamato, vt ſit ſuſpenſus, donec ſe purget. c. presbyter. & c. ſi mala fama 2. q. 4.

VNDE DE PVRGATIONE CANONICA.

248 Et iſta purgatio canonica dicitur: circa quam infamatus debet ſe purgare iuramento de veritate.

Deinde compurgatores iurabunt, quòd ipſi credunt infamatum verum iuraſſe. c. quoties. de purgat. canonic. Compurgatores etiam debent eſſe illius honeſtatis, & opinionis, ut uerisimile ſit, eos nolle peierare: & ut idonei ſint, neceſſe eſt, ut uitam & conuerſationem illius, quem purgare debent, agnoſcant. cap. cum P. de purg. canon. Sufficit tamen compurgatorem eſſe toleratum ab eccleſia, & ſatis eſt, quòd exhibeat iuramentum ſecundum propriam conſcientiam & opinionem. cap. conſtitutus. de purg. canon.

249 Sed ſuſpenſio, de qua ſupra dictum eſt hoc nume. xv. intelligitur ſolum ab officio, niſi ſit immanitas criminũ; quia tunc etiam a beneficio ſuſpenditur cap. inter x. eod. tit.

250 Ex infamia autem vulgata graui ſcãdalo & vehementi ſuſpicione ex dictis teſtium oborta, ſeruata iuſtitia, & mollito rigore purgatio XIIII. ſui ordinis indicitur. d. c. inter x. de purg. canon.

251 Purgatio autem iſto modo, videlicet quod N. immunis eſt ab illis criminibus, ſuper quibus ſe purgare debet, nõ ualet. c. ſi. de purg. can.

QVANDO NON DETVR PVRGATIO.

252 Sed procedit iſta diſpoſitio, ſi crimen non eſt notorium: nam ſi crimen presbyteri vſque adeo publicum eſt & notoriũ, vt nullus inficiationi locus pœnitus exiſtat, ut puta cuius uniuerſæ uiciniæ populus teſtis erat, non eſt illi indicenda purgatio, ſed in eum condemnationis ſententia promulganda. cap. cum dilectis. de purg. can.

Decimuſſextus, alius eſt caſus ſuſpenſionis,
253 qui poteſt poni pro XVI. quãdo aliquis eſt accuſatus de ſimonia: nam pendente accuſatione prohibetur, ne miſſam celebret. cap. 4. de ſimonia. Et probata ſimonia deponitur: Et ſimiliter ſi publica laborat infamia. c. ad hoc. & c. inſinuante. de ſimonia.

At illa gloſſ. in d. cap. ad reprimendum. de offic. ordin. eſt notabilis: quia tractat de multis pœnis pro aliis delictis, unde uideri debet.

Alius caſus ſuſpenſionis poſt purgationem canonicam ſumitur ex cap. ſignificaſti. 5. de adulteriis. & poni poteſt pro 17. caſu ſuſpenſionis.

Decimuſſeptimus, ſi coniux alicuius confiteatur ſacerdote in eccleſia dormiuiſſe cum presbytero, & ille ſacerdos celans nomen dicti presbyteri adulteri dixit in præſentia epiſcopi hoc delictum, imponitur pœnitentia adulteræ, & eccleſia per

aſperſionem aquæ benedictæ reconcilia tur. Illi verò ſacerdoti, qui dicitur deliquiſſe, imponitur purgatio cum uicinis quinq; presbyteris, quos peierare ſe nolle cognoſcitur: & hoc ne mala fama ipſius infirmorum corda percutiat, & ne vituperetur miniſterium noſtrum. Et ne presbyteri exiſtentes in peccato licẽtius prolabantur: Et ſi purgare ſe poterit in officio ſuo miniſtrare permittitur, alioquin ab officio ſuſpenditur. d. cap. ſignificaſti. 5. de adul.

Decimuſoctauus. Alius caſus ſuſpenſionis erit pro XVIII. de quo ſupra. De clerico, qui fuit in conflictu etiam ex parte illorum, qui vim reprimebãt, & ipſe lapides proiecerit, ſed aliquem nõ percuſſit; quia tamen illic aliqui occiſi dicuntur, ille presbyter a celebratione miſſarum debet ſe abſtinere. cap. 3. de clerico percuſſore.

SVSPENSIONES EX CONCILIO TRIDENTINO.

254 MVLTI caſus ſuſpenſionis ſunt in concilio Tridentino, qui annotabuntur pro faciliori intelligentia.

Vnus caſus eſt in Seſſione 6. capit. ultimo, quãdo ordinatur quis ab epiſcopo in aliena diœceſi.

Secundus in Seſſione 7. cap. 10. quando ſede vacante conceditur licentia ordinandi non arctatum beneficio.

Tertius Seſſione 14. c. 2. de ordinato ſine licentia ordinarii ab epiſcopo titulari.

Quartus eadẽ Seſſione. c. 3. de ordinatis ſine examine, aut literis commendatitiis.

Quintus Seſſione 22. ca. 11. quando clericus eſt auctor vſurpationis fructuum pauperibus errogandorum.

Sextus Seſſione 22. cap. 8. in ordinato extra tempora.

Septimus Seſſio. 24. c. 11. quando negligunt venire ad Synodum.

Octauus Seſſio. 25. c. 14. quando clericus eſt concubinarius.

255 Quanuis autem quilibet pro peccato mortali quò ad ſe ipſum ſit ſuſpẽſus, quò ad alios pro ſuſpenſo nõ habetur, niſi peccatum notorium ſit per ſententiam, ſeu confeſsionem factam in iure, quæ tergiuerſatione aliqua celari non poſſit. c. fin. de cohabit. cleric. & mul. & cap. fin. in fine 15. q. 8. Nic. Pr.

256 Et ideo ſine dubitatione tenendum eſt, quòd a clericis & presbyteris quanquàm fornicariis, quandiu tolerantur, nec habent operis euidentiam licitè diuina miniſteria audiantur, & alia recipiantur ſacramenta eccleſiaſtica. A notorio verò, quando non diffitetur presbyter, vel de ipſo crimine eſt legitimè condemnatus, abſtinendum eſt; non quia in ſacramento ſit defectus, ſed ad ipſorum fornicatorum emendationem. c. veſtra duxit. 7. de cohab. cler. & mulie.

257 Sententiam ſuſpenſionis quemadmodum & excommunicationis non debent iudices fulminare ſine debita maturitate c. 1. §. ſuperior verò. & §. hæc eadẽ, de ſent. excomm. in 6.

258 Cauere autem debent eccleſiarum prælati, & iudices vniuerſi, ne prædictam pœnam ſuſpenſionis incurrant; quoniam ſi contingeret eos ſic ſuſpenſos diuina officia exequi, ſicut prius irregularitatem nõ effugient iuxta canonicas ſanctiones, ſuper qua non niſi per ſummum Pont. poterit diſpenſari. d. c. 1. §. caueant. de ſenten. excomm. in 6.

259 Sed Epiſcopi propter executionem põtificalis officii, quod frequenter incumbit, nullam interdicti vel ſuſpenſionis ſententiam incurrunt alicuius cõſtitutionis occaſione, niſi in ipſis de epiſcopis expreſſa mentio habeatur. c. quia periculoſum. 4. de ſent. excomm. in 6.

De ſuſpenſione & illius diuiſione, quis poſ-
260 ſit ſuſpendere, & eſſe ſuſpenſus, & qui non incurrat in generalem ſuſpenſionem, & qui operetur ſuſpenſio etiam ex participatione. Et quis poſſit abſoluere a ſuſpenſione, habetur in Manuali Confeſſorum Doctoris Martini Nauarri cap. 27. a nume. 151. vſque ad 163. incluſiuè.

DE SENTENTIA EXCOMMUNICATIONIS.

Vrb. pp. 261 Illvd in primis eſt aduertendum; quòd non contradicit Euangelio;ſed potius obedit; qui malos excommunicat; quia non eſt eradicatio; immo exercetur; vt ſpiritus excommunicati ſaluus fiat in die Domini; niſi forte ex contemptu, & ſuperbia excommunicatio proueniat. c. notandum.24.q.3.

Gre. pp. Nam ligandi,atque ſoluẽdi poteſtate ſe priuat, qui hanc pro ſuis voluptatibus, & non ſubditorum moribus exercet, c.ipſe ligandi. 11.q.3. Idem. Nam iudicare dignè de ſubditis nequeunt,qui in ſubditorum cauſa,vel odia,vel gratiam ſequuntur.ca.iudicare. xi.qõ. 3. Idem. & priuilegium omnino meretur amittere, qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate.cap.priuilegium, ead. xi.q.

Aug. 262 3.& qui iniuſtè aliquem excommunicat,potius ei oberit, qui fecit, quàm qui hanc iniuriam patitur: quia ſpiritusſanctus,per quem quiſque ligatur, aut ſoluitur, immeritam nulli ingerit pœnam; & maledictum fruſtra prolatum uenit ſuper eum, qui miſit illud. cap. illud planè. xi. quæſt.3.

Iſidor. Item ſi ſubditi ideo excommunicãtur; quia ad malum cogi non poſſunt;tunc ſententiæ non eſt obediendum;quia iuxtà dictũ Gelaſii,nec apud Deum, nec apud eccleſiam eius quenquam grauat iniqua ſentẽtia.c.ſi is,qui præeſt.xi.q.3.

Gre. pp. 263 Sententia tamen paſtoris, ſiue iuſta ſit, ſiue iniuſta, timenda eſt. cap. ſententia. xi.q.3.

Gel. pp. 264 Sed ſi iniqua eſt ſententia;non debet tãtum eam curare,quum apud Deum, & eccleſiam eius neminem poteſt grauare iniqua ſententia. Ita ergo ea ſe non abſolui deſideret,qua ſe nullatenus perſpicit obligatum.c.cui eſt illata.xi.q.3.

Aug. Sed iuſtus,ſi iniuſtè maledicitur, non eſt ligatus apud Deum:ſententiæ tamen parere debet,ne ex ſuperbia ligetur. c. qui iuſtus,ead.xi.q.3.

Hierony. 265 Sed traditur quis Satanæ in interitum carnis; vt ſaluus fiat ſpiritus eius in die Domini: ſed dupliciter traduntur homines in poteſtatem Diaboli: vno, ut modò dictum eſt,quando delictum eſt manifeſtum eccleſię. & de eccleſia per ſacerdotẽ expellitur;vt notatus ab omnibus erubeſcat, & conuertatur. Alio, cum peccatum eius nõ eſt manifeſtum hominibus: Deus autem,qui videt in abſcõdito,perſpiciens eius mentem, & animum eius uitiis,ac paſſionibus ſeruientem, & in corde peccatoris ſe non diligi,ſed aut auaritiam,aut libidinem,aut iactãtiam, iſtum talem Dominus tradit Satanæ;quia diſcedit à mente eius, & auertit ſe, & refugit à cogitationibus eius malis, & deſideriis eius indignis, & reliquit domum cordis eius uacuam.cap.audi denique.xi.q.3.

266 Et ſi epiſcopus Parochianum alterius Epiſcopi pro deprædationis cauſa excõmunicauerit pro communi utilitate, talis epiſcopus non debet grauiter ferre. c. placuit.6.q.3. Ex Cõc. apud Cõpendium.

267 At clericus, qui propter diſtrictionem relicto officio ad ſæcularem iudicem confugerit,& is ſolatium defenſionis impenderit, cum eo ab eccleſiæ communione pellatur.c.placuit,cum ſeq.21.q.5. Ex Agatheṅſi concilio.

268 Quid ſit excommunicatio; qualiter diuidatur;& quis poſſit excommunicare;& qui non includantur in generali excommunicatione; & quid operetur excommunicatio; habetur plenè in Manuale cõfeſſorum,& pœnitentium, Doctoris Martini Nauarri in cap.27.a num.1. vſque ad 23.incluſiuè,& de minori excommunicatione,à nu.24.vſque ad 27.incluſiuè.

DE DVPLICI EXCOMMUNICATIONE.

269 Excommvnicationvm duę ſunt ſpecies,maior,& minor. Minor eſt vt declaratur in cap. penul. de ſenten. excom. per quam quis a ſacramentorum participatione arcetur. Maior verò, per quam quis non ſolum à ſacramentorum excluditur participatione, verum etiam a communione fidelium, & alio nomine anathema appellatur.

Deinde

Deinde alia eſt Canonis, alia iudicis.

Iudicis quando infertur miniſterio iudicis tam ordinarii, quàm delegati.
Canonis quia ipſo iure a canone innodatur & vocatur etiam latæ ſententiæ.
Nam plures ſunt caſus, in quibus aliqui nulla expectata iudicis pronunciatione vinculo excommunicationis innodantur.
270 Et principalis caſus eſt, quando quis in clericum, vel monacum violẽtas manus iniecerit; quia vinculo anathematis ſubiacet: & nullus epiſcopus debet præſumere illum abſoluere, niſi in periculo mortis, donec ſe præſentet apoſtolico conſpectui, & eius mandatum ſuſcipiat c.ſi quis ſuadente. 17. quæſt. 4. & cap. 5. de ſenten. excommunic.
Et quòd percutiens monacum, & conuerſum debeat denũciari excommunicatus & euitari, donec læſis ſatisfaciat, & cum literis epiſcopi apoſtolico conſpectui ſe præſentet, eſt tex. in ca. parœcianos. 9. de ſent. excomm.
Et ne præſumptio aliquorum exiſtimet ſolos auctores violentiæ puniendos catholica authoritas facientes & conſentientes pari pœna plectendos condemnat, ac eos delinquentibus fauere interpretatur, qui cum poſſent manifeſto facinori deſinunt obuiare. cap. quantæ. 47. de ſenten. excommunic.
Et cum quis abſque tuo mandato manus iniicit in clericum violentas tuo nomine, ſi hoc ratum habueris, ipſo iure excommunicationem incurris: cum ratihabitio retrotrahatur & mandato comparetur. Si verò tuo nomine non ſit facta, licet pecces ratam habendo: non tamen innodatis eodem vinculo excommunicationis, cum quis ratũ habere nequeat, quod eius nomine nõ eſt geſtum. c. cum quis. 23. de ſenten. excomm. in 6.
Item laici detinentes clericos ſine tamen læſione in cuſtodia pœnam excommunicationis non euadunt, quanuis per eorum factum corporalis læſio non fuerit ſubſecuta, citra quam violentia ſæpius circa clericos nequiter perpetratur. cap. nuper. 29. in prin. de ſent. excomm.
271 Sed cum prælati debeant corrigere exceſſus ſubditorum, & publicæ vtilitatis interſit, ne crimina remaneant impunita, & per impunitatis audaciam fiant, qui nequam ſunt, nequiores, nõ ſolum poſſunt, ſed debent etiam clericos de crimine canonicè condemnatos ſub arcta cuſtodia detinere, qui cum ſint incorrigibiles, nec monaſteriis valeant cuſtodiri, ad ſimilia, vel peiora facile laborentur. cap. vt famæ. 35. de ſent. excomm.
Laici verò citra excommunicationis ſentẽtiam capere clericos, & ad iudicia trahere poſſunt, ſi oporteat etiam violẽter: dũ tamen faciant de mandato prælatorum, quorum eſt corrigere crimino ſos: cum non ipſi laici ſed illi, quorum auctoritate id faciunt, videantur facere: dum tamen non amplius eorum violentia ſe extendat, quàm defenſio, vel rebellio clericorũ exigit. d. cap. vt famæ. §. laici verò. de ſenten. excomm.
Et nihil obſtaret, ſi non appareret, clericos ſic detentos eſſe incorrigibiles: cum (niſi ex propoſito excedatur) in ipſis temeritas, vel iniuria non deprehendatur. cap. ſi clericos. 15. de ſenten. excommunic. in ſexto.
Et ſi de parendo iuri fideiuſſoriam dederit cautionem, detineri non debent: niſi exceſſus enormitas eos ſuaſerit detinẽdos. d. c. ſi clericos. §. eoſdem.
Sed & ſi Abbas in propria perſona, vel ſi neceſſitas vrget per clericum vel monacum temerarias manus præſumpſerit iniicere in clericum, monacum, aut conuerſum, etiam ſi cauſa ſubeſſet, tam Abbas, quàm qui verberauit, ſunt excommunicati, donec ad apoſtolicam ſedem veniant.
Sed ſi cauſa regularis diſciplinæ id faciat excuſatur cap. vniuerſitatis. 24. de ſenten. excommunic.
Et quanuis excommunicatus tali de cauſa ſit occultus, & priuatim veniam petat: tamen abſoluitur a ſolo Papa, c. porrò. 7. de ſent. excomm.
Sed abſoluti a Cardinalibus Legatis ſine ſcrupulo recipiendi ſunt pro abſolutis, etiam quòd mandatum expreſſum non oſtendant capit. ad eminentiam 20. de ſenten.

ſenten. excommunic.

Item clerici arma portantes relicto habitu clericali non gaudent immunitate, qua excommunicantur, qui manus iniiciunt in clericum: quia fruſtra eccleſiæ implorat auxilium, qui committit in ipſam, & iſti clerici à prælatis ſuis tertiò moniti, ſi noluerint arma deponere, de priuilegio clericorum ſubſidium aliquod habere non debent cap. in audientia 25. de ſent. excommunic.

272 Item ſi clerici offendunt aliquem, & ſatisfacere volentes offenſo ſecundùm morem patriæ corpora ſua ſponte ſuppoſũt 30. ſeu pluribus aut paucioribus percuſſionibus, huiuſmodi manus iniectio, & ſi non violenta: tamen iniurioſa videtur: cum canon nõ tam in fauorem clerici ordinati, quàm in fauorem ordinis clericalis fuerit promulgatus, & ideo prohibetur id decætero attentari cap. contingit. 36. de ſent. excomm.

Si quis autem clericus poſt prohibitionem factam ſponte ſe ſubiecerit, excommunicetur, prouiſo vt clericus ſatisfaciat competenter ſine iniuria clericali d. c. contingit. §. ſi quis autem clericus.

QVANDO NON INCVRRITVR IN SENTENTIAM EXcommunicationis.

273 Item ſacerdos eiiciẽs monialem cum clerico in eccleſia ludentem, & diuina officia turbantem, licet vi extraxerit ex eccleſia, non eſt excommunicatus c. veniẽs. 16. de ſent. excomm.

Officialis autem laicus pro iniectione manuum in clericum non poteſt abſolui ſine mãdato Ro. Pont. niſi forte turbam irruentem non ex deliberatione, ſed fortuito caſu clericum lædat. d. c. ſi verò 3. §. officialis, de ſent. excomm.

Si verò quis incontinenti vim vi repellat, & clericum lædat non tranſmittitur ad ſedem, cum vim vi repellere omnes leges, omniaque iura permittant. d. c. ſi verò. §. ſi verò.

Nec etiam tranſmittitur, qui manus violentas in clericum iniecerit cum uxore, matre, ſorore, vel filia turpiter inuentum. Cæterum ſi cum ea, quæ ita proxima conſanguinea non eſt, non erit immunis ab excommunicatione. d. c. ſi verò. §. nec ille & §. cæterùm.

Si verò aliquis in clericum nutrientem comam manus iniecerit violentas, dum modo clericum eſſe ignorauerit, nõ excommunicari debet, nec mitti ad ſedem, vel ſi dubium fuerit, proprio iuramento, quòd ignorauerit, excuſatur. At ſi præſtare voluerit ſicut ab excommunicato conuenit abſtineri, donec mandato ſum. Pont. abſoluatur cap. ſi verò aliquis 4. de ſenten. excommunic.

Occiſores clericorum aut presbyterorum, qui contempto clericali habitu tiranni di, & enormitati ſe inuerecundæ immiſcent in odium clericalis exceſſus, & terrorem, atque correctionem ſimilium, nõ coercentur canone latæ ſententiæ. Iniungitur autem eis pœnitentia competens, & aſperior aliquantulum, quàm ſi in laicos talia commiſiſſent cap. cum non ab homine 14. §. in articulo de ſenten. excommunic.

Nam etiam ſi ſacerdos falsò ſe filium Regis nominans, & armis acceptis ſeditionem fecerit, & guerram, fuerit fuſtigatus & patibulo traditus expirauerit, propter hoc interfectores non cogũtur adire Apoſtolicam ſedem: ſed epiſcopus pœnitentiam competentẽ iniungit c. perpendimus 13. de ſent. excomm.

Nec clerici, qui relicto ordine clericali & habitu in apoſtaſia tanquàm laici cõuerſantur, ſi in crimine comprehenſi teneantur liberantur per cenſuram eccleſiaſticã c. 1. de apoſtatis.

Immo clerici infamati de apoſtaſia nõ ſunt in ſæculari habitu tolerãdi ſed carcerandi, donec de infamia ſe purgauerint. c. 3. de apoſtatis.

Et qui in cuſtodia detinentur, & nimis, vel blandiciis non poſſunt induci, vt abiectũ habitum reaſſument, poſſunt ab epiſcopo, ſi uoluerint, in graui cuſtodia carcerari, ita quòd ſolum vita miſera reſeruetur, donec à ſuæ præſumptionis nequitia reſipiſcant. c. a vobis 5. de apoſtatis.

Item

Item ſi quis ratione officii, aut alii clerici ſeniores zelo deuotionis pueros, vel adoleſcentes in minoribus ordinibus conſtitutos turbantes diuina officia:& ii, qui cauſa prælationis & magiſterii ſubditos & ſcholares correctionis cauſa leuiter percuſſerint, non incurrunt excommunicationem.c.cum voluntate 54.§.ſi qui verò. de ſent.excomm.

Et idem de his, qui aliquos de familia ſua, vel propinquos inferiorum graduum; vt cohibeantur ab inſolentiis & informentur ſcientia & bonis, moribus, duxerint corrigendos. d.c.cum voluntate & d.§.ſi qui verò.in fi.

Caſus, in quibus vulnerans clericum non incurrit in hanc excommunicationem, in d.manuali confeſſ.ca.27.a num. 80. vſque ad 86.

DE IIS QVI POSSVNT ABSOLVI AB EPISCOPO A TALI EXcommunicatione.

274 IMPVBERES ſe inuicem percutientes non mittuntur ad ſedem apoſtolicã: quia ætas eos excuſat. Nec clerici, ſi ſunt plenæ ætatis,& non odio, vel inuidia, vel indignatione, ſed leuitate iocoſa ſe inuicẽ percuſſerint. Neque magiſter, ſi ſcholarem clericum intuitu diſciplinæ, vel correctionis percuſſerit.

Cæterum ſi ex odio iidem ſcholares, vel ſæculares clerici ſe ſe percuſſerint, pro abſolutione ad ſedem debent uenire, c.1. de ſent.excomm.

Et pueri ſiue ante, ſiue poſt pubertatem poſtulent ſe abſolui, ab epiſcopo abſoluuntur c.fi.de ſent.excomm.

Oſtiarius alicuius poteſtatis ſi ſub prætextu, ſui officii malignatus clericum læſerit, ab epiſcopo ſuo poteſt abſolui, niſi forte eũdem clericum grauiter uulnerauerit. ca.ſi verò alicuius 3.de ſent.excomm.

Monaci & Canonici Regulares quocunque modo ſe in clauſtro percuſſerint, ſubduntur diſciplinæ ſui Abbatis. Et ſi diſcretio Abbatis non ſufficit, prouidentia epiſcopi eſt adhibenda. cap. monaci. 2.de ſent. excommunic.

Et monialis percutiens monialem, ſiue conuerſas, vel clericum ſæcularem abſoluitur ab epiſcopo c.de monialibus 33. de ſent. excomm.

Sed religioſos abſoluit epiſcopus, ne habeat materiam euagandi, eo tamen caſu, quo poſſet ſæcularem clericum, ſi alium clericum percusſiſſet ca.religioſo. de ſenten.excomm.in 6.

Et quanuis religioſus non ſit in effectu, niſi facta profesſione: attamen nouitium verberans excommunicationem incurrit.d. cap.religioſo.§.quamuis.

Debet tamen intelligi de approbata religione:quia, qui voluerit ad religionem conuerti unam de approbatis aſſumat.cap.fi. de relig.domib.& cap.1. de relig.domib. in 6.& in extrauag.unica.Ioannis XXII. eod.titul.

Mulieres, vel aliæ perſonæ, quæ ſui iuris nõ ſunt, ab epiſcopo abſoluũtur, ſi manus in clericum iniecerint uiolẽtas c. mulieres. 6.de ſent.excomm.

Excommunicatum pro percusſione clerici abſoluit epiſcopus, ſi propter inimicitias, vel alias iuſtas excuſationes ſine periculo Papam adire non poteſt recepto iuramento ſecundum morem eccleſiæ ac mãdato, quòd adeat Papam impedimento ceſſante cap.de cætero. 11.de ſenten. excommunic.

Forma autem iuramenti in abſolutione habetur in cap. ex tenore. 10. ſupra eod. tit.

Papa non delegat abſolutionem, niſi cum clauſula de ſufficienti cautione præſtanda ab his, qui abſolui debent, quòd iudicio eccleſiæ debeant obedire. cap.ad hæc 12.de ſent.excomm.

Sed tamen conſideratis locorum & temporum qualitatibus, nam, quia monaci greci, & eremitæ ſuſpenſione & excommunicatione ligati nolunt redire niſi per manualem promisſionem recipiãtur ſine iuramento, ſeueritati aliquid detrahitur c. ſuper eo.51.de ſent.excomm.

Item ſenes, & valetudinarii, ſeu impediti membrorum deſtitutione ab epiſcopo abſoluuntur ſatisfacto de iniuria. alii autem ſiue pauperes, ſiue diuites ad Papam mittuntur. Et ſi abſoluuntur, timore mor

tis

tis iniungitur iuramentum: vt poſtquàm ſanati fuerint ad Romanam Eccleſiam, vel eius legatum adeant mandatum apoſtolicum ſuſcepturi. cap. ea noſcitur. 13. de ſenten. excommunic. & cap. quanuis 58. eod. titul. Et expresſius in clemen. 1. §. ſanè. de pœnis. Vbi dicitur, quòd ipſo facto reincidunt in eandem excommunicationem.

Quando autem quis eſt excommunicatus ab homine, & abſoluitur cum reincidentia, non reincidit ipſo facto, ſed opus eſt: vt ab homine in excommunicationem reducatur: ut declarat Petrus Rebuffus in concordantibus rubr. de excommunicationis non vitandis, in glo. nec ipſo facto.

Sed paupertate, aut infirmitate, vel ſenectute tanta grauatus, quòd laborem veniendi ad Romanam eccleſiam ſubire non valeat, abſoluitur ab epiſcopo cum iuramẽto, vt reſumptis viribus, & opportunitate conceſſa, viſitet Romanam Eccleſiam cap. quod de his. 26. de ſent. excomm.

Nam abſolutus propter mortis periculum, vel aliud impedimentum ab eo, à quo nõ poterat: ſi ceſſante impedimento cum commode poteſt, ſe non præſentet, ei à quo abſolui debebat recidit in eandem ſententiam excommunicationis. Idem in ab ſoluto, qui ſe debet alicuius conſpectui præſentare, ſi hoc non faciat cap. eos qui 22. de ſent. excomm. in 6.

Item abſolutio conceditur ab epiſcopo illis, qui clericis non enormen ſed modicam, & leuem iniuriam irrogarunt arbitrio ipſius epiſcopi. cap. peruenit 17. de ſent. excomm.

Seruus regulariter debet abſolui à Papa, ſed ſi dominus damnum patiatur, qui nõ fuit in culpa: vel ſeruus deſiderat adire ſedem vt ſubtrahat, ſe obſequio Domini, abſoluitur ab epiſcopo, ſi læſio non fuit enormis cap. relatum 37. de ſenten. excomm.

Qui poſſint abſolui ab Epiſcopo in excommunicatione ob percusſionem clericorum, habetur, in dicto Manuali in d. cap. 17. nume. 87. cum duob. ſequen. & ob iniuriam leuem, non atrocem a nume. 90. vſque ad 94.

DE EXCOMMVNICATIONE EX PARTICIPATIONE.

275 Clerici, qui ſcienter & ſpõte communicant excommunicatis a Papa, & ipſos in officiis recipiunt; cum in ipſis eadem excommunicatione inuoluuntur, & pro abſolutione mittũtur ad ſedem cum literis epiſcopi c. ſignificauit. 18. de ſent. excommunic.

Et nulli poſſunt priuilegio apoſtolico ſe tueri, quominus excommunicatos uitare debeant. Et ſicut excommunicati euitari debeant pro iniectione manuum uiolenta in clericos. cap. nulli 8. de ſent. excommunic.

Ac ſemel excommunicatus ſemper debet euitari: ut excõmunicatus, niſi legitimè conſtiterit de ipſius abſolutione. ca. ſicut nobis. 39. de ſent. excomm.

Item excommunicatus a pluribus prælatis ob plures cauſas, non eſt communioni reſtituendus, licet vni velit pro una cauſa ſatisfacere: cum de aliis non ſatisfecerit: quia ſupprimenti veritatẽ abſolutio non prodeſt, & epiſcopus veritatem intelligens abſolutionem exhibere non debet. c. officiis. 42. de ſent. excomm.

Nec eſt euitandus excommunicatus pro ſacrilega manuum iniectione in clericum ante denunciationem, niſi forte alicui ſoli pateret, in quo caſu priuatim tantùm euitabitur, quandiu ab eccleſia toleratur: vt ſaltim uerecundiæ rubore ſatisfaciat. c. cum non ab homine. 14. in princip. de ſent. excomm.

Nec epiſcopus, nec alii debent communicare excommunicato, ante abſolutionem licet iurauerit parere mandatis eccleſiæ. c. cum deſideres. 15. de ſent. excomm.

Ac euitari debet etiam ſi habeat literas Papæ cum ſalutationis alloquio: quia propter hoc non eſt abſolutus, cum per ignorantiam, vel negligentiam aut occupationem vel ſubreptionem hoc contingat. c. ſi aliquando. 41. de ſent. excomm.

Ac etiam ſi ſciẽter participat literis, verbo, oſculo non abſoluit, niſi exprimat. clem. 4. eod. tit.

Sed ſi publica fama eſt aliquem uerberaſſe cleri-

clericum. Nec epiſcopus, nec alii illi debent communicare, niſi arbitrio epiſcopi ſe purgauerit, & ad cautelam fuerit abſolutus. dicto cap. cum deſideres. §. ſecundæ quæſtioni.

Ac quamuis excommunicatus offenſo ſatiſfecerit: non tamen communicandum eſt ei; quia eccleſiæ, quam offendit, non ſatiſfecit. d. c. cum deſideres. §. tertiò.

Et qui communicat criminoſo in crimine ei conſilium dando, auxilium, vel fauorem, aut aliàs in oratione vel oſculo, debet abſolui ab excommunicatore, niſi difficultas accedendi ad ipſum impediat; quando autem communicat orando ſecum, aut etiam comedendo poterit abſolui vel ab epiſcopo, vel proprio ſacerdote: quanuis enim ſit excommunicatio iuris, non iudicis; quia tamen conditor canonis eius abſolutionem ſibi ſpecialiter non retinuit, eo ipſo conceſſiſſe videtur facultatem aliis relaxandi excommunicationem. cap. nuper à nobis. 29. in 2. qô. de ſent. excomm. idem in c. ſeq. 30. uer. ſecus autem. eod. tit.

Item excommunicatus propter participationem voluntariam licet ad cor rediens de mandato eccleſiæ excommunicatos, quos prius fouebat expugnaret, ex hoc ſolo pro abſoluto non eſt habendus.

Et ideo ſi in bello occumbat, abſolutiones, vel oblationes pro eo non ſunt recipiendæ, vel orationes domino porrigendæ; Niſi de ipſius viuentis pœnitētia per euidentia ſigna conſtiterit, & iuxta Innocen. 111. in cap. a nobis 28. ſupra eodem abſolutionis beneficium impendatur. c. ſacris. 38. de ſent. excomm.

Quando autem concubinæ clericorum publicæ excommunicatione notantur: concubinarii, qui communicant poſt latam ſentētiam in eodem crimine criminoſis, inuoluuntur ſententia maioris excommunicationis. c. ſi concubinæ. 56. de ſent. excommunic.

Illi autem, qui nominatim excommunicatis præſumptuoſè participant (præter perſonas exceptas, de quibus ſtatim dicetur) niſi commoniti deſtiterint, excommunicationis vinculo ſunt innodati. cap. quod in dubiis. verſic. illi autem 30. de ſenten. excommunic.

Ac ſi ex locutione, & aliis, quibus participans labitur in minorem excommunicatus fortius indureſcat, poteſt iudex poſt monitionem canonicam huiuſmodi participantes maiori damnare cenſura, aliter non tenet ſententia, & proferentes pœnam legitimam formidabūt c. ſtatuimus. 3. de ſent. excomm. in 6.

De hac participatione excommunicato habetur in d. Manuali Confeſſ. d. c. 27. a nu. 28. vſque ad 36. incluſiue.

276 Sed Gregorius X. declarauit, quę ſit monitio canonica, ac ſtatuit, excommunicationem in participantes non valere, niſi (rite ſeruatis aliis) monitio nominatim exprimat eos, qui monentur: & ſit cum tribus monitionibus ſiue vna pro omnibus, & obſeruentur aliquorum dierum competētia interualla, niſi facti neceſſitas aliter & ſuaſerit moderanda, c. conſtitutionem 9. de ſent. excomm. in 6.

277 Perſonæ exceptæ, quæ non incidunt in excommunicationem ſunt notatæ in ca. quoniam multos. 11. q. 3.

Vbi vxores, filii, ſerui, ancillæ, ſeu mācipia, nec non ruſtici, & ſeruientes, & alii, qui non adeo curiales ſunt: vt eorum conſilio ſcœlera perpetrentur, & ii, qui ignorantes communicant, ſiue illi, qui communicant cum illis, qui excommunicati ſunt: quia excommunicatis communicant.

Item quicunque orator, ſiue peregrinus, aut viator in terram excommunicatorum deuenerit, & ibi non poſſit emere, vel non habeat, vnde emat: ab excommunicatis licentia accipiendi datur.

Et qui excommunicatis in ſuſtentationem non ſuperbiæ, ſed humanitatis cauſa dare aliquid voluerit, non prohibetur. d. ca. quoniam multos. §. quicunque.

Sed cum ex ſupradicto canone orta eſſet occaſio diſputādi: quia dubitabatur, an perſonæ exceptæ ſicut poterant communicare, ita pariter tenerentur vel me, Innoc. 111. declarauit perſonas, quæ erant obnoxiæ ante excommunicationem, de quibus in prima parte illius canonis, teneri

& obli-

& obligatas eſſe. Cæteràs verò perſonas, de quibus in d.§.quicunque. non teneri. Immo viatores & cæteri debent ſe abſtinere remota cauſa neceſsitatis.c.inter cætera.31.de ſent.excomm.

Quæ diſpoſitio extenditur ad tranſeuntes nauigio cum excommunicatis: quanto minus tamen poterunt & cum dolore, & amaritudine cordis & ſub ſpe veniæ: nam ſunt excuſabiles, cum iam nautæ receperint nauli maiorem quãtitatem, nec poſſent induci ad eam reſtituendam, nec etiam coarctari; & dominus nauium ſit tanquàm paterfamilias, & nauigãtes ſint tanquam ipſius familia, dum nauib. eius fruuntur. cap. ſi verè. 34. de ſenten. excommunic.

Alloquens excommunicatum in his, quæ ad abſolutionem, vel aliàs ad ſalutẽ pertinent, excipitur, licet alia verba incidenter, vt apud eum magis proficiat, interponat cap. cum voluntate. 54. de ſenten. excommunic.

Prædicatores quoque, qui penes excommunicatos, vel alios alienarum rerum detentores in prædicationibus, & confeſsionibus quaſi curã gerunt eorum, ad quos res ſpectant, licitè ab excommunicatis poſſunt eleemoſinas recipere, præſertim ſi aliàs ſuſtentari non poſſent. d.cap. cum uoluntate. §. prædicatores. de ſenten. excommunic.

Vlterius, qui communicat excommunicatis, inuitus per coactionem adſtrictus, nõ tenetur excommunicatione: cum magis pati, quam agere videatur: ſi autem per metum inductus, licet metus attenuet culpam: quia tamen non eam prorſus excludit: cum pro nullo metu debeat quis mortale peccatum incurrere, excommunicationis labe inquinatur. ca. ſacris. 5. de his quæ vi, metusve cauſa fiant.

Sed illa temperatio Gregorii vii. in d. cap. quoniam multos. fuit ampliata ſub Leone X. in Concilio Lateranenſi.

Nam nullus tenetur vitare excommunicatos aut ſuſpenſos: niſi ſpecialiter publicati & denũciati fuerint, aut ita notoriè cõſtiterit, eos incidiſſe in ſententiam excõmunicationis; vt nulla poſſit tergiuerſatione celari, aut aliquo iuris ſuffragio excuſari: per hoc tamen non releuantur in aliquo excommunicati: ſed timoratis cõſcientiis prouidetur in eodem Concilio Lateranenſi rubric. de excommunic. non vitandis.

Sed vt vbique excommunicatis eccleſiaſticus aditus excludatur, & excuſationis cauſa omnibus auferatur, decreuit Honorius Papa curæ eſſe omnibus epiſcopis indicate nomina excommunicatorum tam epiſcopis vicinis quàm ſuis parœcianis, eaque celebri loco poſita præ foribus eccleſiæ cunctis conuenientibus inculcare, ca. curæ ſit. 11. q. 3.

DE EXCOMM. MAIORI EX ALIIS CAVSIS.

278 SED vlterius hæc excommunicatio maior, ſiue latæ ſententiæ incurritur ex multis cauſis ut ſupra diuerſis in locis apparet: ſed pro complemento alii caſus annotabuntur.

Nam in primis omnes hæretici hanc ſententiam ipſo iure incurrunt, de qua in cap. ad abolendam. in prin. & ca. excommunicamus. 13. de hæreticis, & cap. nouit. 49. de ſent. excomm.

Item defenſores, & receptatores hæreticorum ipſo iure excommunicati ſunt, & qui eos in domo ſua tenere, uel fouere, aut negociationem cum eis exercere pręſumunt cap. ſicut 8. de hæret. & cap. quicũque 2. eodem in 6. ubi additur, quòd etiã ſunt excommunicati, qui hæreticos tradunt ſepulturæ, nec merentur abſolutionem, niſi propriis manibus publicè extumulent, & proiiciant huiuſmodi corpora damnatorum.

Sunt etiam excommunicatæ quæcunque laicæ perſonæ, ſi audent publicè vel priuatim de fide catholica diſputare d. c. quicunque. §. inhibemus. de hæret. in 6.

Item qui dicunt Romanam eccleſiam non eſſe caput aliarum eccleſiarum.

Quòd ſit caput, habetur in c. fœlicis. §. per hoc quoque de pœn. in 6.

Et Iuſtinianus Imperator ita appellat Romanum Pontificem in ſua epiſtola miſſa

Ioanni

Ioanni Ro. Pont. incipit Victor Inſtinianus, poſita in lib. Codicis de ſumma trinit. nominans etiã ſanctiſsimum & beatitudinem ſuam.

Et omnes Chriſti fideles de neceſsitate ſalutis ſubſunt Roman. Pontifi. qui vtrunque gladium habet ſpiritualem & materialem, & omnes iudicat & a nemine iudicatur, extrauaganti prima. de maioritate, & obedientia, in communibus: & de hac poteſtate Papa habetur plenè in cap. cum per venerabilem, qui filii ſint legitimi.

Qui grauauerit aliquem, vel eius conſanguineos, aut ſpoliat eccleſias, aut bona pro eo, quòd eum, pro quo rogabatur, eligere nolit, ipſo facto excommunicatus eſt. c. ſi aut 12. de elect. in 6.

Item imponentes argarias, & grauantes eccleſiaſticos viros, & aliis ſeu collectis & exactionibus & ſucceſſores, & præceſſores ſunt excommunicati. cap. aduerſus, & cap. non minus. de immunitat. eccleſiarum, de quibus ſupra dictum fuit, de immunit. eccleſ.

Ac ſunt excommunicati, qui cogunt fieri alienationes, vt declaraui in titul. de rebus eccl. non alie.

Et repreſaliæ, in quibus alius pro alio prægrauatur, ciuili lege prohibentur, & multo magis contra perſonas eccleſiaſticas, ſeu bona ipſorum quantumcunque generales ſint, & conceſſæ ſe intra menſem nõ reuocentur, ſingulares ſunt excommunicati, vniuerſitas ſubiacet eccleſiaſtico interdicto. c. vnico, de iniuriis. in 6.

Item qui decætero ſeruari fecerint ſtatuta edita & conſuetudines introductas contra libertatem eccleſiæ: excommunicati ſunt. Item facientes ſtatuta contra libertatem eccleſiæ, & illi, qui ea ſcripſerint, & qui ea ſeruauerint, quanuis non tulerint, & qui ſecundum ea præſumpſerint iudicare; & qui ſcripſerit iudicata, quæ omnia habentur in c. nouerint. 49. de ſenten. excomm.

In extrauaganti vnica Ioannis XXII. de ſenten. excommunic. eſt taxatio gratiarum ſedis Apoſtolicæ, ac multa ſunt obſeruanda, & tranſgreſſoribus, ſcriptoribus, & abbreuiatoribus eſt pœna excommunicationis.

Item excommunicati ſunt, qui pactis, aut promisſionibus iuſtitiam, vel gratiam a ſede Apoſtolica obtinent, & illi, qui tales non reuelant, nec abſoluuntur (præterquàm in mortis articulo) niſi a Papa, extrauaganti prima, de ſenten. excomm. in communib.

Item artem illam mortiferam & odibilem baliſtariorum & ſagittariorum aduerſus chriſtianos, & catholicos exerceri prohibitum eſt ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ. c. vnico, de ſagittariis.

Item procurantes capi viros eccleſiaſticos, vt renuncient beneficiis, vel vt citati nõ vadant ad curiam, ſunt excommunicati. Et ſi ſunt prælati, vel ſuſpenſi a perceptione fructuum per triennium, inferiores beneficio ſunt priuati.

Eandem pœnam incurrunt ipſi citati, qui ſe capi procurant.

Et reſignatio ſic facta etiam ratificata nõ tenet, cle. 2. de poen.

Qui cum effractione ſpoliant eccleſiam, denunciantur excommunicati, & euitãtur, donec paſsis iniuriam congruè ſatisfaciant, & damna data reſarciant, & cum literis Epiſcopi ad Papam ſe præſentent. cap. conqueſti ſunt 22. de ſenten. excommunicat.

Et quia electio Romani Pontifici, debet eſſe a duabus partibus Cardinalium, ſi quis a tertia parte electus, ſibi nomen epiſcopi vſurpauerit, tam ipſe, quàm qui eum receperint, excommunicationi ſubiaceant & totius ſacri ordinis priuatione multentur. cap. licet de vitanda. 6. de electionibus.

Item excommunicati ſunt, qui cognoſcunt habere falſas literas Papæ, & infra xx. dies illas non deſtruunt aut reſignant. ca. dura ſæpe. S. adiicientes. 4. de crimi. falſi.

Qui vtitur literis falſis, ſi laicus excommunicatur, ſi clericus officio & beneficio priuatur. cap. ad falſariorum 7. de crimine falſi.

Chriſtiani deferentes Saracenis arma, ferrum & lignamina galearum, & qui pro cupiditate in galeis & piraticis ſaraceno-

Z rum

rum nauibus regimen & curam guberna tionis exercent, excommunicati ſunt, & debent multari per principes catholicos & conſules ciuitatum priuatione rerum ſuarum, & fiunt ſerui capientium, & præcipitur, vt per eccleſias maritimarum vrbium crebra & ſolennis in eos excommunicatio proferatur. cap. ita quorundam. 6. de iudæis. idem habetur in cap. ſignificauit. x 1. & in cap. quod olim. & c. ad liberandum. eod. tit.

Et talibus gremium non aperiatur eccleſiæ, niſi totum, quod ex commercio tam damnato perceperint, & tantundem de ſuo in ſubſidium terræ ſanctæ tranſmiſerint. d. cap. ad liberandam. §. & talibus, de iudæis. Quòd ſi forte ſoluendo non fuerint, ſic aliàs reatus talium caſtigetur, quòd in pœna ipſorum aliis interdicatur audacia ſimilia peragendi. d. c. ad liberandam. §. quòd ſi.

Item incendiarii, quando ſunt publicati ex communicati, à ſolo Papa abſoluuntur, c. tua nos. 19. de ſent. excomm.

Excommunicati ſunt magiſtri & ſcholares Bononienſes, qui ante tempus cōductionis finitæ cōducunt hoſpitia aliorum magiſtrorum, vel ſcholarium ſiue conſenſu ipſorum. c. 1. locato & conducto.

Corpora defunctorum exenterantes, & decoquentes, vt oſſa a carnibus ſeparata ferant ſepelienda in terram ſuam, ipſo facto ſunt excommunicati, in extrauaganti prima, de ſepul. in communibus.

Item illi, qui de loco ad locum iter faciunt, & ibi rapinas & depredationes peragunt debent excommunicari a loci prælato, nec antea abſoluantur, quàm emendent de perceptis. Et de excommunicatione proprio epiſcopo ſignificandum eſt, vt prouideat pro emendatione cap. 1. de raptoribus.

Et qui Chriſtianos pro negociatione, aut aliis negociis nauigio vectos, aut capere, aut rebus ſuis ſpoliare præſumūt, excommunicandi ſunt.

Item illi, qui ſpoliant Chriſtianos, naufragium patientes rebus ſuis, niſi ablata reddiderint. c. 3. de rapt.

Item regulares profeſſi exeuntes ad audiendas leges, vel phyſicam, niſi intra duos menſes ad clauſtrum redeant, excommunicati ſunt cap. non magnopere 3. ne clerici, vel monaci, & in cap. fin. eod. tit. ubi declaratur dictum. cap. tertium eſſe canonem latæ ſententiæ, & incidentes in ipſum tam a Diœceſanis & capitulis ipſorum, quàm a cæteris epiſcopis, in quorū diœceſibus ſtudent, nunciantur publicè excommunicati, & obnoxii pœnis.

Ac illa diſpoſitio extenditur ad Archidiaconos, Decanos, plebanos, præpoſitos, cantores, & alios clericos perſonarum habētes, necnon presbyteros, niſi ab his intra ſpatium præſcriptum deſtiterint; & appellatione poſtpoſita debet firmiter obſeruari. d. c. fin. §. quia verò.

Sed hæc diſpoſitio non extenditur ad illos, qui parœciales eccleſias obtinēt, niſi fuerint plebaniæ ſub ſe capellas habentes, in quibus inſtituuntur clerici perpetui nequeuntes ab ipſis abſque cauſa rationabili amoueri. cap. primo ne cleric. vel monaci in 6.

Vt ſubtrahatur materia euagandi, prohibētur profeſſi tacitè, vel expreſſè cuiuſcunque religionis temere dimittere habitū religionis ſuæ, & accedere ad quouis ſtudia literarum, niſi prius ſit conceſſa licentia eundi ad ſtudium à ſuo prælato cum cōſilio ſui capituli, vel maioris partis ſub pœna excommunicationis ipſo facto.

Et Doctores ſeu magiſtri, qui ſcienter docere & in ſcholis præſumpſerint retinere religioſos habitu ſuo dimiſſo leges, vel phyſicam audientes ſimiliter eo ipſo ſint ſententia innodati, c. ut periculoſa. ne clerici vel monaci in 6.

Ac vlterius apoſtatæ, qui abiectum habitum nolunt reaſſumere, ſi voluerit epiſcopus, poſſunt ſub graui cuſtodia carcerari, ita quòd ſolummodo vita ſibi miſera reſeruetur, donec a ſuæ præſumptionis nequitia reſipiſcant. c. a nobis. 5. de apoſtatis.

Pro eo quod in Reges, Principes, Barones, nobiles Balliuos, vel eorū miniſtros ſententia excommunicationis ſuſpenſionis & interdicti fuerit promulgata: quicunque, alicui dederint licentiam occidendi, capiendi, vel in perſonis, aut reb. ſuis grauan-

grauandi, eos, qui tales ſententiam protulerunt, vel obſeruantes ipſas ſententias. Nec non volentes ipſis ſic excommunicatis communicare. Eo ipſo incurrunt excommunicationis ſententiam: niſi licentiam ipſam re integra reuocauerint, vel ſi ad bonorum captionem proceſſum fuerit, ipſa bona inter octo dierum ſpatium reſtituta fuerint, aut ſatisfactio pro ipſis impenſa.

Et eadem ſententia innodantur omnes, qui auſi fuerint prædicta licentia vti.

Sed qui in excommunicatione permanſerint, duorum menſium ſpatio ex tunc ab ea non poſſint, niſi per ſedem Apoſtolicam abſolutionis beneficium obtinere. c. quicunque. x i. de ſent. excom. in ſexto.

Sed excommunicatus ob violentam manuum iniectionem & violationem immunitatis eccleſiæ: quia traxiſſet clericum p clauſtrum eum verberando, ſi obtinet abſolutionem expreſſa una ſola cauſa cogitur tanquàm excommunicatus ſatisfacere eccleſiæ ſuæ pro altera. c. cum pro cauſa. 27. de ſent. excomm.

Si excommunicatus, in quo indicia fuerint pœnitentiæ manifeſta, nec per eum ſteterit, quominus reconciliaretur eccleſię, deceſſerit non ſuſcepto abſolutionis beneficio, non eſt recipienda eleemoſina pro ipſo ab eccleſia, neque orãdum; ſed quia interdũ contingit, vt qui ligatus eſt apud Deum, apud eccleſiam ſit ſolutus; & qui liber eſt apud Deum, eccleſiaſtica ſit ſentẽtia innodatus; quia vinculum, quo peccator ligatus eſt apud Deũ, in culpæ remiſſione diſſoluitur: illud tamẽ, quo ligatus eſt apud eccleſiam, relaxatur, cum ſententia remittitur: licet quò ad Deum abſolutus fuiſſe credatur: non dum tamen habẽdus eſt apud eccleſiam abſolutus, ſed poteſt, & debet eccleſia abſolutionis beneficium impartire, non obſtante, quòd ſit regula non eſſe communicandum mortuis ſi ipſis uiuis non communicabatur: quia communicandum erat eum iſto uiuo, quem non contemptus religionis, ſed neceſſitatis articulus impediuit. & in certis caſibus à canonibus denotatis legatur ligaſſe eccleſiam mortuos, & ſoluiſſe; nam in ca. ſanè profertur. 24. q. 2. multis exemplis probatur; quòd hæretici etiam poſt mortem ſunt excommunicandi.

Et in cap. accuſatus. §. in eo verò caſu, de ſen ten. excommunic. in 6. dicitur. Poſt mortem hæretici declarari poſſe cum hæreticum fuiſſe, & quòd procedatur ad confiſcationem bonorum.

Forma autẽ abſolutionis ſeruetur ab eccleſia conſueta.

Hæredes quoque ipſius ad ſatisfaciendum pro ipſo, ſi monitione præmiſſa noluerint, per diſt. eccl. compellãtur. c. a nobis. 28. de ſent. excomm.

De excommunicationibus reſeruatis Papæ, & de comprehenſis in bulla cœnæ Domini in pluribus declarationibus, & de illis non compræhenſis in dicta bulla, ſed ſunt in decreto, & decretali, clementinis, & extrauagantibus, in d. manuali, d. cap. 27. a nume. 49. vſque ad 79. & a nu. 95. vſque ad n.

De non reſeruatis nec Papę, nec epiſcopis a nu. 110. vſque ad 150.

DE EXCOMMVNICATIS APPELLANTIBVS.

279 Si excommunicatus ab Epiſcopo ad Metropolitanum appellans proponat ſe fuiſſe excommunicatum poſt appellationem legitimam, vel in forma excommunicationis intolerabilem errorem patenter fuiſſe expreſſum, iſtis caſibus etiam ſi nõ petat abſolutionem, ad probationem eorum debet admitti. Sed donec de ipſis conſtiterit, in aliis actionibus euitari debet, quanquàm Sedes Apoſtolica talem conſueuerit abſoluere ad cautelam. c. per tuas. §. nos igitur. 40. de ſentẽ. excomm. & c. qua fronte 25. in fi. de appell.

280 De abſolutione ab cautelam in cap. venerabilibus. §. fin. 7. de ſent. excomm. in 6.

Exempla erroris intolerabilis habentur in d. cap. 7. §. Poteſt quoque, videlicet, quando mandatur id, quod eſt peccatum, utputa, quia ſit excommunicatus, quia pauperi eleemoſinam tribuebat, vel quia faciebat id, quod in ſuo genere bonum eſt, aut quia non operabatur id, quod illicitum

eſt, & prauum.

De euitatione idem in cap. 2.§. in ſecunda verò, de ſenten. excommunic. in 6. Nam pendente probationis articulo in cæteris, quæ, vt actor in iudiciis attentauerit, interim euitetur.

Sed extrà iudicium in officiis, poſtulationibus, & electionib, & aliis legitimis actionibus admittetur, d.c.2.§. extra iudicium, de ſent. excomm. in 6.

Sed quando appellans non proſequitur debito tempore appellationem, quamuis excommunicatio lata fuerit poſt ipſam appellationem lapſo eodem tempore excommunicatus debet publicè nũciari, & nedum in iudicio, ſed etiam in extraiudicialibus euitari, ac à legitimis actionibus remoueri debebit, quouſque poſt legitimam appellationem excommunicatus fuerit, vel aliàs de ipſius ſententiæ docuerit nullitate. cap. licet. 14. de ſenten. excommunic. in 6.

In aliis caſibus exceptis duobus ſupranominatis de legitima appellatione, & errore intolerabili, niſi appellans imploret gratiam abſolutionis, non debet admitti. d. cap. per tuas. 40. §. uerum in aliis. de ſenten. excommunic.

Quòd ſi humiliter poſtulauerit abſolutionem Metropolitanus eum abſoluat, niſi maluerit eum remittere ad ſuffraganeũ, d.c. per tuas. §. quòd ſi.

Si tamen eo caſu ipſe ſuffraganeus noluerit abſoluere, Metropolitanus abſoluat recepta cautione eccleſiæ conſueta & deinde eum audiat. d.c. per tuas. & §. quod ſi. verſ. ipſe nihilominus.

Quando verò epiſcopus propter manifeſtũ exceſſum ſubditum excommunicaſſet, Metropolitanus non debet eum abſoluere, niſi ſuffraganeus requiſitus malitiosè deneget abſolutionem concedere. d. cap. per tuas. in fi. de ſent. excomm.

Ac ſemper Archiepiſcopus in caſibus, in quibus eis iuriſdictio cõpetit, vt pote ſi poſt diffinitiuam ſententiam fuerit quis excõmunicatus, & ad eum fuerit appellatum, antequàm cauſam audire incipiat debet abſoluere excõmunicatos a ſuffraganeis iuxta formam eccleſiæ, exceptis tamen caſibus, in quibus iura prohibẽt poſt ſententiam appellare. cap. venerabilibus. §. porrò. 7. de ſent. excomm. in 6.

Abſoluitur etiam quis ad cautelam cum de viribus ſententiæ dubitatur, nam a ſentẽtia ſuſpenſionis ab Archiepiſcopo in epiſcopum promulgata: ſententia ipſa relaxatur ad cautelam recepto iuramento, quòd parebit mandatis, quæ ſibi archiepiſcopus fecerit, ſi cõſtiterit ipſum in eo, pro quo fuit lata prædicta ſententia culpabilem extitiſſe cap. venerabili. 52. de ſent. excomm.

Et conceditur hæc abſolutio ad cautelam, quamuis excommunicator, vel aduerſarius ſe opponat.

Verum ſi dicatur pro manifeſta offenſa excommunicatum fuiſſe, terminus octo dierum indulgetur ſic dicenti; vt ſi probetur id, quod opponitur, non relaxetur ſententia, niſi pręſtetur emenda, vel competens cautio de parendo iuri, ſi offenſa debita proponatur c. ſolet 2. in princ. & §. in prima igitur. de ſent. excomm. in 6.

Nam ſi quis excommunicatus ex quacunque cauſa offert ſe ad iuſtitiam ſatisfacere, iudex eum, ne in excommunicatione decedat, debet abſoluere, etiam ſi pars aduerſa, ne abſoluatur, appellet, recepta cautione de parendo iuris æquitati, ſi maluerit appellans coram Pontifice, vel cui cauſam delegauerit. cap. qua fronte. §. ſanè 25. de appellat.

281 Sed excommunicatus ab archidiacono, vel aliis ſubditis ſuffraganeorum, Archiepiſcopi (cum nec excommunicantium, nec excommunicati ſint iudices) non debent impartiri beneficium abſolutionis, quanuis poſſent abſoluere excommunicatos a ſuffraganeis, ſi ad eos fuerit appellatum. d.c. venerabilibus 7. in princip. de ſent. excomm. in 6.

282 Niſi ſit conſuetudo contraria ſuper hoc cap. Romana. v. in principio de ſenten. excomm. in 6.

Ac etiam poteſt ex eadem conſuetudine Archiepiſcopus excommunicare ſubditos ſuffraganeorum, & exigere emendas pecuniarias. d.c. 7. §. denique.

283 Neutra verò partium appellante: cum

non ſint ſui iudices, non eſt ab Archiepiſcopis audienda. d. cap. 7. §. neutra uerò. de ſent. excomm. in 6.

Sed ſi excommunicatus deponat apud Archiepiſcopos de ſuffraganeorum querelam: vt imponatur ei pœna, audire debẽt vtique eum. d. cap. 7. §. ſed ſi excommunicatus. Secus autem ſi conqueratur, vt relaxetur ſentẽtia pro alio promulgata; quia nõ ad ſuffraganeum, ſed ad eum, pro quo eſt lata ſententia, ſpectat tueri hanc cauſam. d. c. 7. §. ſecus autem.

Quanuis ſi epiſcopus extra iudicium pro iurium ſuorum defenſione, vel etiam in iudicio ex ſuo officio procedens inquirendo, vel ſimile quid agendo, aliquem excommunicet, in hoc caſu ipſe epiſcopus conueniendus eſt coram Archiepiſcopo: quia ipſius intereſt defendere cauſam ſuã d. c. 7. §. attamen.

Verum iſtis caſibus ſi excommunicatus proponat querimoniam primitus abſoluendus eſt iuxta formam eccleſiæ. d. c. 7. §. porrò. in princip.

Niſi ſuffraganeus ſe offerat probaturum, quòd pro offenſa manifeſta eum excommunicauit. d. cap. 7. §. porrò. verſicul. niſi ſuffraganeus.

Sed quia pluries de manifeſta offenſa facta eſt mentio, qui deſiderat ſcire, quæ ſit manifeſta offenſa, videat. cap. cum olim. 24. de verbor. ſignific. quia ibi reſcripſit Papæ non quæ iudici, vel alii manifeſta uideatur. Sed quę vel per confeſsionem, vel probationem legitimè nota fuerit, aut euidentia rei, quæ nulla poſsit tergiuerſatione cęlari.

284 Quando igitur ſententia eſt pro manifeſta offenſa; quia certum eſt, excommunicationis ſententiam eſſe iuſtam, ſuperior iudex (niſi periculum ſit in mora) debet excommunicatum remittere ad excommunicatorem, nec eum abſoluetur, niſi excommunicator requiſitus malicio sè deneget abſolutionem. d. c. 7. §. ſanè.

Si autem conſtat eſſe iniuſtam, abſoluit Archiepiſcopus ſine difficultate. d. cap. 7. §. ſanè. verſic. ſi verò.

Quòd ſi dubitetur, poteſt relaxare iuxta formam eccleſiæ, niſi deferat excommunicatori, quod honeſtius & conueniẽtius erit. d. cap. 7. §. ſanè. verſicul. quòd ſi. de ſent. excomm. in 6.

Abſolutio autem a ſuperiore tenet licet forſitan ſit iniuſta: quoniam & ſi contra ius litigatoris: non tamen contra ius conſtitutionis abſoluit. d. cap. 7. & §. ſanè verſi. vbi autem.

285 Quando autem quis excommunicatur pro præſumpta contumacia: quia in præfixo termino non compareat, protinus iuxta formam eccleſiæ debet abſolui. Et præſumpta contumacia dicitur, ſi in itinere captus, vel etiam alio impedimento detentus in termino comparere nequiuit. Ac ſimiliter ſi citatur quis ad certum locum, & ipſe citatus proponat locum non eſſe ſibi tutum, ſed iudex poſtea: quia non probauit hoc, nec comparuit, eum excommunicauit: nam ſi appellat, & probare vult, locum non eſſe tutum eſt audiendus: quia eſt præſumpta contumacia. d. cap. 7. §. porrò. verſic. idem eſt. & verſic. hoc ipſum. de ſent. excomm. in 6.

Sed ſi iudex pronunciaſſet, locum illum eſſe idoneum & ſecurum, & ille non comparuiſſet, ac ideo citatus fuerit excommunicatus, iſte non debet audiri, niſi poſt latam interlocutoriam intra decendiũ pro uocaſſet. d. ca. 7. §. porrò. ver. ſed ſi iudex.

Quando autem eſt manifeſta contumacia: quia quis ſe contumacẽ confiteatur: quia forte prædixerat in iudicio, quàm minimè compareret, non eſt huic abſolutio impendenda, niſi pręſtita ſatisfactione expenſarum, & cautione de ſtando iuri. d. c. 7. §. porrò verſic. ſecus autem.

286 Sed propter talem abſolutionem, quę dicitur ad cautelam, iudex appellationis non illico debet pronunciare ſentẽtiam excommunicationis fore nullam. d. ca. 8 §. ſed ſi ex cauſa, de ſent. excomm. in 6.

287 Nam ſi conſtiterit aduerſus excommunicatorem de iniuſta excommunicatione, excommunicator condemnabitur excommunicato ad intereſſe, ac aliàs ſuperioris arbitrio puniendus erit, niſi forte errauerit ex cauſa probabili, maximè ſi probabilis opinionis exiſtat. c. ſacro. 48. §. cumque aduerſus. de ſent. excomm.

288 Verum ſi nihil rationabile fuerit a conquerente probatum, idem condemnetur per pœnam ad intereſſe ſecundum ſuperioris arbitrium; niſi & ipſum probabilis error excuſet: ſed per cautionem receptã ſatisfacere compellatur, vel in priſtinam reducatur ſentẽtiam, vſque ad ſatisfactionem condignam obſeruãdam, d.c. ſacro, §. verum ſi contra.

289 Quando autem iudex cognoſcens errorem paratus ſit ſententiam reuocare, & is, pro quo lata eſt, appellet, iudex appellationi non deferat in hac parte. d.cap. ſacro. §. ſi verò iudex.

Sed ſi talis ſit error, de quo poſſit probabiliter dubitari, tunc recepta cautione de parendo iudici appellationis abſoluetur. d. c. ſacro. §. niſi talis ſit.

Iudex autem reuocans ſic errorem præſcriptæ pœnæ non ſubiacebit: cauens tamen omnino, ne uoluntate peruerſa in alterius præiudicium mentiatur errorem, ſi diſtrictionis canonicæ uult effugere vltionem. d.c. ſacro. in fine, de ſent. excom.

290 Punitur etiam prælatus, ſi excommunicat ſubditum ſine competenti monitione præmiſſa, & perſonis idoneis præſentib. per quas, ſi neceſſe fuerit, poſſit probari monitio. Nam ſi ſecus factum ſit, etiam ſi iuſta fuerit excommunicatio, interdicitur ingreſſus eccleſiæ per menſem & alia pœna punitur, ſi viſum fuerit. d.c. 1. ſacro, 48. in prin. de ſent. excomm.

Niſi forte talis ſit culpa quæ ipſo ſuo genere ſuſpenſionis, uel excommunicationis pœnam inducat c. reprehenſibilis. 26. in prin. de appell.

Item cum medicinalis ſit excommunicatio non mortalis, quiſquis excommunicat, debet excommunicationem in ſcriptis proferre, & expreſsè cauſam cõſcribere, propter quam excommunicatio profeatur, & requiſitus tradere exemplum ſcripturæ intra menſem, ſuper qua requiſitione fiat publicum inſtrumentum. cap. 1. de ſent. excomm. in 6.

Violator huiuſmodi conſtitutionis per mẽſem ab ingreſſu eccleſiæ, & diuinis officiis ſit ſuſpenſus d.c. 1. §. ſi quis autem.

Superior verò, ad quem recurritur, ſententiam ipſam ſine difficultate relaxans latorem excommunicato ad expenſas, & omne intereſſe condemnet, ac aliàs puniat, vt pœna docente diſcant, quàm graue ſit excommunicationum ſentẽtias ſine maturitate debita fulminare. d.c. 1. §. ſupior.

Et hæc eadem in ſuſpenſionis & interdicti ſententiis, debent obſeruari. d. cap. 1. §. & hæc de ſent. excomm. in 6.

Sed cum vim vi repellere permittatur, licitum fuit Decano ſpoliato iniurioſè per Balliuum ſuis bonis mundanis ſe tueri contra illius violentiam, & iniuriam. Ac deficiente potentia temporali, potuit ſe defenſare gladio eccleſiaſtico: præſertim quia ex aliis cauſis ipſe Balliuus excommunicatus ſpernens ſententiam excommunicationis tanquàm ex inde prouocatus Decanum ſpoliauit: & propter hoc tulerit ſententiã interdicti proprio ſibimet ſubueniendo ſubſidio, & ſuam temporalem iniuriam ſua propria ſpirituali defenſione tueri, & vtrunque gladium temporalem & eccleſiaſticum, alterũ altero adiuuare: maximè quia hi duo gladii exigẽte neceſsitate conſueuerunt ſibi adinuicem ſuffragari c. dilecto filio. 6. de ſenten. excomm. in 6.

Sed ſi quis ita pronunciauerit, quiſquis furtum fecerit, excommunicatus ſit; quia eſt generalis ſententia ſolum ſubditi obligãtur, niſi forte plus contulerit maior & largior authoritas delegantis. cap. a nobis, 21. de ſenten. excomm.

Iniuſta eſt etiam excommunicatio in ſpecie, vel in genere pro culpis, & offenſis præteritis, vel præſentibus abſque competenti monitione promiſſa. c. Romana. §. ſed nec, de ſent. excomm. in 6.

Cauere etiam prælati debent, ne excommunicent pro futuris culpis, videlicet, ſi tale quid fecerint, vel etiam pro commiſſis, ſi de illis intra tale tempus non ſatisfecerint, niſi mora in exhibenda ſatisfactione, vel culpa, ſeu offenſa præceſſerit, aut alia rationabilis cauſa in ſentẽtia expreſſa ſubſit, d.c. Romana. §. caueant, de ſent. excomm. in 6.

Ac excommunicatio generalis non ligat, niſi ſubditos proferentis. cap. à nobis. 21.

de

de ſenten.excommunic.

291 Prohibetur etiam proferri ſententia ex communicationis in vniuerſitatem, vel collegium;cum contingat innoxios irretiri,ſed promulgari debet in illos duntaxat de collegio, vel vniuerſitate, quos culpabiles eſſe conſtiterit,d.cap.Romana,§. in vniuerſitatem,de ſent.excomm. in 6.

Ordinarii non poſſunt ferre cẽſuras in ſuos ſubditos pro ſuis negotiis Romam eũtes ibi manentes,aut ab ea recedentes,nec illos priuare beneficiis.

Et ſi beneficia illorum aliis ſint collata tam dantes, quàm recipientes ipſo facto ſunt excommunicati;& à ſolo Papa abſoluendi,c.3.de priuil.in extrauag.

292 Sed excommunicatio lata ſub hac forma verborum,illum excõmunico, vel ſimili, intelligitur non ſolum minor, quæ ſeparat à participatione ſacramentorum; ſed etiam maior,quę à communione fidelium ſeparat.c.pen.de ſent.excomm.

Et priuatus communione ſimpliciter. propter contumaciam in dubio intelligitur temporaliter non perpetuò. Et regula iuris canonici & Romani Põtificis exiſtit, vt cum communione priuatus ſatisfactionem cõgruam adhibuerit reſtitutionem obtineat & ad communionem admittatur.c.ex literis.x1.de conſtit.

Et ordinarius,cui competit abſoluere ab excommunicatione,poteſt alii abſolutionẽ demandare.c.fi.de offi.ord.

Et capitulum,vel is, ad quem adminiſtratio pertinet,vacante Sede abſoluet eos,quos poſſet Epiſcopus, niſi à ſede Apoſtolica fuerit interdictum,c. vnico, de maior. & obedien.in 6.

DE CESSATIONE A DIVINIS PRAESENTE EXCOMMVNICATO.

293 Excommvnicati debent ab eccleſia expelli,dum diuina celebrantur; & ſi non exeant, poteſt ſacerdos eos impunè eiicere ab eccleſia, dummodo ſine effuſione ſanguinis hoc facere poſſit. Alioquin recurrere debet ad brachium ſæculare;& debet dimittere officium,ſi non exeat, niſi canonem miſſæ incepiſſet, vt docet Petrus Rebuffus in concordantibus, rubrica de interdictis non leuiter ponendis;in gloſſ.aduertendum,poſt Anch.in ca.Epiſcoporum,de priuil.in 6.

294 Sed is, qui præſentibus maiori excommunicatione innodatis,vel in eccleſia ſãguinis,vel ſeminis effuſione polluta ſcienter celebrare præſumit, temerariè agit, ſed laqueum irregularitatis, (cum id non ſit expreſſum in iure)non incurrit.cap. is, qui 18.de ſent.excomm.in 6.

295 Sed qui auocant ad diuina officia excommunicatos, vel interdictos, ſeu qui prohibent,ne excommunicati,aut interdicti exeant de eccleſiis,dum in ipſis miſſarum aguntur ſolemnia, & ipſi excommunicati,ſi moniti, vt exeant, temerariè prȩſumpſerint,omnes iſti ſunt excommunicati ſententia, à qua per Sedem duntaxat poſsũt abſolui,cle.grauis,2.§.aut qui, de ſent.excomm.

DE ALIA CESSATIONE A DIVINIS.

296 Qvi à diuinis ceſſare poſſunt conſuetudine,vel alio iure: volentes ceſſare cauſam exprimant inſtrumento publico, & illud exhibeant illi, contra quem ceſsãt; quia hoc prætermiſſo, vel expreſſa cauſa non legitima, quicquid medio tempore perceperint ab eccleſia reſtituent,& non percipient ea,quæ debentur eodem tempore,& ſatisfacient de iniuriis illi, contra quem ceſſant.

Cauſa autem legitima iuuenta tenetur ille ad intereſſe,& ad certam quantitatem ſuperioris arbitrio taxandam.

Sed vltimò reprobatur conſuetudo, qua imagines ſanctorum in dictâ ceſſatione ſupponebantur ſpinis & vrticis,ac ſtatuitur contrarium facientes grauiter puniẽdos.c.ſi canonici.de offi.ord.in 6.

Item qui ceſſare poſſunt: cum volunt ceſſare,id deliberent vocatis omnibus, prout in negocio electionis, prius eo, contra quem ceſſare volunt,requiſito, vt emendat offenſam,quòd ſi fecerit,nõ ceſſabũt.

Sed ſi ceſſare duxerint, ex tunc intra menſem vtraque pars iter aripiant eundi ad

Papam

Papam & continuatis dictis apoſtolico conſpectui ſe præſentent,vt vtraque parte præſente, vel altera Papa definiat negotium,& culpabiles puniat.

Et ſi pars ceſſans prædicta non ſeruauerit, ceſſatio non ſeruetur ſed ea non obſtante,vt prius in ipſa eccleſia celebretur. ca. quanuis.8.de offi.ord.in 6.

Et in ceſſationibus generalibus a diuinis ciuitatum,terrarum, & aliorum locorum, quas aliquando ex conſuetudine, vel aliàs capitula,collegia, vel conuentus ſæcularium, aut regularium ſibi vendicant (quia eſt inductum ſolum ad repellendas iniurias,& ideo non ſunt priuandi)Regulares quicunque ſint,debent dictam ceſſationem obſeruare cle. 1.§. in ceſſationib. de ſent.excomm.

NVNC DE INTERDICTO ECCLESIASTICO tractandum.

297 QVONIAM ex indiſcreta interdictorum promulgatione multa conſueuerant ſcandala euenire.

In Concilio Lateranenſi.Sub Leone Decimo ſtatutum eſt,quòd nulla ciuitas, oppidum, caſtrum, villa,aut locus eccleſiaſtico ſupponi poſsit interdicto: niſi ex cauſa,ſeu culpa ipſorum locorum,aut domini,ſeu Rectoris,vel officialium.

Propter culpam autem, ſeu cauſam alterius priuatæ perſonæ huiuſmodi loca interdici non poſsint quacunque auctoritate ordinaria,vel delegata.

298 Niſi perſona prius fuerit excommunicata,ac denunciata, ſeu in eccleſia publicata,aut Domini,ſeu Rectores, vel officiales ipſorum locorum auctoritate ipſius iudicis requiſitis talem perſonam nō eiecerint, aut ad ſatisfaciendum compulerint: iſto autem poſt biduum recedēte, vel ſatisfaciente mox diuina reaſſummi poſſunt.

299 Item quia tempore interdicti diuina organa ſuſpenduntur, & laudes, nec eccleſiaſtica ſacramenta miniſtrantur vt ſolēt: adoleſcentes,& paruuli participantes rarius ſacramenta,minus inflammatur in fide:fidelium tepeſcit deuotio,hæreſes pullulant,& multiplicantur pericula animarum.Bonifacius VIII.ſtatuit,vt nulla prouincia,ciuitas,caſtrum, villa,locus,territorium,vel diſtrictus auctoritate ordinaria,vel delegata ſupponatur eccleſiaſtico interdicto pro pecuniario debito, vel pecuniæ quantitate quacunque occaſione, vel cauſa,vel quouis quæſito colore: ſtatuto, vel ſtatuendo termino non ſoluta, non obſtantibus quibuſcunque contractibus, obligationibus, pactis, compoſitionibus,ſubmisſionibus, fideiusſionib. conſenſibus,proceſsibus,& ſententiis, iuramentorum pœnarum ſpiritualium & temporalium ſeu multarum appoſitione, vel quacunque alia firmitate vallatis.

Niſi interdictum fuerit factum de Apoſtolicæ ſedis licentia ſpeciali, & expreſſa per ipſius ſedis patentes literas apparente. c. prouide. de ſenten.excommunic. in extrauag.communibus.

Sed nec pro annua exactione pecuniæ debet quis ſuſpendi, nec eccleſia debet interdici.c.3.de pœnis.

Interdicta autem indicuntur prout excommunicatio, alia ipſo iure, alia iudicis ſententia.

300 Iuris ipſius diſpoſitione multis ex cauſis, quarum aliquæ ſupra diuerſis in locis notatæ fuerunt, nunc aliquæ cauſæ addentur.

Quarum vna eſt,quando ciuitas, uel uniuerſitas in electione Romani Pontificis,ſeruanda non ſeruauerit cap. vbi periculum. §. præterea. verſicul. ciuitas. de electionib.in 6.

Alia pro machinatione in necem Cardinalium. c.fœlicis.§.ciuitas.de pœnis.in 6.& viſum fuit ſupra tit.de poen.

Alia in perſecutione contra epiſcopum, clementina prima §.ciuitas.de pœnis,& viſum fuit ſupra.

Alia, quia ſi collegium, ſeu alia uniuerſitas non expellet vſurarios, ſed domos locet ipſo facto incurrit ſententiam interdicti. c.1.§.qui verò contra.de vſur.in 6.

Alia,quia prohibentur pacta & conuentiones circa ſepulturam,ſe religioſi, uel clerici præſumpſerint ſepelire in eorum eccleſiis,

cleſiis,aut cœmeteriis, tales paciſcentes ſunt obligati reſtituere corpora,ſi petantur, & omnia, quæ ad ipſos peruenerint intra decendium, quam reſtitutionem niſi fecerint, ipſæ eccleſiæ, & cœmeteria ſunt ipſo iure ſuppoſita eccleſiaſtico interdicto, donec plenaria reſtitutio omnium prædictorum facta fuerit.cap.1.§.ſi verò,& §.quam niſi,de ſepulturis.in 6.

301 Iudicis ſententia tunc inducitur cum ſeruatis iis, quæ ſupra notata ſunt, competēs iudex,ex aliqua iuſta cauſa terram, vel homines à diuinis arcendos eſſe pronunciat.

Et aliquando generaliter, aliquando ſpecialiter.

Speciale autem interdictum tunc erit, quando inter plures eccleſias paucæ, aut vna interdicitur,vt habetur in c.ſi ciuitas. de ſent.excomm.in 6.de quo infra.

Generale verò intelligitur non ſolum cùm Regnum,vel ſaltim tota prouincia interdicto ſupponitur:ſed etiam cum villa,vel caſtrum.cap.cum in partibus. 17. de verbor.ſignific.

Sed ſi ciuitas,caſtrum,aut villa ſubiiciantur eccleſiaſtico interdicto,ſuburbia & continentia ædificia dicuntur interdicta:& interdicta eccleſia capella contigua,& cœmeterium contiguum dicuntur interdicta,ſecus ſi ei coniuncta non exiſtant.c. ſi ciuitas.de ſent.excomm.in 6.

At interdicto clero,populus, vel econuerſo non intelligitur interdictus.c.ſi ſententia. 16.de ſent.excomm.in 6.

Propter delictum autem domini,vel Rectoris ciues extra interdictam ciuitatem audiunt diuina: quanuis interdicto populo ſingulares de populo non debeant alicubi(niſi in caſibus à iure expreſsis) audire diuina,vel eccleſiaſtica recipere ſacramēta. dict.cap. ſi ſententia. §. cæterum. & §. cum verò.

Et cum Rex Angliæ detineret vxores filiorum ſuorum, nec monitus reſtitueret, ex tunc in quacunque prouincia detinebantur,donec ibi fuerint,nulla diuina officia (præter baptiſmus paruulorum & pœnitentiam mortuorum) celebranda erant, aut celebrari permiſſum fuit.c.non eſt no bis.x1.de ſponſalibus.

Sed cum propter aliquos terra generali ſupponitur interdicto,& illi non ſeruant:alii tamen ſeruare tenentur: verum ſi præfati priuilegiorum ſuorum excedunt fines, violando tenetur interdictum, quod pro eis fuerat promulgatum, ne videantur de alieno fletu ridere in pœnam præſumptionis eorum. Quandiu ipſe violauerint interdictum de licentia Papa celebrare cōceditur.c.petiſtis.20.de priuil.

QVAE POSSINT FIERI TEMPORE INTERDICTI.

302 Primo baptiſmus,& pœnitentia, de quib.ſupra,ex c.non eſt nobis.de ſponſ.

Et non tantum morientes, ſed etiam viuentes tam ſani, quàm infirmi ad pœnitentiam ſummè neceſſariam propter facilitatem hominum ad peccandum admittūtur.cap.fin.§.quod tempore,de ſenten.ex comm. in 6. dummodo excommunicati non fuerint:quia tali caſu admittuntur ſolùm in articulo mortis. dict. cap. fin. §. dum tamen.

Item qui cauſam dederint interdicto,vel auxilium,conſilium,vel fauorem, & non ſatisfecerint,non admittuntur ad pœnitentiam.d.c.ſi. §.illis etiam.

Et in illo verbo, per quod pœnitentia morientibus non negatur, viaticum etiam, quod uerè pœnitentibus exhibetur,intelligitur eſſe conceſſum.c.quod in te.x1. in princ.de pœnit.

Licet autem per generale interdictum denegetur omnibus tam vnctio, quàm eccleſiaſtica ſepultura: tamen conceditur ex gratia, vt clerici decedentes (qui tamen ſeruauerint interdictum) in cœmeterio eccleſiæ ſine campanarum pulſatione ceſſantibus ſolemnitatibus omnibus cum ſilentio tumulentur.d.cap.quod in te.§. licet.de pœnit.

Et in tantum eſt prohibitum tempore interdicti defunctos ſepelire, vt qui id faciūt, excommunicati ſint. clementina prima, de ſepulturis.

Sed in conuentualibus eccleſiis bini & bini, vel ſimul tres horas canonicas legant,nō cantent

cantent ianuis clauſis (interdictis & excommunicatis excluſis) & voce ita remiſſa, quòd exterius audiri non poſſint: quia etiam hoc facere regularibus ex priuilegio conceditur.d.c.quod in te,§.& in conuentualib.de pœnit.

Recipientibus autem ſignum Crucis iniungitur pœnitentia,cũ poſtulauerint, quod etiam aliis peregrinis poteſt miſericorditer indulgeri.d.cap. quod in te.§. fin.de pœniten.

Præterea ſingulis diebus in eccleſiis, & monaſteriis miſſæ celebrentur,& alia dicantur diuina officia,ſicut prius, ſubmiſſa tamen voce, & ianuis clauſis, & campanis etiam non pulſatis, excommunicatis & interdictis excluſis.d.c.fi.§.adiicimus. de ſent.excomm.in 6.

Et tam canonici, quàm clerici debent adeſſe ſicut prius ſub pœna diſtributionum amittendarum.d.c.fi.§.& tam canonici.de ſent.excomm.in 6.

In feſtiuitatibus verò Natalis domini, Paſchæ ac Penthecoſtes, & Aſſumptionis Virginis, campanæ pulſentur: & ianuis clauſis alta voce diuina officia ſolenniter celebrẽtur excommunicatis excluſis ſed interdictis admiſſis.

Sic tamen, quòd illi, propter quos interdictum eſt promulgatum, altari non appropinquent.d.c.fi.§.in feſtiuitatibus.

Et hæc obſeruentur non obſtantibus quibuſcunque priuilegiis.d.c.fi.§.cæteris.de ſenten.excomm.in 6.

Illi autem, qui cauſam aliquam præſtiterint interdicto, vel quicquàm doli, aut fraudis ingeſſerint, prohibentur miſſas celebrare. cap.quod nonnulli. in fine 25. de priuileg.

Priuilegium verò conceſſum epiſcopis celebrandi miſſas tempore interdicti, de quo in d.c. quod nonnulli. hodie non eſt priuilegium; quia omnib. licet vt viſum fuit paulò ſuperius.

Sed religioſi quicũque tam exempti, quàm non exempti cuiuſcunque ordinis & conditionis exiſtant debent obſeruare interdictum ſine dolo & fraude cum moderamine ſupradicti.cap.fin. de ſentẽ.excom. in 6. non obſtantibus,quibuſcunque appellationibus,vel aliis obiectibus:& hoc quando viderint cathedralem, vel matricem, ſeu paræcialem loci eccleſiam illud obſeruare, alioquin ſubiaceãt eo ipſo excommunicationi.clem.1.in prin.de ſent. excommunic.

Et idem ſeruatur in interdictis,& ceſſationibus à diuinis per ſtatutum prouincialium conciliorum,cum maius ſit, quàm ſingularis prælati prouinciæ: ac iudicium integrum,quod plurimorum ſententia comprobatur.d.cle.1.§.quod etiam.

Et quoniam in baptiſmo,& confirmatione, quæ nedum pueris: ſed etiam adultis propter moræ periculum exhiberi poſſunt, licitè tempore interdicti, vtitur chriſmatis Vnctione,dubium nõ eſt, chriſma poſſe confici in die cœnæ domini. c. quoniã. 19.de ſent.excomm.in 6.

Priuilegium religioſis conceſſum, ut poſſint ſepelire confratres tempore interdicti intelligitur de illis,qui licet maneant, in ſeculo,obtulerunt ſe ordini mutato habitu: vel de illis, qui bona ſua eis dederint retento vſufructu, ne forte pro duobus,aut tribus denariis annuatim ſibi collatis, deſoluatur, & vileſcat eccleſiaſtica diſciplina. cap. vt priuilegia. 24. de priuilegiis.

Priuilegium etiam conceſſum religioſis venientibus ad locum interdictum,quòd ſemel in anno aperiantur eccleſiæ, ut excluſis excommunicatis diuina officia celebrentur,ſic intelligitur, vt vna tantummodo eccleſia in qualibet ciuitate, caſtro, aut uilla aperiatur.d.cap. vt priuilegia.§.illud etiam.

Sed cum conceditur ſingulari perſonę,vt celebrari poſſit in loco interdicto,vel audire diuina,eius familiares,& domeſtici licitè admittuntur: non ſic autem in familiaribus alicuius conuentus, ſeu collegii eſt cenſendum, illi enim niſi priuilegiati fuerint,non admittuntur.

Sed hac conceſsione gaudere non poteſt is, cuius culpa, dolo, vel fraude fuit factum interdictum,ſeu qui præbuit conſilium,auxilium, vel fauorem ad delictum perpetrandum. cap. licet. 11.de priuileg. in ſexto.

Epiſcopis & aliis prælatis (quamuis exemptis) eſt interdictus ingreſſus eccleſiæ, qui ſcienter celebrant, vel faciunt celebrari diuina officia in ciuitatibus, caſtris, villis, ſeu locis aliis interdictis a iudicibus, vel a iure, niſi quatenus à iure conceditur: aut etiam excommunicatos publicè vel interdictos ad diuina officia, vel eccleſiaſtica ſacramenta, vel eccleſiaſticam ſepulturam admittunt. cap. epiſcoporum, de priuil. in 6.

303 Pœna autem celebranti ſcienter in loco interdicto eſt irregularitatis, à qua nequit per alium, quàm per Romani Pontificis liberari. Et ideo efficitur ineligibilis, nec cum aliis ad eligendum debet admitti. cap. is qui. 18. §. is verò. de ſent. excomm. in 6.

Item quia is, cui ingreſſus eccleſiæ eſt interdictus, impeditur diuina celebrare, ſi celebrat, irregularis efficitur; & ſi decedat hoc interdicto durante, non debet in eccleſia, vel cœmeterio (niſi pœnituerit) ſepeliri. cap. is cui. 20. de ſenten. excommunic. in 6.

De hac irregularitate in Manuali Confeſſorum c. 27, nu. 247, & ſeq.

Et quòd irregularitas impediat ordines ſuſcipi, & vſum in ſuſceptis, habetur in eodem c. 27. a nu. 191. vſque ad 194.

Et de tota materia irregularitatis vſque ad 240.

Et ſicut excommunicatio ſic ſuſpenſio ab officio vel ingreſſu eccleſiæ, aut ipſius effectus per appellationem ſequentem non ſuſpenduntur. d. c. is cui. 20. de ſenten. excomm. in 6.

De interdicto, quid includat, & quando interdicatur, & quæ vetentur & permittantur tempore interdicti in Manuali Confeſſorum capitul. 27. a nume. 164. vſque ad 190.

SEXTAE PARTIS FINIS.

SEPTIMA PARS IVRIS CANONICI.

DE FORO CONSCIENTIAE ET POENITENTIA.

DISTINCTIO PRIMA.

DE CONSCIENTIA.

SI vis ad vitam ingredi: ſerua mandata. Matth.c.19. De mandatis ampliſſimè in Catechiſmo parte I I I. per totã, & cõmoditatis gratia in compendio ipſius, ac in illo Petri Caniſii DE SVMMA DOCTRINAE CHRISTIANAE ca. 3. principali, de Charitate & Decalago.

1 Non ſunt audiendi ſiue ſancti viri, ſiue fęminæ, qui quando reprehenduntur in ali- *Aug.* qua negligẽtia, per quam veniunt in malam ſuſpicionem: dicunt coram Deo ſuffi cere ſibi conſcientiam exiſtimationem hominum contemnentes, imprudenter, atque crudeliter, cum occidãt animas aliorum: quia ſecũdum ſuam ſuſpicionem deſpiciunt vitam ſanctorum, vel etiam excuſationem immitantium non quod vident, ſed quod putãt. Proinde quiſquis à criminibus vitam ſuam cuſtodit, ſibi þe nefecit: quiſquis autem etiam famam & aliis eſt miſericors: nobis enim vita noſtra eſt neceſſaria aliis fama noſtra. c. non ſunt x1.q.3.

2 Nam homini religioſo parũ eſſe debet, *Calix. pp.* inimicitias aliorum non exercere, aut augere nulli loquendo, niſi etiam eas extinguere factis bene loquẽdo ſtuduerit. c. iniunctum. uerſi. huiuſmodi. x1.q.3.

3 Et melior eſt in malis factis humilis confeſſio, quàm in bonis ſuperba gloriatio. d.c. iniunctum, uerſ. melior.

4 Item ſancta quippe ruſticitas ſolum ſibi *Hier.* prodeſt & quantum ex vitæ merito ædificat eccleſiam Chriſti, tanto nocet, ſi deſtruentibus non reſiſtit. cap. ſancta quippe. 2.q.7.

5 Et non amatur ſeruus filius vel vicinus: *Aug.* cum non corripitur; quia iſta non eſt charitas, ſed languor: nam charitas feruit ad emendandum, & corrigendum. cap. non putes. 23.qõ.5. Et innocentis officium eſt *Idem.* non ſolum nulli nocere, ſed etiam peccãtem punire. c. non eſt. 23.q.5.

6 Nec eſt milericors, qui uitiis nutriendis *Idem.* parcitur ne contriſtet peccantium uoluntatem. Et eſt ſimilis ei, qui non vult cultrum eripere puero, ne audiat plorantẽ, & non timet, ne vulneratum doleat, vel extinctum. c. qui uitiis. 23.q.5.

7 Nam mali ab eccleſia ſunt eliminandi, *Hier.* ne tota domus, maſſa, corpus, & pecora ardeat corrumpatur, putreſcat, intereãt; Nam Arrius in Alexandria vna ſcintilla fuit, ſed quoniam non ſtatim oppreſſus eſt per totum orbem eius flamma pullulata eſt. c. reſecandæ. 24.q.3.

8 Sed propter diſciplinam non ſeruatam *Aug.* nonnulli tolerantur, quos corrigere, vel punire epiſcopi non poſſunt; quia propter paleam non eſt relinquẽda area Do

mini,

Domini nec propter piſces malos rumpitur rete domini, nec propter hœdos in ſine ſeparandos deſeritur grex Domini nec propter vaſa facta in contumeliam migratur de domo domini.c.quicunque. in ſi.23.q.7.

Hier. Item cum mali occulti ſunt, a bonis ſeparari non poſſunt,exemplo ſacræ ſcripturæ:quia non potuerunt filii Iudæ diſperdere Ieſubæos. Item Sinite ZIZANIA creſcere cum tritico, ne forte volentes eradicare zizania eradicetis ,& triticum , vbi enim peccatum non eſt manifeſtum reiicere de eccleſia neminem poſſumus. c.nolite recedere.xi.q.3.

Aug. 9 Mali quos eccleſia recipit nec expellit à bonis ſunt tolerandi ; quia boni non debent timere : nam unuſquiſque onus ſuũ portabit, & qui manducat & bibit indignè,iudicium ſibi manducat,& bibit,ſibi non tibi.c.forte in populo.23.q.4.

Idem. Nam tu bonus tolera malum: nam & Chriſtus cum ſciret Iudam furem , tolerauit, & ad prædicandum miſit, eique cum aliis Euchariſtiam dedit cap. tu bonus 23. quæſt.4.

Idem 10 Sed dubitatur , quomodo malos pro pace tolerabimus , à quibus iubemur exire & recedere, ne tangamus immundum . Reſolutio eſt, iſtam receſsionem intelligemus ſpiritualiter,quid enim eſt tangere immundum niſi, conſentire peccatis , quid eſt autem exire inde, niſi facere,qđ pertinet ad correctionem malorum.c. ecce inquiunt.23. qõ.4. *Idem* Quia malus non te maculat,ſi ei non conſentis,ſed ipſum redarguis c.a malis.23.q.4.

Idem. 11 Sanè ſi iudex es , ſi iudicandi poteſtatem accepiſti eccleſiaſtica regula, ſi apud te accuſatur, ſi veris documentis, teſtibuſque conuincitur, coerce,corripe, excommunica,degrada.cap.forte §.ſanè eadem 23.quæſt.4.

Idem 12 Tres eſſe perſonas dixit Dominus.Paſtorem,mercenarium, & latronem. Sed Paſtor diligendus eſt,mercenarius tolerandus:latro fugiendus. cap. tres perſonas . 23.quæſt.4.

Hier. 13 Et natus ſecundum carnem perſequebatur ſpiritualem , nunquàm verò ſpiritualis carnalẽ perſequitur:ſed ignoſcit quaſi ruſtico fratri. Vnde quãdo tu videbis carnalem iraſcẽtem,recordaberis in magna domo non ſolum eſſe vaſa ænea & argentea,ſed etiam lignea & fictilia.c.qui ſecũdum.23.q.4.

14 Quantus ſit arrogantiæ tumor, quantæ humilitatis & lenitatis obliuio , & arrogantiæ quanta iactatio conſtat illius,qui quod nec Apoſtolis conceſsit Dominus: vt zizaniam a frumento putet ſe poſſe diſcernere.c.quantus arrogantiæ.13.q. 4. *Augu.*

Nam præſens eccleſia ſimul recipit bonos & malos.Qui ergo boni ſunt in hac uita, æquanimiter tolerant malos:nã quiſquis malos non tolerat,ſibi ipſi per intolerantiam teſtis eſt,quia bonus nõ eſt.c.hæc autem.in prin.23.q.4. *Grego. PP.*

16 Crebra tamen admonitione, & charitatis beneficio ad correctionem inuitandi ſunt:quia inimici diligendi ſunt : & quia gaudium fit ſuper uno peccatore pœnitentiam agente. dicto capit. hæc autem. §.ex his omnibus.

Nam odio habeantur peccata non homines,corripiantur tumidi, tolerentur infirmi,& quod ſeuerius caſtigare neceſſe eſt, non ſeueritatis plectatur animo, ſed medentis.c.odio.diſt.86. *Leo Epiſcopus.*

17 Sed infideles nõ poſſumus Chriſto lucrari,ſi colloquium eorum vitemus & conuiuium. Vnde dominus cum publicanis & peccatoribus manducabat.c.infideles. 23.quæſt.4. *Aug.*

18 Item multi corriguntur, ut Petrus , multi tolerantur,vt Iudas multi neſciũt, donec veniat Dominus,qui illuminabit abſcondita tenebrarum. c.multi. in prin. 2.q.1. *Idem*

Non tenere,aut quomodolibet,ſed per iudiciũ oſtendit Apoſtolus, auferẽdos malos ab eccleſia,& ſi ꝑ iudiciũ auferri nõ poſſunt,tolerẽtur potius, ne peruerſè malos uitãdo,ab eccleſia ipſe deſcẽdẽs eos,quo fugare videtur,mittat in gehẽnã;qa habemus exẽpla, ut palea ſuffcratur uſq; ad ultimũ uẽtilabrũ, vel intra illa retia ubi piſces boni cũ malis vſq; ad ſeparationem, quę futura eſt in litore in fine ſæculi æquo animo toleremus. d.ca. multi.§.quibus uerbis.2.q.1.

Aug. Nam Apoſtolus dicens. Tu qui es, qui iudicas alienum ſeruum, noluit hominem iudicari ab homine & arbitrio ſuſpicionis, uel etiam extraordinario uſurpato iudicio: ſed potius ex lege Dei ſecundū ordinē eccleſiæ. d.c. multi. §. tu qui es, 2. q. 1.

Aug. Et illa uerba Apoſtoli, ſi quis frater nominatur, aut fornicator, aut idolis ſeruiens &c. Intelligūtur cum ſic nominatur poſt ſententiam ordine Iudiciario atque cum integritate profectam: Nam ſi ſola nominatio ſufficit, multi damnantur etiam innocentes. d.c. multi. §. ſi quis frater. 2. q. 1.

Idem. Illi uerò, qui ſunt mali, non debent gaudere: quia plures inueniantur ſibi ſimiles: nam propterea non minus ardebunt. d.c. multi in fine. verſ. nec gaudeant. 2. q. 1.

QVANDO FRATER IN FRATREM PECCAT.

Aug. 21 QVANDO ſecreto frater peccauit in te, ſecretum quære, cum corrigis; nam ſi ſolus noſti: quia peccauit in te, & eum uis coram omnibus arguere, non eris corrector erroris, ſed proditor. Nam corripienda ipſa ſunt coram omnibus, quæ peccantur coram omnibus. c. ſi peccauerit, in princ. 2. q. 1.

Aug. Dixit Epiſcopus, nec prodo, nec negligo, corripio in ſecreto, pono ante oculos eius Dei iudicium, terreo cruentam conſcientiam, perſuadeo pœnitentiam. d.c. ſi peccauerit. §. prorſus nec pando.

Aug. 22 Sed propter hanc tolerantiam malorum aliqui tribuunt quandam peruerſiſſimam ſecuritatem præpoſitis, uidelicet ut ad eos non pertineat, niſi dicere, quid cauendum ſit, quid uero faciendum ſit, quodlibet aut quiſque faciat non curare. Vnde Diuus Auguſtinus arbitratur, pertinere ad ſanam Doctrinam, ut & caues in eccleſia propter pacem eccleſiæ tolerentur, & canibus ſanctum, ubi eſt pax eccleſiæ tuta, non detur, quapropter cum inuenimus malos, quos eccleſiaſtica diſciplina corrigere, aut coercere non poſſumus: tunc tolerandi ſunt: cum uero eis, per quos eccleſia regitur, adeſt, ſalua pace, poteſtas diſciplinæ aduerſus impios exercenda: tunc neque ſocordia, neque ſegnitia dormitemus: ſed aculeis præceptorum, quæ ad ſeueritatem correctionis pertinent excitandi ſumus, ut greſſus noſtros in uia Domini, illo Duce atque adiuctore, dirigentes, nec patientiæ nomine torpeſcamus, nec obtentu diligentiæ ſeuiamus. c. quædam cum bonorum. xxiii. q. 4.

23 Item ſicut ab oratione ceſſandum non eſt, ſic nec a correctione, quamuis Deus, quos uoluerit, non correctos faciat eſſe correctos: prout fuit Petrus. Nam tūc ex correctione proficit homo: cum miſeretur Deus, atque adiuuat, qui facit, quos uoluerit etiam ſine correctione proficere. c. ſicut non eſt, xxiii. q. 4. *Greg. & Auguſt.*

24 Sed cum percuſſio corporalis imminet, non debet a prælatis addi afflictio flagellatis: cum ignoretur, an pro purgatione, an pro uindicta cōtingat Dei iudicium, ne uos (quod abſit) culpæ offenſa reſpiciat. c. cum percuſſio, vii. q. prima. *Greg. PP.*

25 Nam multi ſacerdotum culpam zelo Dei ſe proſequi profitentur: ſed dum indiſcrete hoc agitur, ſacrilegii facinus incurrunt: & dū præcipites quaſi ad emendandum ruūt, ipſi quoque multo magis in deterius cadunt. c. nō in perpetuum, 24. q. 3. *Raban.*

26 Nam & ſi quis putat ſe placere Deo: quia ſeruos accuſat, & ut meliores fiant, dicit hoc agere, in uanum laborat: & plus inuidiæ ſtimulis agitatur, quā charitatis; quia diuinæ gratiæ plenitudo adiectione humana non indiget: imo ſi in hoc ſeculo omnia uendicata eſſent, locum diuina iudicia nō haberent. c. ſi omnia, 6. q. prima. *Anac. PP.*

27 Et nemo debet de ſe præſumere, uidelicet non poſſe errare, cum uiderit Petrum negaſſe Chriſtum, & Dauid grauiter peccaſſe, quamuis dixerit, non mouebor in æternum. c. imitatur. 6. q. 1. *Ambr.*

28 Sed non eſt maleuolus, qui crimen alterius indicat: quia indicando corrigere poteſt, & tacendo frater perire permittitur. c. non uos, v. q. v. *Aug.*

29 Et non omnis, qui parcit, amicus eſt, nec
30 omnis, qui uerberat inimicus eſt. Meliora enim ſunt uulnera amici, quam uoluntaria oſcula inimici. Melius eſt enim *Idem.*

cum

cum ſæueritate diligere,quàm cum leui-

31 tate decipere : nã qui poteſt nos amplius amare,quàm Deus: & tamen nos non ſolum docere ſuauiter,verum etiam ſalubriter terrere non ceſſat cap. non omnis. 5. *Idem.* q.5.e contra, dicitur qui ambulat fraudulenter,reuellat arcana , qui autem fidelis eſt,cœlat amici commiſſum. Item quæ viderint oculi tui,ne proferas in iurgio citò,ne poſtea emendare non poſſis : cum dehoneſtaueris amicum tuum. Sed ſolu-

32 tio eſt,aliud eſt ex charitate aliorum crimina deferre, vt quos ſecreta admonitio ne corrigere non poſſumus, conuictos iudicis ſententia corripiat : atque aliud eſt inſidiando falſa obiicere, vel inſultando vera facile exprobare. Illud verò charitatis,hoc autem impietatis eſt officium.Vnde in prouerbiis dicitur : verba impiorũ inſidiantur ſanguini: os iuſtorum liberabit eos.Qui quod nouit loquitur,iudex iuſtitiæ eſt,qui autẽ mentitur,teſtis eſt fraudulentus. Item labium veritatis firmum erit in perpetuum,qui autem teſtis eſt,repentinus concinnat linguam mendaci. Qui cuſtodit os ſuum , cuſtodit animam ſuam,qui autem inconſideratè loquitur , ſentiet mala.Item Auguſtinus ait in pſal-

33 mo 33. Si aliquando humana infirmitate pedes noſtri in aliquod peccatum mouentur, inſurgũt linguæ iniquiſsimorum inimicorum: cum fuiſſet miſerendum.irrident impii , vnde dolent pii. cap. fina. 5.quæſt.5.

Hier. 34 Ab omni maledicto fideles immunes eſſe oportet: cũ Michael Archangelus non fuerit auſus diabolo maledictionis dignisſimo iudicium inferre blaſphemiæ. cap.ſi igitur 24.q.3.

Greg. PP. 35 Nam Sancti viri non ex voto vltionis, ſed amore iuſtitiæ aliquos maledicunt : & maledictum iudicio iuſtitiæ eſt approbatum , vtputa maledicta terra in opere tuo: & ſicut Abrahæ dicitur, maledicam maledicentibus tibi. Quando autem eſt liuore vindictæ punitur, & admonemur voce D.Pauli ab iſto ceſſare,qui ait.Benedicite & nolite maledicere.cap.cum ſancti.24.q.3.

Hier. 36 Et qui negligunt oris maledici conſuetudinem reſecare:quamuis non corde maledicant, tamen immundiciam labiorum ſecundum Eſaiæ verborum & inquinamenta oris incurrunt cap. qui negligunt. 24.quæſt.3.

37 Sed vt boni ſalubriter humilientur linguæ malorum contra eos inſurgunt : vt qua culpa ex ore laudantium in corde naſcitur,ab ore vituperantium ſuffocetur.c. ſunt plurimi.6.q.1. *Greg. PP.*

38 Et ſi in mente non inuenitur bonum, quod de nobis dicitur magnam triſtitiã generare debet:& rurſum,ſi non inuenitur malum , quod de nobis homines loquuntur, in magnam debemus eſſe lætitiam:quid enim ſi non omnes laudant,& conſcientia liberos eſſe demonſtrat.c.inter verba.11.q.3. *Idem.*

39 Boni autem à malis ſemper perſequuntur,& diabolus nõ ceſſat quærere, quem deuoret,& maximè illos, quos ardentiores in ſeruitio Saluatoris, eique familiares inuenerit:at familiares dicũtur, quos ſacri, & in ordine apoſtolatus conſtitui Deus voluit. Ipſi enim pro populo interpellant, & populi peccata commedunt : quia ſuis precibus & oblationibus ea delent, atque conſumunt.c. nulli dubium . 3.quæſt.1. qui quanto digniores fuerint , tanto facilius in neceſsitatibus , pro quibus clamant,exaudiuntur.cap. ipſi ſacerdotes.1.q.1. *Alex. PP.*

40 Item non ceſſat diabolus perſuadere cordibus plebium,vt doctoribus,atque paſtoribus ſuis detractiones irrogent , vel eos accuſent : vt plebes langueſcentes , non tenentibus paſtoribus frœna eorum, laſciuiant, atque in ima ruant, vt ſaltem ſic periclitari poſſint cap.ſunt plurimi. §. quapropter.6.q.1. *Greg. PP.*

41 Et peius malum non eſt exiſtimandum fore, quàm chriſtianos ſuis inuidere ſacerdotibus.d.c.ſunt plurimi.in fi.

Ac dominum crucifigunt,qui eum in ſacerdotibus perſequuntur:quia crux a cruciatu dicitur, & magnũ cruciatum ſuſtinet, qui vim patitur.cap.nulli dubium . §.fin. 3.quæſt.1. *Alex. PP.*

42 Sed aliquando pro meritis plebis ſæpe paſtores eccleſiæ deprauantur: vt procli- *Greg. PP.*

uius corruant, qui eos ſequuntur. ca. ſunt plurimi 6.q.1.

Idem. Nam cuius vita deſpicitur, reſtat: vt eius prędicatio contemnatur. cap. infames. in vltimis verbis 3.q.7.

Qui peccata aliena corrigunt, non debent ſua relinquere, ſed debent reuocari intus ad conſcientiam, vt prius propria corrigant, ex tunc aliena reprehendant. c. qui ſine peccato. 3.q.7.

Ambr. 43 Vnde iudicet ille dę alterius errore, qui non habet in ſeipſo, quod condemnet. Iudicet ille, qui non agit eadem, quæ in alio putauerit punienda: ne cum de alio iudicat, in ſe ferat ſententiam. Iudicet ille, qui ad pronunciãdum nullo odio, nulla offenſione, nulla leuitate ducatur: nam bonus iudex nihil ex arbitrio ſuo facit, & propoſito domeſticæ voluntatis: ſed iuxta leges & iura pronunciat, ſtatutis iuris obtemperat, non indulget proprię voluntati: nihil præparatum & meditatum de domo defert, ſed ſicut audit, ita iudicat: & ſicut ſe habet, natura decernit: obſequitur legibus, nõ aduerſatur: examinat cauſæ merita, non mutat. Diſcite iudices ſæculi, quem in iudicando tenere debeatis affectum, quam ſocietatem, quam ſobrietatem, quam ſinceritatem. cap. iudicet, 3.quæſt.7.

DISTINCTIO PRIMA FINIS.

DE POENITENTIA.

DISTINCTIO SECVNDA.

DE SPECIEBVS POENITENTIAE.

44 POENITENTIAE ſunt tres ſpecies; vna ſolemnis; quę imponitur ab Epiſcopo ſeruata certa formã. ca. in capite. 50. diſtinct. Alia publica. cap. quæſitum, de pœnis, & cap. ult. 26. quæſt. 6. & cap. 2. de officio Archipreſbyteri. Tertia priuata, ſeu ſecreta. cap. omnis vtriuſque, de pœnitentia: in quo text. in §. ſi quis autem, eſt exceptio, quando poſſit proprius ſacerdos declinari, aliter alius abſoluere non poterit. cap. 2. in fi. de pœnit. in 6. niſi ſint regulares poteſtatem habentes approbati. cle. dudum. §. ſtatuimus; de ſepult.

Ex Côc. Carthag. 3.

Ex Côc. Martini Papæ, & Aug. Epiſcopus etiam poteſt concedere licẽtiam eligendi confeſſorem. ca. 2. in prin. de pœniten. in 6. Sed ſi deſiderium eſt confitendi, & commoditas deeſt, cuilibet poteſt confiteri. c. ſi quis. 26. q. 6. & c. magna, de pœnit. diſt. 1.

Sed ſacerdos non debet abſoluere de caſib. reſeruatis, Papa vel Epiſcopo. cap. 2. de pœniten. in 6. & clemen. religioſi, in prin. de priuileg.

45 Dubitatum fuit; an data licentia eligendi cõfeſſorem, ille electus poſſit abſoluere de caſibus reſeruatis Epiſcopo: & reſponſum eſt; quòd non. cap. 2. de pęniten. in ſexto.

46 Qui petierit pœnitentiam; & oppreſſus infirmitate non adimpleuerit, per manus impoſitionem reconciliationem accipere poterit. c. ſi aliquis 26. q. 6. *Ex Côc. Epanēſi.*

47 Et deputatis ad ſupplicium ſacramentũ pœnitentiæ, & Euchariſtiæ, non denegatur, clemen. 1. de pœnis: & cap. quod in te eſt, de pœnit.

48 Sed pęnitentiæ beneficium iis, qui in rapinam, ſiue violationem eccleſiarum depræhenſi manifeſtè fuerint, niſi ablata reſtituant, ſi poterunt, vel ſecuritatem fecerint de emendando. cap. 2. in princip. de raptoribus.

Si verò in contumacia durauerint vſque ad obitum, & in extremis poſiti humiliter remedium poſtulauerint, ſi ſaltim ſecuritatem

tem emendandi præſtiterint, eis pęnitentia,& ſepultura conceditur.

49 Qui verò in ſanitate non pœnituerint, vel emēdauerint,&in morte poſitus præſtare nequiuerit, ſolemnitas pœnitentiæ parum prodeſſe creditur. Sed de peccato corde contrito viaticum nō denegatur. Ita tamen, vt nullus clericorum ſepulturæ illius interſit, nec eleemoſinā eius præſumat accipere d. cap.2. §. qui autem, de raptoribus. & qui contrafecerit, ordinis ſui irrecuperabiliter damnum patiatur; & eccleſiaſtico beneficio careat.d.cap. 2. §.qui autem.

50 Et qui occidit presbyterum, duodecim annorum ei pœnitentia imponitur;& cōuictus careat vſque ad vltimum vitæ ſpiritum militię cingulo;& ſine ſpe coniugii cap.2.de pœnit.

51 Sed parentibus, circa quos pueri reperiuntur oppreſſi, pœnitentia iniungitur; quam quidam iudicant trium annorum; quorum vnum peragāt in pane, & aqua. c.fi.de his,qui filios occid.

52 Sed generaliter pœnitentia inducenda eſt conſideratis circunſtantiis. c.3.& cap. Deus,de pœnit.

53 Qui verò confitentur, & aſſerunt ſe abſtinere non poſſe,recipitur eorum cōfeſſio, quanuis non ſit vera pœnitentia: quia ſaltim datur conſilium.c.5.de pœnit.

54 Si mulier partum ſuppoſuerit,ne hæreditas ad alios deuolueretur,& maritus crediderit prolem ſuam eſſe;vnde timēs maritum non vult facinus ipſi detegere; & ſimiliter ſi de adulterio prolem ſuſcepit,& timeat marito confiteri; non denegatur pœnitentia; ſed per ſacerdotem diſcretū imponitur.c.officii,de pœnit.

55 Sed quia plerunque infirmitas corporis cauſatur ex peccatis; & remiſsione accepta redditur ſanitas;ſtatutum eſt;vt medici uiſitantes infirmos ante omnia eos moneant,vt auocent medicos animarum;& hoc poſtquàm à Prælatis fuerit publicatum;ſub pœna arcendi eos ab Eccleſiis; nec ſuadeant aliquid vtile corpori contra ſalutem animæ. cap. cum infirmitas. 13.de pęnit.

Epiſcopis,& aliis ſuperioribus, & minoribus Prælatis exemptis conceditur; vt præter licentiam proprii ſacerdotis prouidum, & diſcretum confeſſorem ſibi poſsint eligere.c.fi.de pęnit.

QVIBVS MODIS PECCATA COMMITTANTVR.

56 TRIBVS modis impletur omne peccatum,videlicet,ſuggeſtione,delectatione, & cōnſenſu.Suggeſtio fit per Diabolū: delectatio per carnē; conſenſus per ſpiritū. *Palea.*

57 Quare neceſſaria eſt magna diſcretio inter ſuggeſtionem,& delectationem. Item inter delectationem,& cōſenſum.& quilibet faciat iudicem ſui animum Præſidē. Nam ex ſuggeſtione ſi delectatio non ſequatur, peccatum in animo non eſt perpetratum. Cum verò delectari cœperit; tunc peccatum incipit naſci. Si autem adhibetur conſenſus, peccatum cognoſcitur perfici. Ergo in ſuggeſtione eſt peccati ſemen: in delectatione nutrimentum fit:in conſenſu fit perfectio.

58 Et ſæpe contingit, quòd caro trahat in delectationem id, quod ſeminat Diabolus;non tamen animus delectationi conſentiat; & cum caro delectari ſine animo nequeat; ipſe animus reluctans inuitus ligatur aliquo modo in carnali delectatione:adeo vt ei ex ratione contradicat,nec conſentiat; immo vehementer ingemiſcat;ſe aliquo modo eſſe ligatum; prout faciebat Apoſtolus dicens; Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuum me ducētem in legem peccati; quæ eſt in mēbris meis. c.ſed penſandum.6.diſt.

DE POLLVTIONE NOCTVRNA.

59 VNDE dubitatum fuit de pollutione nocturna, quando impediat communionem: & in hac illuſione pollutionis valde neceſſaria eſt diſcretio, quæ ſubtiliter penſare debet: ex qua re accidat menti dormientis:aliquando enim ex crapula; aliquando ex naturæ ſuperfluitate,vel infirmitate;aliquando ex cogitatione contingit pollutio:& quidem cum ex naturæ *Aug.*

ſuperfluitate, vel infirmitate euenit; hæc illuſio non eſt timenda: quia hâc animus neſciens pertuliſſe magis dolendus eſt, quàm feciſſe: cum verò vltra modum appetitus gulæ in ſumendis alimentis rapitur; atque idcirco humorum receptacula grauantur; habet exinde animus aliquem reatum; non tamen vſque ad prohibitionem ſacri myſterii percipiendi, vel miſſarum ſolemnia celebrandi: cum fortaſſe aut dies feſtus exigit; aut exhiberi myſterium (pro eo quòd ſacerdos alius deeſt) ipſa neceſsitas compellit. Nam ſi alii adſunt, qui implere myſterium valeant; illuſio per crapulam facta à perceptione ſacri myſterii prohibere non debet; ſed ab imolatione ſacri myſterii (vt arbitror) abſtinere debet humiliter: ſi tamē dormiētē turpi imaginatione illuſio non cōcuſſit. Nā ſunt quidam, in quib. ita plerunque illuſio naſcitur, vt eorum animus etiam in ſummo corporis potus turpibus imaginationibus non fœdetur. Qua in re vnum ſibi oſtenditur, quod ipſa meus omnino rea non ſit tunc, ſed ſuo iudicio penitus libera: cùm ſe & ſi dormienti corpore nihil meminit vidiſſe: tamen in vigiliis corporis meminit ſe in ingluuiem ventris incidiſſe. Si verò ex turpi cogitatione vigilantis oritur illuſio in mente dormientis, patet animo reatus ſuus, videt enim à qua radice inquinatio illa proceſſerit: quia quod cogitauit ſciens, hoc pertulit neſciens: & propter talem pollutionem à ſacro myſterio eo die abſtinere oportet. cap. teſtamentum. 6. diſt.

Iſidorus. Item non eſt peccatum, quando nolentes imaginib. nocturnis illudimur, ſed tunc eſt peccatum, ſi antequàm illudamur, cogitationis affectus præuenimus. Luxuriæ quippe imagines, quas à veritate geſſimus ſæpe dormientibus in animo apparet, ſed innoxiæ ſunt, ſi non concupiſcendo occurrunt. c. nō eſt peccatum. in prin. ead. 6. diſtinct.

AN EA QVAE ALIENATA MENTE FIVNT, SINT IMputanda, & de ignorantia.

Ex Aug. 60 DISTINGVITVR, peccata alia penes voluntatem conſiſtere, alia circa naturæ infirmitatem, & voluntate peccata procedunt, quæ libero mentis arbitrio, & delinquentis propoſito committuntur. Porrò infirmitatis alia eſt animi, hoc eſt ignorantia, alia carnis, ideſt carnis concupiſcentia. & de ignorantia dicitur. ſi quis ignorabit, ignorabitur. Nam hæc ignorantia nullum perſeuerantem in peccato ſuo excuſat: ex carnis verò infirmitate procedunt, quæ naturæ languore fiunt, & habere pœnam oſtendit D. Paulus diceres, quis me liberabit à corpore mortis huius. c. 1. 15. q. 1.

Sed rectè intuenti & ignorantia & infirmitas habet voluntatem: nam quantum ad ignorantiam ſcriptum eſt, qui ignorat ignorabitur, quod de eo intelligendum eſt, qui noluit intelligere, vt bene ageret. cap. ideo, §. fin. 37. diſtinct. nam non omnis, qui ignorat, immunis eſt a pœna. Ille enim ignorans, poteſt excuſari a pœna, qui non inuenit, quod diſceret, illis autem hoc ignoſci non poterit, qui habētes à quo diſcerent, operam non dederūt. cap. fin. ead. *Iſidorus.* *Auguſt.*

Sed in omnem terram exiuit ſonus eorum, & in omnes fines terræ verba eorum. pſalm. 18.

Et erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum, & de plenitudine eius nos omnes accepimus. Ioannis capite primo. Vnde illi, qui neſciunt neceſſaria ad ſalutem, habent peruerſam voluntatem dicente Saluatore, Propterea vos non auditis: quia ex Deo non eſtis. Ioan. c. 9.

Et ſimiliter infirmitas imputatur ad pœnam, quando adhibetur conſenſus: nam ſi reſiſtitur concupiſcentiæ (quod fieri poteſt) gratia Domini præueniente: quia ſcriptum eſt; ſufficit tibi gratia mea: nam virtus in infirmitate perficitur, nam uſque adeo peccatum eſt volūtarium, vt niſi ſit voluntas, nullo modo peccatum ſit. c. 1. §. vſque adeo 15. q. 1. *Auguſt.*

Et nemo trahitur ad culpam, niſi ductus propria uoluntate; uoluntarium enim militem elegit Chriſtus, & uoluntarium ſeruum diabolus acquirit ſuo iuri: quia neminem *Ambr.*

minem aſtrictum iugo ſeruitutis poſſidet, niſi prius ſe ei peccatorum ære uendiderit. c. non eſt, quòd, xv. q. 1.

Amb. Eſt ulterius ignorantia alia facti, alia iuris, facti, alia eſt eius facti, quod oportuit eum ſcire, alia non oportuit eum ſcire. Quod non oportuit eum ſcire, ſicut Apoſtolus ait, Si quis infidelium uocauerit uos ad cęnam quicquid uobis appoſitum eſt, comedite, nihil interrogantes: ſi autem quis dixerit, hoc Idolis immolatum eſt, nolite commedere. Quod oportuit eum ſcire, ſicut ignorantia Iudęorum, & reliquorum infidelium, qui ea, quæ à prophetis de Chriſto fuerunt pronunciata, adhuc ignorent eſſe completa, hæc ignorantia neminem excuſat. Ignorantia iuris alia naturalis, alia ciuilis; Naturalis omnibus adultis damnabilis eſt. Ius uerò ciuile, aliis permittitur ignorare; aliis non: Nam in damno euitando nemini abeſt, ut ſi minor dederit pecuniam filiofamilias: quia repetit, quamuis in maiore delictum ſit. Item ſi ſi ſucceſsionem tibi etiam maiori delatam: cum alio ſine Iudice diuidas, putans Teſtamentum iure ſubſiſtere, cum non eſſet, ſolidam ſucceſsionem obtinebis. c. turbatur, §. notandum, 1. q. 4.

DE COACTIS PECCARE.

Aug. 61 Sed in peccatis uoluntatis diſtinguitur: quia illi, qui compelluntur peccare, non habent peccatum nolentis, nam & ſi faciant propter periculum mortis: faciunt tamen, quia uolunt uiuere: omnes quippe homines, qui ſcientes faciunt, quod non licet, uolunt licere facere, & uſque adeo ipſum peccatum nemo appetit propter hoc ipſum, ſed propter illud, quod ex eo conſequitur; quare non ſunt peccata nolentium, niſi etiam ſint neſcientium. c. merito. ead. xv. q. 1.

DE FVRIOSIS, ET IMPVBERIBVS.

62 Sed furioſus, & impubes doli non capax, nanque hi pari iniuriam ſolent non facere. c. illud. in principio. xv. q. 1.

Lex ciuilis ulpiani. ff. de iniurijs. 3.

Nec erit contrarium, quod dicitur de Lamech, qui cum cęcus eſſet Cain interfecit, & dicitur Geneſis c. 4. ſeptuplum ultio dabitur de Cain: de Lamech uerò ſeptuagies ſepties; quia cæcitas ignorantiæ ſimilis eſt: ex utraque enim quædam fiunt, quæ imputantur; quædam uerò, quę minimè. Cęcus nanque ſi debitum ſuæ uxori reddere debet, credens alienam polluit, non eſt reus adulterii, ſi autem ludo, uel uirium exercitatione, uel uenatione iaculum mittens aliquem perimat; quia à cęco hoc penitus debet eſſe alienum, homicidii reus habetur, ut fuit Lamech. d. c. illud. §. ſed obiicitur, xv. q. 1.

Mens uerò alienata furore cum ſui compos non ſit eorum, quæ admittit, ratum non contrahit. d. c. illud. §. mens uero.

Et ideo in maioribus, ſiue adultis (exceptis *Aug.* illis, qui pro Chriſti nomine ſuo ſanguine baptizantur) neceſſarium eſt, eos pœnitentiam agere de ſuis malis, & tenere fidem catholicam, ante ſacramentum baptiſmi: quia habent liberam uoluntatem. Sed in Paruulis: quia propria uoluntate credere non poſſunt, nec pœnitentiam de originali peccato agere ſacramentum fidei, hoc eſt ſanctum baptiſma, quandiu rationis ætas eorum capax eſſe non poteſt, ſufficit ad ſalutem. c. firmiſsimè teneas. xv. q. 1.

Nam ſcimus clementes factos ferre, fuſte, *Aug.* lapidibus, morſibus multis nocuiſſe; & quoſdam etiam occidiſſe, & captos minimè reos factos, eo quòd non uoluntate hæc geſſerint: nam reus non poteſt conſtitui, qui neſcit, quod fecerit. c. aliquos. & ſeq. xv. q. 1.

DE EBRIOSIS.

63 Ebrietas uitanda eſt, per quam crimina cauere non poſſumus; Et neſciunt, quid loquantur, qui nimio uino indulgent, & iacent ſepulti. Ideoque ſi qui per uinum diliquerunt apud ſapientes Iudices uenia quidem facta donantur, ſed læuitatis damnantur authores. c. ſanè diximus. ead. xv. q. 1. *Aug.*

Loth

Idem Aug. Loth inebriatus à filiabus non de inceſtu, ſed de ebrietate culpatur; quia ipſæ filiæ ſe neſcienti miſcuerunt. cap. inebriauerunt. ead.

DE OCCISIONE INSANIENTIS ET IRATI.

Ex pœnitentiali Theodori. 64 SI quis inſaniens aliquem occiderit, & ad ſanam mentem peruenerit leuior ei pœnitentia imponenda eſt, ſed forte de eo intelligitur, quem propria culpa ad furorem perduxit cap. ſi quis inſaniens. 15. quæſt. 1. Nam quædam & ſi non imputentur ad pœnam: tamen impediunt ſacramenti ſignaculum: nam ambitio patris non imputatur filio ad pœnam: cui tamẽ obeſt ad eccleſiæ munus accipiendum, ſic ea quæ alienata mente fiunt, & ſi non imputentur ad pœnam: tamen ſacri muneris executionem impediunt. d. cap. ſi *Hier.* quis inſaniens. xv. q. 1. quia ſacerdos, qui furore homicidium facit, quãtum ad culpam innocens eſt, quantum ad ſuſcepti muneris executionem reus eſt. cap. fin. §. ſicut. ead.

Idem. Si quis non iratus ſed propter diſciplinam aliquem vulnerauerit, & caſu occiderit, quantum ad gratiam innocens eſt: quia gratia voluntatem non opus requirit, ſed quantum ad legem reus eſt: quia opera lex requirit c. ſi quis non iratus in princ. ead. qui eſt finalis.

DE VIRGINE IN PERSECVTIONE OPPRESSA.

65 ITEM ſi in perſecutione virgo fuerit oppreſſa, repellitur lege: quia opus inſpicit non voluntatem, in gratia autem quaſi virgo ſuſcipitur: quia non opera quærit, ſed voluntatem. dicto cap. ſi quis iratus. §. item ſi.

Aug. Nam ſi concupiſcentia, vel inobedientia abſque culpa eſt in corpore dormientis, quanto magis abſque culpa eſt in corpore non conſentientis? cap. ſi concupiſcentia. ead. 15. q. 1.

NON VSVS RERVM, SED LIBIDO IN CVLPA EST.

66 IN omnibus non vſus rerum, ſed libido in culpa eſt, vnde diligenter attendẽdum eſt, quòd locis, & temporibus, & perſonis conueniat, ne temere flagitia reprehendamus. Fieri enim poteſt, vt ſine aliquo vitio cupiditatis, vel voracitatis præcioſiſſimo cibo ſapiens vtatur: inſipiens autem fœdiſſima flamma in viliſſimũ olus ardeſcat: nam in omnibus rebus, vel probandum, vel improbandum eſt, quod facimus, non ex earum rerum natura, quibus vtimur, ſed ex cauſa vtenti & modo appetendi. c. quiſquis rebus 41. diſt. *Idem.*

67 Et non cogantur diuites pauperum cibis veſci. vtantur conſuetudine infirmitatis ſuæ, ſed doleant aliter ſe non poſſe ſuſtentari: ſi conſuetudinem mutant ægrogant. vtantur ſuperfluis, dent inopib. neceſſaria, vtantur præcioſis, dent pauperibus vilia, c. non cogantur. 41. diſt. *Idem Aug.*

DE PARSIMONIA ET ORNATV CORPORIS.

68 PARSIMONIA cum veſte humili non improbatur, ſicut etiam ornatus corporis præter diligẽtiam infucatus laudatur, & omnis locus ædificatus in nomine Domini honoratur. cap. parſimoniam. ead. 41. diſtinct. *Ex Concilio Gãgrenenſi.*

69 SED ſæpe vitia ſe ingerunt, & eſſe virtutes mentiuntur: vt tenacia parſimonia, effuſio largitas: Crudelitas zelus iuſtitiæ, remiſſio pietas velit videri. cap. ſæpe vitia ead. 41. diſt. *Greg. pp.*

DE CRIMINIS APPELLATIONE.

70 CRIMINIS appellatio alias late patet complectens omne peccatum, quod ex deliberatione procedit. Vnde Beda ſuper Epiſtolã Iacobi: peccata quę ex ignorantia, vel infirmitate humana committuntur, dicit & præcipit alterutrum confiteri: quia facile dimittuntur, quæcunque verò fiunt ex deliberatione, non niſi per pœni- *Ex Cõc. Tolet. c. 2. Et Hier.*

71 pœnitētiam. Hinc etiam Auguſt. ait. Nullum peccatum eſt adeò veniale, quod nō fiat criminale dum placet. Aliàs ea demum ſignificat, quæ ſemel commiſſa ad
72 damnationem ſufficiunt. Multa enim ex deliberatione procedunt, quæ niſi ſæpius reiterata, & in conſuetudinem fuerint deducta, quanuis grauent poſt mortem: nō tamen æternaliter perdunt: quia, & ſi quadam ratione crimina appellentur, tamen mortifera, & capitalia non ſunt ca. unum horarium §. criminis. diſt. 25.

DE MINVTIS PECCATIS, QVAE IGNE PVRGATORIO purgantur.

Auguſt. 73 VNDE Auguſtinus in homil. De igne purgatorio, exponens verba Apoſtoli ait: ſi quis ſuper hoc fundamentum ædificauerit ligna, fœnum, & ſtipulam. & multi ſunt, qui lectionem iſtam malè intelligentes, falſa ſecuritate decipiuntur; dum credunt, quòd ſi ſuper fundamentū Chriſti capitalia crimina ædificant: peccata ipſa per ignem tranſitorium poſſint purgari; & ipſi poſtea ad vitam perpetuā peruenire. Intellectus iſte, Fratres chariſſimi, corrigendus eſt; quia ipſi ſe ſeducunt; qui ſic ſe blandiuntur; illo enim tranſitorio igne, de quo dicit Apoſtolus, ipſe ſaluus erit; ſic tamen quaſi per ignem, non capitalia, ſed minuta peccata purgantur; de quibus, & ſi non omnia, vel aliqua commemoranda ſunt; ne aliquis inaniter excuſare ſe conetur, & dicat ſe neſcire, quæ ſunt minuta peccata, & quæ criminalia. d. cap. vnum horarium §. Vnde Auguſtinus.

DE CAPITALIBVS PECCATIS.

Idem. 74 ET quanuis Apoſtolus plura capitalia commemorauerit; nos tamen ne deſperationem facere videamur, breuiter dicamus, quæ illa ſunt: ſacrilegium, homicidium, adulterium, fornicatio, falſum teſtimonium, rapina, furtum, ſuperbia, inuidia, auaritia: & ſi longo tēpore teneatur iracundia, & ebrietas, ſi aſſidua ſit, in eorum numerum computatur. Quicunque enim aliquod de iſtis peccatis in ſe dominari cognouerit, & non ſe ipſum dignè emendauerit, & ſi habuerit ſpatium longo tempore pœnitentia non egerit: & largas eleemoſinas non erogauerit, & à peccatis ipſis non abſtinuerit; illo tranſitorio igne, de quo non Apoſtolus ait: purgari nō poterit; ſed æterna illum flamma ſine vllo remedio cruciauit d. c. unum horarium. §. & quanuis.

ENVMERATIO DE PECCATIS MINVTIS.

75 QVAE autem ſunt minuta, licet omnib. nota ſint, tamen quia longum eſt, ut omnia replicentur, opus eſt; vt ex eis, vel aliqua nominemus: quoties aliquis cibo, aut in potu plus accipit, quàm neceſſe eſt, ad minuta peccata nouerit ptinere: quoties plus loquitur, quàm oportet; plus tacet, quàm expedit: quoties pauperes importunè petentes exaſperat: quoties cum ſit ſanus corpore, aliis ieiunantibus, prandere voluerit, aut ſomno deditus, tardius ad eccleſiam ſurgit: quoties excepto filiorum deſiderio vxorem ſuam cognouerit; quoties in carcere poſitos, tardius requiſierit, & infirmos tardius viſitauerit. Si diſcordes ad concordiam reuocare neglexerit. Si plus aut proximum, aut vxorem, aut filium, aut ſeruum exaſperauerit, quā oportet. Si vnicuique maiori perſonæ, aut ex voluntate, aut ex neceſſitate adulari voluerit. Si pauperibus eſurientibus nimium delitioſa, & ſumptuoſa conuiuia præparauerit. Si ſe aut in eccleſia, aut extra eccleſiam fabulis otioſis, de quibus in die Iudicii ratio reddenda eſt occupauerit. Si dum incautè iuramus, & cum hoc per aliquam neceſſitatem implere non poterimus, vtique percurramus. & cum omni facilitate, vel temeritate maledicimus; quoniam ſcriptum eſt; Neque maledici Regnum Dei poſſidebunt. d. cap. vnum horarium §. quæ autem ſint, 25. diſtinct. Idem.

ANTE

ANTE IVDICIVM ALIQVAE CVLPAE PVRGANTVR.

Greg. pp. 76 QVALIS hinc quiſque egreditur, talis in iudicio apparebit, vel repreſentabitur; ſed tamē de quibuſdam culpis eſſe ante iudicium purgationis ignis credendus eſt pro eo, quod veritas dicit: quia ſi quis in ſpiritumſanctum blaſphemias dixerit neque in hoc ſeculo remittetur ei, neque in futuro. In qua ſententia datur intelligi, quaſdam culpas in hoc ſeculo, quaſdam in futuro poſſe relaxari: quod autē de vno negatur, conſequens intellectus patet: quia de quibuſdam cōceditur. Sed tamen (vt prædixi) hoc de paruis, minimiſque peccatis fieri poſſe credendum eſt: ſicut eſt aſſiduus & otioſus ſermo, immoderatus riſus, vel peccatum curæ familiaris, quod vix ſine culpa; vel ab ipſis agitur, qui culpam qualiter declinare debeant, ſciunt. Quæ etiam poſt mortem grauant, ſi adhuc in uita poſitis minimè in morte fuerint relaxata c. qualis. ead.

Palea. 77 Qui in aliud ſeculum diſtulit fructum cōuerſionis, prius purgabitur igne purgationis. Hic ignis & ſi non ſit æternus, mirò tamen modo grauis eſt. ſuperat enim omnē pœnam, quam unquam paſſus eſt aliquis in hac vita, vel pati poſt. cap. qui in aliud. 25. diſt.

DE MISERICORDIA ERGA PROXIMOS.

Amb. 78 NON eſt ſatis bene velle, niſi ſtudeas & bene facere, neque ſatis eſt iterùm bene facere, niſi id ex bono fonte procedat, hoc eſt ex bona voluntate. cap. non eſt ſatis. 86. diſt.

79 Et perfecta liberalitas fide, cauſa, loco, tempore commendatur: nam ſi ſcias fidelem ſine ſumptu eſſe, & famem tolerare: & præſertim ſi erubeſcat, grandis culpa eſt, ei non ſuccurrere. Idem ſi incautè ceciderit, aut ſit in captiuitate, aut in carcere poſitus, & pœnis & ſuppliciis iuſtus aliquis excrucietur: nam iuſto amplius debetur, quamuis omnibus miſerendum ſit: & ſi tempore afflictionis ſuę à te nihil impetret, aut ſi tempore periculi quo rapitur ad mortem plus apud te pecunia tua valeat, quàm vita morituri, non leue eſt peccatum. d. cap. non ſatis. §. item perfecta. 86. diſtinct.

Nam qui paſcendo hominem ſeruare poteſt, & non pauerit, fame occidit. cap. paſce. 86. diſtinct. Idem Amb.

80 Non tamen dominus vult ſimul effundi opes, ſed diſpenſari, niſi quis relictis omnibus in diſciplinam ſi propheticam daret. c. dominus. ead. diſt. Idem Amb.

81 Non eſt etiam liberalitas ſubuenire proximis feminis ſi egeant, non tamen vt ditiores fiant. Nam tu nō te dedicaſti Deo: Idem.

82 vt illos diuites facias, ſed vt tibi vitā perpetuam fructu boni operis acquiras, & precio miſerationis peccata tua redimas cap. non eſt probanda. 86. diſt.

83 Et qui ſuorum & maximè domeſticorū curam non habet: fidem non habet, & eſt infideli deterior. cap. ſicut ii. §. qui ſuorum. 47. diſtinct. Ambr.

DE MERCATORIBVS.

84 QVI rem comparat, vt materia ſit inde aliquid operandi, non eſt mercator, qui verò rem comparat, vt integram & immutatam vendendo lucretur. Ille eſt mercator. Et ſuper omnes mercatores maledictus eſt plus vſurarius: ipſe enim rem datam à Deo vendit non comparatam vt mercator, poſt fœnus rem ſuam repetit, tollens aliena cum ſuis. Mercator autem non repetit rem venditam. c. eiiciēs. §. quicunque. 88. diſt. Palea.

Qui agrum locat, vt granum accipiat, aut domum, vt penſionem recipiat, non ſunt vſurarii: quia ex agro fructus capiuntur, ex domo vſus manſionis capitur, & videtur mutare lucrum cum lucro. d. c. eiiciēs. §. dicit aliquis. 88. diſt.

85 Negotiator dicit, affero ex longinquo merces, & ideo peto mercedem laboris mei vt viuam; quia dignus eſt mercenarius mercede ſua. Reſpondet D. Auguſtinus de mendacio, & de periurio agitur, non de negotio: nam poteſt dici tanti emi, ſed tanti vendam, ſi placet, eme. Vnde Palea.

de

de hoc eſt peccatum hominum non rerum: negotiatio enim non facit malum aliquem, ſed iniquitas ſua & mendacium ſuum. c. quoniam non cognoui. 88. diſt.

DE PECCATORVM REMISSIONE.

Amb. 86 PECCATVM aut donatur, aut deletur, aut tegitur. Donatur per gratiam: deletur per crucis ſanguinem, tegitur per charitatem cap. ille Rex. §. peccatum de pœnit. diſtinct. 3. & de charitate ſcriptum eſt, quæ operit multitudinem peccatorum.

Idem Amb. 87 Quanuis peccatum poſsit dici iniquitas: tamen propriè peccatum eſt opus iniquitatis. Prius eſt igitur, ut excidatur hæc iniquitas radix & ſeminarium peccatorum: nam quemadmodum diſciplina ſapientis intrans in animum imprudentiam tollit, & ſcientia ignorantiam, ſic virtus perfecta iniquitatem, & remiſsio peccatorũ delet omne peccatum. d. c. ille Rex. §. ſimiliter. de pœnit. diſt. 3.

Auguſt. 88 Deus remittendo ſæpe peccata nõ amat peccata, nec eſt incitator malorum; quia immo multum peccatum diſplicet ei, qui præſto eſt ea deſtruere. Si enim ea amaret, non ea deſtrueret: ſemper autem deſtruit peccata, quæ inuenit, ne ſoluatur, quod creauit, ne corrumpatur, quod amauit c. adhuc inſtant. de pœnit. diſt. 3.

Aug. 89 Sumunt tamen hypocritæ occaſionem ex factis domini dicentes, quem cæcum bis illuminauit? quem leproſum bis mundauit? quem mortuum bis ſuſcitauit? non filium diſsipatorem legitur bis ſuſcepiſſe, non filiam Abrahæ bis à dæmonio liberaſſe in nulla perſona iterauit factum docens (vt aiunt) a Domino non ſæpe fieri remedium. Sed reſponſio eſt, quòd multos cæcos & in diuerſo tempore illuminauerit, & multos debiles confortauerit, oſtendit, in diuerſis illis eadem ſæpe peccata dimitti, vt quem prius ſanauit leproſum, alio tempore illuminet cæcum. Ideo enim tot ſanauit febricitantes, tot languidos, tot claudos, cæcos & aridos: ne deſperet de ſe peccator. Ideo non ſcribitur aliquem niſi ſemel ſanatum, vt quiſque timeat mergi peccatis. d. cap. adhuc. §. ſumunt.

Aug. 90 Quapropter elimandus eſt ab eccleſia, qui vnquàm pœnitentibus negat indulgentiam: quia quoniam quotidiana eſt offenſio, oportet, ut quotidiana ſit remiſsio. Et ut dominus docuiſſet orantes dicere; Dimitte nobis debita noſtra: niſi ipſe miſericors perſeueraret: quia nos ab hac petitione non uult deficere. d. cap. adhuc. §. quapropter, circa finem, de pœnit. diſt. 3.

DE OMNIBVS PECCATIS TANTVM VENIA PRAESTATVR.

Aug. 91 QVI non omnino pœnitent: ſed reſeruant ſibi quędam, de quibus delectentur, iſtis uenia non præſtatur: quia Deus ſimul mutum & ſurdum à demonio liberãdo docet nos, nunquàm niſi de omnibus ſanari, & expulit ſeptem demonia, ut omnia crimina ſimul eiicienda doceret, & nunquam ſanauit aliquem, quem omnino nõ liberauerit: totum enim hominem ſanauit in ſabbato, quia & corpus ab infirmitate, & animam ab omni contagine liberauit, iudicans pœnitentes oportere ſimul dolere de omni crimine orto in anima & in corpore. cap. ſunt plures. de pœnit. diſt. 3.

De qua materia eſt deciſio clara in catechiſmo, ubi habetur, confeſsionem eſſe integram.

GRATIA CHRISTI MALA DESTRVIT ET BONA TRIBVIT, ET iuſtos & ſi cadit, pęnitentia non amittit iuſti uocabulum.

Idem, Aug. 92 PIVM eſt credere, & noſtra fides hoc expoſtulat, ut cum gratia Chriſti deſtruxerit mala priori in homine etiam remuneret bona, & cum deſtruxerit, quod ſuũ nõ inuenit, amat & diligit bonum quod in peccante plantauit cap. Pium eſt. de pęniten. diſtinct. 3.

Io. Chry. 93 Et oratio dominicalis leuibus & quotidianis peccatis ſatisfacit. ca. de quotidianis de pęnit. diſt. 3.

Hier. Illud dictum ſepties in die cadit iuſtus decla-

claratur:quia & ſi cadit non amittit iuſti uocabulum,qui per pęnitentiam ſemper reſurgit,& non ſolum ſepties ſed ſeptuagies ſepties donantur peccata, ſi conuertatur ad pœnitentiam.cap.ſepties. de pœnit.diſtin.3.

DE POENITENTIA DAVID.

Amb. 94 TOTAM pœnitentiam oſtendit pſalmus quinquageſimus. Miſerere mei Deus. Nam Dauid correctus a Propheta dicit peccaui,& ſtatim meruit audire, Dominus abſtulit peccatum tuum à te;quia pro magna iniquitate adulterii & homicidii petiit magnam miſericordiam. ca.totam pœnitentiam.de pœnit.diſtin.3.Sed maturitas veniæ declarauit profundam pęnitentiam Regis fuiſſe: nam Sancti ſi for-
95 te naturæ magis facilitate, quàm peccandi libidine:vt homines corruunt fortiores,& actiores ad currendum reſurgunt, pudoris ſtimulo maiora reputantes certamina:vt non ſolùm lapſus nullum attuliſſe impedimentum exiſtimetur, ſed etiam velocitatis incentiua cumulaſſe:nam plerique poſt vnum, vel alterum lapſum gratia maiore uicerunt, quòd peccauit conditionis eſt quòd ſupplicauit correctionis: lapſus communis, ſed ſpecialis confeſsio, & culpam incidiſſe naturæ eſt: diluiſſe virtutis.c.ille Rex.in prin.vſque ad §.peccatum.de pęnit diſt.3.

Hier. 96 Et doloris menſura potius, quàm temporis valet apud Deum: & mortificatio vitiorum magis quàm abſtinentia ciborum pœnitenti eſt neceſſaria.c. menſurā. de pęnit.diſt.1.

Aug. 97 Quem pęnitet,omnino pœniteat, & dolorem lachrymis oſtendat: & docemur corporali pœnitentia confitenda peccata,quia qui per vos peccaſtis per vos erubeſcatis:erubeſcentia enim ipſa partem habet remiſsionis.Ex miſericordia enim hoc præcepit dominus,vt neminem pœniteret in obſcuro: nam dignus eſt miſericordiā,qui ſpirituali labore petit gratiā: laborat enim mens patiendo erubeſcentiam;& quoniam verecundia magna eſt pœna, qui erubeſcit pro Chriſto fit dignus miſericordia.c.quem pęnitet de pęnit.diſt.1.

98 Sed ſemper dolendum eſt in hac vita de peccatis etiam remiſsis: vbi enim dolor finitur; deficit, & pęnitentia, & ſi finitur pęnitentia,de venia nihil relinquitur. c. ſi Apoſtolus.de pęnit.diſtinct.3. Vnde ille pęnitentiam dignè agit,qui ſic præterita mala deplorat, vt futura iterum non committat.c.ille pęnitentiam.ead.3.diſt. Idem. Smaragdus.

DE DVOBVS MALIS; MINVS ELIGENDVM EST.

99 SI omnino nullus ſine peccato euadendi aditus patet, minora ſemper eligātur; quia & qui murorum vndique ambitu, ne fugat,clauditur,ibi ſe in fugam præcipitat,vbi breuior munus inuenitur. Hinc etiam Paulus; cum quoſdam in eccleſia incontinentes aſpiceret,conceſsit minima:vt maiora declinarent, dicens: propter fornicationem vnuſquiſque vxorē ſuam habeat. Et quia tunc ſolum coniuges ſine culpa in admixtione ſunt, cum non pro explenda libidine;ſed pro ſuſcipienda prole miſcentur: ut hoc etiam, quod conceſſerat ſine culpa, quanuis minima non eſſe monſtraret; illico adiunxit:hoc autem dico,ſecundum indulgentiam,non ſecundum imperium.nō enim ſine vitio eſt,quod ignoſcitur,& nō præcipitur.Peccatū profectò vidit, ſed quod poſſet indulgere præuidit: ſed cum in dubiis conſtringimur,vtiliter minimis ſubdimur;ne in magnis ſine uenia peccemus c.nemi.§.eſt autem.13.diſt. Greg. PP.

NON SVNT FACIENDA MALA, NE ALII COMMITTANT.

100 SED non ſunt à nobis aliqua committenda delicta,ne alii grauiora committāt non obſtante exemplo Loth, qui volebat proſtituere filias ſuas,vt viri hoſpites nihil à Sodomitis tale paterentur; quia hæc compenſatio periculoſiſsimè admittitur, nam ſi perturbationi humanæ tribuitur, & menti tanto malo promotæ, nullo mō imitanda eſt.c.quod ait.23.diſ.

Quia

Grego. Quia & ſi aliquando per obedientiam debet bonum, quod agitur, intermitti; tamen malum nunquam facere licet. cap. quid ergo x1.q.3.

Amb. 101 Et ſi non poteſt ſubueniri alteri, niſi alter lædatur, commodius eſt neutrum iuuari, quàm grauare alterum, ideo ſacerdotale officium eſt in cauſis pecuniariis non interuenire, in quibus frequenter læditur alter, qui vincitur; quoniam ſeuiƈtum arbitratur interceſſoris beneficio; Igitur ſacerdotale officium eſt, nulli nocere, prodeſſe velle omnibus. Poſſe ſolius Dei eſt.c.denique 14.q.5.

DE CORRECTIONE DIVINA.

102 BONVS Deus caſtigat propter tres cauſas, primum quidem, vt is, qui caſtigatur, ſe ipſo melior euadat; deinde vt ii, qui poſſunt ſalui fieri per exempla præparentur admoniti; & tertiò, ne is, qui iniuria afficitur, contemptu habeatur, & aptus ſit ad iniuriam accipiendam.d.cle.Alexandrini in li.4.ſtromatum.

Hier. Deus deleuit genus humanum diluuio: ſuper Sodomam, & Gomorram ignem & ſulphur pluit: Aegyptios ſummerſit fluctibus: Iſraelitarum cadauera proſtrauit in heremo, & ideo ad præſens ſupplicia reddidit, nè in æternum puniret: dicente Propheta, nō iudicabit Deus his, in idipſum, in tribulatione ergò, qui puniti ſunt, poſtea non punientur.c.quid ergo.23.q.5.

Aug. Sed intelligitur de his tantùm, qui inter ipſa flagella pœnitentiam egerunt: quam & ſi breuem & momentaneam; tamen non reſpuit Deus, & de prophetę dicto non iudicabit Deus bis idipſum, de his tantum intelligi oportet, quos præſentia ſupplicia commutant, ſuper quos non conſurget duplex tribulatio, qui autem inter flagella duriores & deteriores fiunt, ſicut Pharao, qui flagellatus a Domino durior factus eſt, præſentibus æterna connectūt. cap.ſunt plures.§. intelligitur de pœnit. diſtinct.3.

Hier. 103 Vnde ſi quærat aliquis: ſi fidelis deprehenſus in adulterio decoletur, an poſtea puniatur à Domino: & reſpondet Diuus Hieronymus, Deum vt omnium rerum, ita ſuppliciorum quoque ſcire mēſuras, & non præueniri ſententia iudicis: nec illi in peccatorem exercendæ dehinc pœnæ auferri poteſtatem, & magnum peccatum magnis, diuturniſque elui cruciatib. d.c.quid ergo.§.quæritur hic.23.q.5.

104 Si quis autem punitus ſit, vt ille in lege, qui Iſraelitis maledixerat, & qui in ſabbato ligna collegerat tales poſtea nō puniri; quia culpa leuis præſenti ſupplicio ſeueritatis compenſata ſit.d.c.quid ergo, circa finem. *Hier.*

DE VINDICTA LICITA.

105 EA autem vindicta, quæ valet ad correctionem non prohibetur, quæ etiam valet ad miſericordiam: ſed huic vindictæ inferendæ non eſt idoneus, niſi qui odium, quo flagare homines ſolent, qui ſe vindicare deſiderant dilectionis manſuetudine ſuperauerit; nam quem diligit Dominus corripit, flagellat autem omnē filium, quem recipit, quo exemplo apparet, poſſe peccatum amore potius vindicari, quàm impunitum relinqui, vt illū, quem vendicat, non pœna miſerum, ſed correctione beatum eſſe velit. cap.ea uindicta.23.q.4. *Aug.*

Et quiſquis chriſtianus eſt vitia contraria veritati Chriſtianæ proſequi debet. cap. quiſquis.23.q.4. Et debet diligere proximum ſuum ſicut ſeipſum: ut quem potuerit hominem beneficentia, cōſolatione, vel informatione doctrinæ, vel diſciplinæ correctione adducat ad colendum Deum: nam multi ſunt prohibendi a malo, & cogendi ad bonum. cap.penult. & fin.23.q.4. *Idem* *Aug.*

NON SEMPER VINDICANDVM IN EOS, QVI PECCANT.

106 QVIA Chriſtus diſcipulos ſuos increpauit: quia ignem de cœlo deſcendere ſuper eos geſtiebant, qui ipſum non receperant, oſtenditur nobis, nō ſemper in eos, qui peccant vindicandum: quia clementia aliquando plus prodeſt ad pœnitentiam, *Amb.*

tiam, quàm lapſo ad correctionem cap. quod Chriſtus.in prin.23.q.4.cum poterant etiã Apoſtoli moueri proprio odio: quia recepti nõ fuerunt. Et Dominus volens eos iniuriam propriæ perſonæ cum patientia & gaudio tolerare, iniuriam verò ſeruitutis diuinæ non inultam relinquere ait,neſcitis cuius ſpiritus eſtis:& in hic Petrus contumelias ſibi illatas cum gaudio ſuſcipiebat, peccata verò, quæ in Deum committuntur acerrime puniebat,vnde Ananiam & Saphiram,ſpiritui ſancto mentientes mortis ſententia prodidit.d.c.quod Chriſtus.§. poteſt in hac. 23.quæſt.4.

Gre. pp. Nam valde offendit, qui dominica debita impune dimittit: quia ea, quæ in Deum commiſſa ſunt cum magna diſcretione, nec ſine pœnitentia poſſumus relaxare. c.ſi is qui 23.q.4.

Gela. pp. 107 Sed in quantum dictum eſt, vindictam propriam nõ vindicandam, obiicitur de Helia, ad cuius preces ignis de cœlo deſcendit, vt prophetæ vindicaretur iniuria:Et reſpondetur,Heliam non voluiſſe oſtendere,cuius meriti eſſet, ſed quòd ille eſſet verus Deus, quem colebat, quod euidentisſimis ſignis monſtrare curauit: dicẽdo.Si homo Dei ſum, deſcẽdat ignis de cœlo & cõſumat uos.Iniuria ergo prophetæ non alia,quàm iniuria Domini intelligitur,quæ in paucis vindicata eſt, vt cæteri terrerentur.cap.ſi illic.§. ſed obiicitur.23.q.4.

Silve. pp. 108 Sed obiicitur iterum de Silueſtro Papa,qui anathematizauit eos,qui eum cœperant,vel epiſcoporum aliquem,qui deinceps cœperint, excommunicauit:& reſpondetur,quòd hic non ſuam,ſed eccleſiæ iniuriã vltus eſt.c.Guiliſarius. 23.q.4.

PECCATVM PVNITVR IN PAVCIS.

Silve. pp. 109 Peccatvm autem populi puniendũ in paucis oſtenditur.Primò: quia Moyſes peccatum idolatriæ in paucos cultores vituli vindicauit.Secundò dum pro fornicatione totius populi vigintiquatuor milia vna die perierunt.Tertiò pro peccato
murmurationis, vel tentationis nonnulli puniti ſunt, vt eorum exemplo cæteri
110 ad pœnitentiam cogerentur: & ſic quotidie nõnullos punit Deus,vt diuina prouidentia etiam circa humana vigilare cognoſcatur: & nonnullos etiam per longa tempora ad pœnitentiam expectat,vt patientiam ſuæ bonitatis nobis oſtendat.d. cap.Guiliſarius.§.quòd autem.23.q.4.

Nec Moyſes crudelitate fuit motus:ſed magna dilectione, cum dixerit. Si dimittis illis peccatum, dimitte, ſin autem dele me de libro vitæ: ſic planè & Apoſtolus non crudeliter ſed amicabiliter tradidit hominem ſatanæ in interitum carnis, vt ſpiritus eius ſaluus ſit in die Domini N. Ieſu Chriſti,& tradidit alios,ut diſcerent non blaſphemare.c. quid crudele. §.nam cum nulla.23.q.4. Aug.

111 Non poteſt tamen ſalubris à multis eſſe correctio, niſi cum corripitur ille, qui non habet ſociam multitudinem:cum uerò idem morbus plurimos occupauerit, nihil aliud boni reſtat, quàm dolor & gemitus,ut per illud ſignum illæſo euadere ab eorum uaſtatione mereantur:& reuera tunc diuinæ diſciplinæ ſæuera miſericordia neceſſaria eſt: nam conſilia ſeparationis,& inania ſunt & pernitioſa, atque ſacrilega:quia impia & ſuperba ſunt, & plus perturbant infirmos bonos,quàm corrigant animoſos malos.Turba autem iniquorum cum facultas eſt promouendi ſermonem generali obiurgatione ferienda eſt: & maximè ſi aliquod flagellum Domini occaſionem dederit,quo eos appareat pro ſuis meritis uapulare. c.nõ poteſt.uſque ad §.præcepta.23.q.4. Idem. Aug.

112 Præcepta uerò de dilectione inimicorum & miſericordia erga illos, atque de cibandis ipſis, non intelliguntur: ut peccandi relaxetur impunitas:ſed ut delinquenti correctio, & naturæ miniſtretur ſubſidium.Et ut de eorum perditione doleamus eorum ſalutem deſideremus, & pro eorum ſalute laboremus. Sicut Idem. Aug.
113 enim erga pœnitentes non ſæueri, ſed miſericordes eſſe monemur, iuxta illud. noli eſſe nimis iuſtus:quia eſt nimis iuſtus,qui perit in iuſtitia ſua,& iterum. Iudicium

dicium ſine miſericordia erit ei, qui non facit miſericordiam: ita impœnitentibus & obſtinatis in malo miſericordiam impendere prohibemur. d.c. non poteſt. §. præcepta. vſque ad fi. 23. q. 4.

Amb. 114 Eſt verò iniuſta miſericordia, ſi quis latronem filiis deprecantibus motus, & lachrymis coniugis eius inflexus abſoluendum putat; quia cum vni indulgetur indigno, ad prolapſionis contagium prouocat vniuerſos: facilitas enim veniæ incen-

115 dium tribuit delinquendi. Deinde inter duos, hoc eſt, accuſatorem & reum ſi iudex non id, quod iuſtitiæ eſt, exequatur, ſed miſeretur alterius, non erit hęc iuſta miſericordia: quia forma iuſtitiæ teneri debet. c. eſt iniuſta 23. q. 4.

Aug. 116 Et peccatores non ſuſcipiātur propter hoc: quia ſunt peccatores: ſed quia homines ſunt humana conſideratione tractentur & perſequenda eſt in eis propria iniquitas, miſerendum autem propriæ naturæ. c. duo iſte. §. non ergo. 23. q. 4.

Ibid. Nam maledicitur apud Deum, qui peccantibus conſentit, & defendit delinquentem, immo dicebat quidam ſanctiſſimus pater hunc defenſorem acrius puniendum, quàm delinquentem, cap. qui conſentit. 11. q. 3.

PECCATA PVNIVNTVR PER POPVLOS ALIENIGENOS ET ALIquando per neſcientes.

Amb. 117 PVNIVNTVR peccata per populos ſicut legimus: quia ſæpe ab alienigenis Dei iuſſu excitatis propter diuinæ maieſtatis offenſam ſubactus eſt populus Iudæorum. Sed punit aliquando per neſciētes: ut per Sannacherib, per Nabuchodonoſor, per Antiochum, per Romanos, & alios Reges gentilium. Nam iſti credebant propriis viribus ſuperaſſe iudæos, Et tamen illi, per quos Deus punit, abſque nutu diuinæ diſpoſitionis nihil agere valent; & tales in eo quod puniunt, Deo ſeruire dicuntur. In eo autem quòd ignorantes ſe eſſe miniſtros irę & furoris Dei impia vanitate ſuperbiunt, mercedem ſui laboris non niſi temporalem inueniunt, pœnam verò ſuæ ſuperbiæ non

118 effugiunt. Punit etiam Deus per ſcientes: quia illi, qui puniunt, ſciunt ſe facere iuſſu diuino. Sicut Deus ꝑ filios Iſrael voluit peccata punire Amorreorum & Cananeorum. Cum verò occultu inſtinctu aliqui mouentur ad perſequendum malos, & iſti: quia praua intentione non mouentur, vt peccata delinquentium puniant, ſed illorum bona rapere & ſuæ ditioni ſubiicere quærunt, non ſunt immu-

119 nes a crimine. De quibus etiam notandum eſt, quòd aliquando excitantur ad puniendum peccata bonorum; vt tādem per bonos correctos, ipſi quoque excitati puniantur. Sicut in li. Iudicum. c. 4. & 8. legitur de Labin Rege Cananeorum, & de Madianitis, quòd propter idolatriā populi ſuſcitauit eos Deus, ut Iſraelem affligerent, & terram eorum occuparent: Sed cum populus Dei ſub manib. eorum diutius afflictus peccatum ſuum recognoſceret, & per pœnitentiam ſibi Deum placaret. Dei præcepto; Rex Cananeorum, & Dux exercitus contriti ſunt, & Reges

120 Madianitarum & Duces eorum morte traditi ſunt. Vnde docemur a Propheta recurrere in his tribulationibus ad dominum his verbis. Effunde iram tuam in gētes, quæ te non nouerūt, & in Regna, quæ non inuocauerunt nomen tuum, ne forte dicant in gētibus, vbi eſt Deus eorum. Et leua manus tuas in ſuperbias eorum, qui te oderunt, & multa maligna operati monumenta ſuæ victoriæ poſuerūt in medio atrio tuo. c. fi. 23. q. 5.

DISTINCTIO SECVNDA FINIS.

DE DIVERSIS PECCATIS TRACTABITVR, ET ORDO ERIT IVXTA PRAECEPTA DECALOGI.

DISTINCTIO TERTIA.

DE SORTILEGIIS ET SORTIBVS.

Iſidorus. 121 PROHIBENTVR ſortilegi,& ii ſunt,qui ſub nomine fictę religionis,p quaſdam,quas ſanctorum vocant ſortes, diuinationis ſcientiam profitentur; aut quarumcunque ſcripturarum inſpectione futura promittunt.c.vno.26.q.1.

Aug. In ſortibus nihil mali eſſe monſtratur;prohibentur tamẽ fidelibus, ne ſub ſpecie diuinationis, ab antiquos idolatriæ cultus redirent. Vn.de quibuſdam conſtellationibus,& futurorum ſigna cuſtodiẽtib.Apoſtolus ait;dies obſeruatis,& menſes, & tẽpora, & annos; vnde timeo ne fortè ſine cauſa laborauerim in uobis.cap.ſors non eſt.26.q.2.

MART. PP. Item non licet iniquas obſeruationes calendarum agere,& ociis vacare, neque lauro aut iuridicare arborũ,cingere domos; omnis enim hæc obſeruatio paganorum eſt.c.non licet.26.q.7.

ZACH. PP. Si quis calend.Ianuarii ritu paganorum colere,vel aliquid plus noui facere propter nouum annum,aut menſas cum epulis in domibus præſtare,& præſumpſerit per vicos,& plateas cãtores & choreos ducere, anathema ſit. c.ſi quis cal.eadem.26.q.7.

DE ASTRONOMIA.

Aug. 122 SIC & aſtronomia,ſeu etiam aſtrologia apud catholicos in deſuetudinem abiit; quia dum propria curioſitate his nimis erant intenti, minus vacabant his, quæ ſaluti animarum erant accommodata.d.c.ſors non eſt,§.ſi.

DE LIGATVRIS.

Idem 123 SVPERSTITIOSVM eſt,facere ligaturas; atque remedia; quæ Medicorum quoque diſciplina condemnat, ſiue in præcationibus,ſiue in quibuſdam notis, quas caratheres vocant, ſiue in quibuſcunque rebus ſuſpendendis, atque ligandis,vel etiam ſaltando quoquo modo,nõ ad temperationem corporũ,ſed ad quaſdam ſignificationes,aut occultas,aut etiã manifeſtas,quæ eminẽtiori nomine Phyſicam uocant. His adiunguntur inaniſſimarum obſeruationum,ſi membrum ſalieris,ſi iunctim ambulantibus amicis,canis, aut lapis, aut puer medius interuenerit:hinc ſunt etiam illa,limen calcare, cũ ante domum ſuam tranſit, redire ad lectum; ſi quis dum ſe calceat, ſtranutauerit,redire ad domum ſi procidens offenderit,uel ſi veſtis a ſoricibus redatur.c.illud,quod 26.q.2.

Sacerdotes admoneãt, fideles populos ſuos magicas artes, incantationeſque infirmitatibuſque hominum nihil prodeſſe, nõ animalibus languentibus,aut claudicantibus, vel etiam morientibus quicquam mederi, ſed hæc eſſe laqueos & inſidias antiqui hoſtis,quibus nititur decipere genus humanum c.admoneant.26.q.7. *Idem*

DE MATHEMATICIS.

124 Nec illi, ab hoc genere ſuperſtitionis ſegregandi ſunt; qui nunc mathematici dicuntur;olim dicebantur genethliaci propter natalium conſiderationes dierum: nam & ipſi, quanuis ueram ſtellarum poſitionem,cum quiſque naſcitur,conſectẽtur,& aliqua etiam præueſtigent; tamen quod inde conãtur uel actiones noſtras, uel actionum euentus prædicere, nimis errant:& talia non ſunt ſectanda;quia diuina ſcriptura inquit: etiam ſi dixerint uobis, & ita euenerit; non credatis eis; omnes igitur artes huiuſmodi uel nugatoriæ; *Idem.*

gatoriæ,vel noxiæ ſuperſtitionis, ex qua dã peſtifera ſocietate hominum,& dęmo nũ ſunt repudiãda, & fugiẽda chriſtiano. d.c.illud.§.nec illi,ab hoc genere.26.q.2.

DE INCANTATIONIBVS.

Greg. 125 SI quis Ariolos,aruſpices,vel incantatores obſeruauerit, aut phylacteriis eorum vſus fuerit, anathema ſit. cap.ſi quis ariolos.26.q.1.

Ex Tolet. Concilio Sed Arioli aruſpices incantatores,& ſortilegi, atque cæteri huiuſmodi ſectatores ab eccleſia ſunt elimandi,& niſi reſipuerint, perpetuò ſunt excommunicãdi.c.quicunque.in fine 26.q.5.immo per totã illam q.

Ex Conc. Ancyranoc.34. 126 Qui diuinationes expetunt, & morem gentilium ſubſequuntur, vel in domos ſuas huiuſmodi homines introducunt exquirendi aliquid arte magica,aut expiãdi cauſa quinquennio pœniteant.ca. qui diuinationes.26.q.v.

Ex Conc. Martini Papæ. Non liceat chriſtianis tenere traditiones gẽtilium,obſeruationes lunæ, aut ſtellarũ, aut inanem ſignorum fallaciam, pro domo facienda,vel propter ſegetes, aut arbores plantandas, vel coniugia ſociãda: ſcriptum eſt enim omnia quæ facitis aut verbo,aut opere,omnia in nomine domini noſtri Ieſu Chriſti facite,gratias agentes Deo.c.non liceat.in prin.26.q.v.

Nec in collectionibus herbarum,quę medicinales ſunt,aliquas incantationes liceat attendere. Niſi tantum cum ſimbolo diuino aut oratione dominica,ut tantũ Deus creator omnium & dominus honoretur. contrafacientibus eſt pœnitentia iniungẽdæ.d.c.nõ liceat.§.nec in collectionib.

Ex Conc. Anquirẽſic.1. 127 Non eſt omittẽdum, quòd quædam ſceleratæ mulieres dęmonum illuſionib.ſeductæ credũt & profitentur nocturnis horis ſe cum diana Dea paganorum,vel cũ harodiade, vel cum innumera multitudine mulierum æquitate ſuper quaſdam beſtias,& multarum terrarum ſpatia pertrãſire,eiusq; iuſſionib.obedire velut dominæ,& certis noctib.ad eius ſeruitium euocari.Sed non hæ ſolæ perierũt in ſua perfidia; quia innumera multitudo hac falſa opinione decepta hæc vera eſſe credunt, & credendo à recta fide deuiant, & errore paganorum inuoluuntur, cum aliquid diuinitatis,aut numinis extra unum Deũ arbitrantur. c.epiſcopi. §.illud ẽt.26. q.v.

128 Quare ſacerdotes prædicare debent populo,vt nouerint hæc omnia falſa eſſe,& arbitrari,non à diuino ſpiritu, ſed maligno menſib.irrogari.Si quidem Satanas, cum montem cuiuſcunque mulieris cœperit,& hanc per infidelitatem ſibi ſubiugauerit, illico transformat ſe in diuerſas ſpecies perſonarum,atque ſimilitudines, & mentem,quam captiuam tenet, in ſomnis deludẽs,modò læta, modò triſtia, modò cognitas, modò incognitas perſonas oſtendens, per quæque deuia deducit; & cum ſolus ſpiritus infœlix hoc patiatur, non in animo hoc,ſed in corpore euenire opinatur. d.c. epiſcopi.§. quapropter.

129 Omnibus itaque publicè nunciandum eſt,quòd qui talis,credit, fidem perdidit, & qui rectam fidem non habet,hic nõ eſt eius,ideſt Dei,ſed illius, in quem credit, ideſt diaboli.Nam de domino ſcriptũ eſt. Omnia per ipſum facta ſunt.Quiſquis ergo credit poſſe fieri aliquam creaturam, aut in melius, aut in deterius immutari, aut transformari in aliam ſpeciem,vel aliam ſimilitudinem,niſi ab ipſo creatore, proculdubio infidelis eſt & pagano ſimilis.d.c.epiſcopi.§.omnibus itaque 26.q.v.

DE NATVRA DAEMONVM.

130 MVLTIS portentis per diabolorũ fallaciam illuditur curioſitas humana,quando id impudenter appetunt ſcire,qđ nulla ratione cõpetit eis inueſtigare. Et hæc poteſtas immundis ſpiritib.ideo datur,vt prauos homines ſeducãt,illos.ſ.qui ſpernunt veritatem, & credunt mendacio. c. nec mirum.§.his ergo.26.q.v. *Aug.*

Vnde oſtenditur non eſſe verum,Pythoniſſam ſuſcitaſſe Samuelem Prophetam ad colloquium Saulis impiiſſimi Regis: ſed diabolum trãſformaſſe ſe in effigiem Samuelis contra legem . d. c. nec mirum. §,

131 præterea. Natura dęmonum hæc eſt:ut aerei corporis ſenſu terrenorum corporum ſenſum facile pręcedunt acumine ſẽſus,& celeritate motus,multo ante cognita prænunciant,quæ hoĩes pro ſenſus ter- *Idem. Aug.*

reni tarditate miretur.c.ſciendū. 26.q.3.

Idem. 132 Acceſsit etiam demonibus per tam longum tempus,quo eorum vita protēditur, rerum longè maior experiētia, quàm poteſt hominib.propter breuitatē vitæ peruenire.Et iſtis de cauſis non ſolum prædicunt futura:ſed etiam multa faciūt, quæ: quoniam homines dicere, aut facere nō poſſunt,quidam arbitrantur demones eſſe dignos,quibus ſeruiant,& quibus deferant diuinos honores: inſtigante maximè vitio curioſitatis propter amorem fœlicitatis falſæ atque terrenæ & excellētiæ temporalis.d.c.ſciendū.§.accesſit. 26.q.3.

Idem. 133 Primum igitur demones plerunque ſolent prænunciare ea,quæ ipſi facturi ſunt (nam accipiunt ſepe poteſtatem morbos immittere, & ipſum aerem vitiando morbidum reddere)& ſuadere malefacta per uerſis atque amatorib. terrenorum commodorum,de quorum morib. certi ſunt, quòd ſint talia ſuadentib.conſenſuri.Suadent enim miris & inuiſibilib.modis, corpora hominum non ſentientium per illā ſubtilitatem penetrando, & ſe miſcendo cogitationib.eorum per quædam imaginaria viſa ſiue vigilantium,ſiue dormientium.d.c.ſciendum.§.nunc igitur.

Idem. Aliquando autē ante prædicunt ea, quæ naturalib.ſignis futura prænoſcūt,quę ſigna in hoīum ſenſus venire non poſſunt. Nō eſt mirum: quia quemadmodū Medicus corporis humani perturbata, vel mortificata temperie præuidet futuras ualetudines,aut bonas,aut malas: ſic demones in aeris afflictione præuident tempeſtates futuras ſibi notas, ſed nobis ignotas.d.c. ſciendum.§.aliquando autem.26.q.3.

Idem. Aug. 134 Non tamen diabolus hominum diſpoſitiones cogitatione conceptas per exterioria ſigna firma ratione deprehendere approbatum eſt,quamuis Auguſtinus cōtrarium dixerit in d.c.ſciendum.§. aliquādo etiā.Sed ſe emendauit in li.2.retractationum,dicens.Quodam loco dixi,demones aliquando hominū diſpoſitiones nō ſolum uoce prolatas, uerum etiam cogitatione conceptas,cum ſigna quędam ex animo exprimuntur in corpore,tota facilitate perdiſcere:rem dixi occultatiſſimā audaciori aſſertione quàm debui: nā per uenire iſta ad notitiam dæmonum p non nulla etiam experimēta compertum eſt: ſed vtrum quædam ſigna dētur ex corpore cogitantium illis ſenſibilia nobis latentia, an alia ui ſpirituali iſta cognoſcant, aut difficillimè ab hominibus,aut omnino non poteſt inueniri.c.ſi.26.q.4.

Idem. Aug. 135 Sed demones ne apud cultores ſuos amittant pondus auctoritatis,quando ipſi decepti fuerint,uel mentiri agunt: vt culpæ tribuatur interpretib.uis, ſignorumque ſuorum coniectoribus.d.c.ſciendum §.ſed ne apud,26.q.4.

Aug. 136 Solent etiam prædicere defectum ſuæ culturæ,vt videantur præſcii quid in ſingulis regnis, aut locis uenturum ſit. Sed quid mirum, ſi iam imminentem templorum euerſionem, quam Prophetæ Dei tāto ante prædixerunt, ſerapis demum alicui cultorum ſuorū hoc de proximo prodidit; vt ſuam quaſi diuinationem recedens,vel fugiens commendaret.d. c.ſciē dum.§. nonnunquàm vſque ad fi.26.q.4.

137 De Serape habetur in hiſtoria eccleſiaſtica li.11.c.23. & 24.Et cap. 25.tractatur de fraude detecta ſacerdotis Saturni nomine tyrannus, qui arte callida adulterium in templo cum mulieribus Alexandriæ committebat.

DE SIMVLATIONE.

Amb. 138 Simulatio utilis eſt & in tpe aſſumenda exemplum habemus li.4.Regum c. 10.de Iehu Regis Iſrael, qui finxit ſe Idolū velle colere,vt interficeret ſacerdotes Balaal & in Dauid quando mutauit faciem ſuā coram Abimelech li.Reg.1.c.21. nec mirum quia licet etiam ſanctos ſimulare aliqua pro tempore ob ſuam & aliorum ſalutem.c.vtilem.22.q.2.

Aug. 139 Sed quæritur,quare D.Aug.dicat (ſupra ead.c.ne quis) non eſſe mentiendum pro tpali vita alicuius;cum Abraham deſcendens in Egyptum rogauerit Sarrā vxorē ut ſororem eius eſſe mentiretur.d.c.utilē. §.ſed quæritur.Et reſpōdetur ex īſra eiuſdem Auguſtini, Abraham voluiſſe celari veritatem non mendacium dici,ſoror.n. dici tur

dicitur,quæ filia fratris erat. In quo oſten
ditur,neminem debere tẽtare Deum, dũ
habet id,quod faciat rõnabili cõſilio; nã
Abraham commiſit Deo minus quàm po
tuit,nam ſi indicaſſet illam ſuam uxorem
commiſiſſet Deo, & vitam ſuam & vxo-
ris pudicitiam c.quæritur 22.q.2.
Idem Aug. 140 Item opponitur de Iacob, qui mentien
do,& ſibi profuit,& alii nocuit; nec tamẽ
reprehenditur,ſed commendatur dicen-
do,ſe eſſe Eſau primogenitũ,& nõ eſt mẽ
titus:non.n.dixit primogenitum naſcen-
do, ſed quia Eſau vendidit primogenitu-
ram, quemadmodum gẽtiles imitatione
fidei & iuſtitię ſucceſſerunt in filios Abra
hæ fidelis & iuſti,& Iudæi filii Abrahæ ſe
cundum carnem dicuntur filii diaboli a
Saluatore,nõ natiuitate, ſed imitatione:
Gentiles verò ſecundum originem cũ ad
Abraham eſſent alieni imitatione ſucceſ
ſerunt in filios eius, præfertur ergo imita
tio operis origine carnis. Quare Iacob
nõ mendaciter dixit,ſe Eſau eſſe,nec mẽ
tiendo, ſed uerum dicendo ſibi profuit,
alteri verò non nocuit: quia benedictio-
nem ſibi debitam accepit, non alienam
ſurripuit.d.c.quæritur.22.q.2.
Idem Aug. 141 Duo verò ſunt genera mendaciorũ, in
quib.non eſt magna culpa,videlicet cùm
aut iocamur, aut proximo cõſulendo mẽ
timur. Illud aũt primum in iocãdo iõ nõ
eſt pernitioſum:qa nõ fallit:nouit.n.ille,
cui dicitur,cã iocãdi fuiſſe dictum.Secun
dũ aũt minus eſt: quia retinet nõnullã be
142 neuolentiã.Illud aũt quod nõ habet du
plex cor, nec mendacium quidem dicen
dum eſt,v.g.tanquã ſi cui gladius cõmen
detur,& promittat ſe redditurum:cum il-
le,qui commendauerit,popoſcerit,ſi for-
te gladium ſuum repetat furens: manife-
ſtum eſt,non eſſe reddendũ,ne vel ſe occi
dat,vel alium,donec ei ſanitas reſtituatur
hic ergo non habet duplex cor:quia ille,
143 cui commendatus eſt gladius,cũ ꝓmit-
tebat ſe redditurum non cogitabat furen
tem poſſe repetere. Aliquando verum ta
cere,falſum autẽ dicere,nõ inuenitur ſan
ctis cõceſſum.Nã aliud eſt mentiri, aliud
verum occultare: vt ſi quis forte nõ uelit
ad iſtam uiſibilem mortem hoĩem prode
re paratus eſſe debet verum occultare nõ
falſum dicere,ut neque prodat,nec men-
tiatur,nec occidat animam ſuam pro cor
pore alterius.c.ne quis. 22.q.2.

DE IVRAMENTO.

144 NON habetur reus periurii,qui falſum *Aug.*
iurauit,niſi rea mens ſit, exemplo Saulis
Regis,qui iurauit ſe interfecturum,quicũ
que ante ſolis occaſum comederet. Et Io
nathas filius eius non audito regis iura-
mento cum pugnando hoſtib.magnã ſtra
gem dediſſet, fame laborãs fauum melis
cõmedit: & Saul voluit eũ dare neci, ſed
precib. & pia populi ſupplicatione placa
tus mortis reuocauit ſnĩam. Ecce Saul fal
ſum iurauit:quia quod iurando ſe facturũ
decreuit, precib.populi prouocatus non
fecit, nec tamen periurii reus arguitur,
quia quantum in ipſo fuit,impleuit,dum
ſententiam mortis in filium dedit, quem
nõ carnali affectu, ſed populi ſupplicatio
ne reuocauit c.q̃ritur.§.Eps verò. 22.q.2.
145 Qui iurauit iugulare aĩam patris,aut ge *Ex Conc.*
rere ſtuprum ſacratiſſimæ Virginis,tole- *Tolet. 8.*
rabilius eſt ſtultæ promiſſionis vota reii-
cere, q̃ per cuſtodiã promiſſorũ implere
menſurã criminum.c.ſi publicis.22.q.4.
Dauid iurauit per Deum occidere Nabal: *Beda.*
ſed ad primã interceſſionem Abigali fœ-
minæ prudentis,mox remiſit minas,reuo
cauit enſem in vaginam, neque aliquid
culpæ,ſe pro tali periurio contraxiſſe do-
luit.c.ſi aliquid, 1.22.q.4.
146 Tolerabilius eſt iuramentum nõ imple *Ex Conc.*
re,quã quod turpe eſt,facere.c.unuſquiſ- *Tolet. 8.*
que.ea.Nam & incõmutabilis Deus quã-
doque ſua promiſſa mutaſſe legitur: quia
licet ſit impatibilis & immutabilis, cre-
bro tamen leguntur, & eius iuramenta,
& pœnitentia, quæ ſacris extãt myſteriis
adoperta. Iurare nanque Dei eſt a ſe ipſo
ordinata nullatenus conuellere,pœnite-
re verò eſt,eadem ordinata cum uoluerit
immutare.Sic.n.dicit per Hieremiam, re
pente loquar aduerſus gentem,& aduer-
ſus Regnum, vt eradicem & deſtruam &
diſperdã illud. Si pœnitentiã egerit gens
illa à malo ſuo, agam & ego pœnitentiã

a ma-

a malo,quod cogitaui,vt facerem eis.ca. incommutabilis.22.q.4.

Ex Conc. Hilerden. & Tolet. & Aug. 147 Qui tamen illicitum iuramentum facit, ſegregatur a cõione corporis & ſanguinis Domini per annũ, ut eleemoſinis & fletibus & ieiuniis reatum ſuum abſoluat.c.qui ſacramento.& c.neceſſe.& c.inter cætera.22.q.4.

Amb. 148 Iuramentum illicitũ, quod ſeruari prohibetur,intelligendũ eſt,quod ſcitur eſſe illicitum, dum iuratur,ſi autem neſcitur illicitum eſſe ignorantia excuſat, ſi ſit facti nõ iuris;nam ſi credit copulam eſſe licitam; quia neſcitur eſſe cõſanguineam, ignorãtia excuſat: ſi credit licere ducere conſanguineas,eſt ignorantia iuris, quæ non excuſat, niſi cui permittitur ius ignorare.c.fi.§.illud ergo.22.q.4.

Iuramentum debet habere tres Comites;veritatem,iudicium,& iuſtitiã,quia ubi iſta defuerint, non eſt iuramentum,ſed periurium.d.c.fi.ver.iuramentum nãq; 22.q.4.

Amb. 149 Sed iuramentum multipliciter intelligitur illicitũ:eſt.n.illicitum ex eo, quod iuratur aliquãdo ex eam extra uenienti,aliquando ex mõ iurandi. De primo exẽpla ſunt adulterium, homicidium committere,& his ſimilia;& in iſtis; q̃a perſpicuam habent iniuſtitiam, iuramentũ ſeruari nõ debet.De ſecundo exemplum eſt;cum aliquis poſt uotũ caſtitatis iuret alicui ſe habiturã cã in cõiugem;in ſe ipſo malũ non eſt;tamẽ huic ex uoto pnitioſum eſt; hoc autem iuramentum, quãuis illicitum ſit; non tamen ſeruari prohibetur, ſed de violatione voti pœnitentia iniũgitur. De ter-

150 tio,quãdo aliquis iurat,ſe non ſuſceptu rum clericatus tõſurã, vel veſtem religionis,non prohibetur ſeruari:q̃a ſine tõſura,& veſte religioſa,ſalutẽ promereri ualet;cum nonnulli in clericali habitu Summi & Deo dilecti inueniãtur.Quo exẽplo datur intelligi,quoties aliquis iurat,ſe nõ facturum aliquid,quo expeditior ſibi uita præparetur ad beatitudinem,dummodo ſine eo valeat ſalutem inuenire iuramentum non prohiberi ſeruari. Vnde cum nos iuramus non daturos aliquid alicui,ſine qua vtraque ſalus eius poteſt eſſe incolumis, & ſi aliqua ex ea ſibi commoditas præſtaretur, nulla tamen authoritate iuramentum ſeruare prohibemur, dummodo ſit alia uia neceſſitatibus ſubueniendi.d.c.fi.§.iuramentum itaque vſque ad finem 22.q.4.

151 Qui peierare compellit,& qui compellitur, vterque periurus probatur.c.qui cõpulſus. 22. q.v.& pœnitentia datur quadraginta dierum in pane & aqua,& ſeptẽ ſequentes annos nunquàm ſit ſine pœnitentia,& alii ſi conſcii fuerint ſimiliter pœniteant.c.ſi quis peierauerit.ead.q. *Pius pp.*

Qui peierat in manu Epi,aut in cruce conſe *Idem.*

152 crata,tres annos pęniteat;ſi nõ fuerit cõſecrata annum unum,qui ignorat ſe peieraſſe,& poſtea cognoſcit; tres quadrageſimas pœniteat. c.qui peierat,22.q.v.

Qui pro redimenda uita, uel alia cauſa neceſſitatis peierat;quia plus corpus,quàm animam dilexit,tres quadrageſimas pœniteat.c.ſi quis coactus.ead.q.v. *Idem.*

153 Ille,qui prouocat hominem ad iurationem, & ſcit eum falſum iuraturum eſſe, uincit homicidam; quia homicida corpus occiſurus eſt, ille animam, imò duas animas,& eius animã, quem iurare prouocauit,& ſuã.c.ille,q. hominem.22.q.v. *Aug.*

154 Item qui exigit iurationem, multum intereſt, ſi neſcit illum iuraturum falſum, an ſcit: ſi enim neſcit, & ideo dicit iura mihi,non eſt peccatum: tamen humana tentatio eſt;ſi autem ſcit eum feciſſe,& cogit eum iurare,homicida eſt.Ille enim ſe ſuo periurio interimit, ſed iſte manum interficientis,& impreſſit, & preſſit. cap. qui exigit.22.q.v. *Aug.*

Vſque ad extremum uitæ non communicet,qui alios ad peierãdum trahit, & qui periurant omni teſtimonio ſunt remouendi, & ſecundùm legem infamia notabuntur. c. ſi quis conuictus.ea.22.q.v. *Ex Conc. Magont.*

155 Deliquit,qui ſcit aliquem peieraſſe, & tacet: ſed in primis, ſi videmus aliquem paratum ad periurium,poſſumus eum admonendo, vel prohibendo à tam graui peccato reuocare, quòd ſi non audierit, & corã nobis de re,quã nouimus, falſum iurauerit:utrum prodendus ſit, ita ut proditus etiam periculum mortis incurrat; eſt quæſtio difficillima. *Aug.*

Vide-

Videtur diuo Auguſtino illum audientem ſe abſoluturum ab hoc peccati uinculo ſi indicet talibus, qui magis prodeſſe poſſunt, quàm obeſſe periuro, ſiue eum corrigendo, ſiue Deum pro eo placãdo, ſi & ipſe confeſſioni ſuæ adhibeat medicinã. c.hoc videtur 22.q.5.

Iſid. 156 Quicunque arte verborum quis iurat, Deus tamen, qui conſcientiæ teſtis eſt, ita hoc accipit, ſicut ille, cui iuratur, intelligit: dupliciter autem reus fit; quia & nomen Dei in uanum aſſumit, & proximum dolo capit.c.quacunque.22.q.5.

Aug. 157 Periurus eſt, qui ſuper lapidem falſum iurat; quia iurat proximo & nõ lapidi, & non audit lapis, ſed Deus qui te fallẽtem punit.c.ecce dico.ead.

Grego. 158 Diuina iudicia cures, talia foris audiũt, qualia ex intimis proferũtur: vnde patet, quòd Deus nõ accipit ſic iuramentum, ſicut ille, cui iuratur, ſed potius ſicut ille, ꝗ iurat, intelligit. c.humanæ. ead.22. q.v.

Chryſ. 159 Et dominus inter iuramentum & locutionem fidelium vult nullam eſſe differentiam. c.iuramenti huiuſmodi.22.q.v.

Aug. 160 Dubitatio eſt, nunquid ſecundùm intentionem recipientis, an potius ſecundum intentionem iurantis iuramentum illud Deus reciperet. Item ſi innocens de adulterio vel furto impetitus innocentiam ſuam vellet aſſerere, iuraret ſic eſſe immunem, ſicut in breui continetur, quod manibus ſuis ſcripſiſſe arbitratur: ſed in illo cõtineatur, hunc reum eſſe obiectorum. Dubitatur, an poſſit argui iuraſſe reatum adulterii, aut furti incurriſſe, & reſpõſum eſt, quòd non d.c, humanæ.§.item obiicitur.& §.item ſi innocens, 22.q.v.

Chryſ. 161 Qui peierare paratus eſt iam periurus eſſe videtur: quia Deus non ex operib. iudicat, ſed ex cogitationib. & ex corde. Vnde concluditur, ꝙ iuramentum ſecũdum

162 intentionem præſtantis nõ recipientis a Deo iudicantur.c.qui peierare. 22. q.v. Nec eſt contrarium, quod ſupradictũ fuit in c.quicunque.vbi Deus ſic accipit, ſicut

163 ille, cui iuratur intelligit: quia aliud eſt caliditate verborũ iurare, aliud ſimplicẽ intentionem ſuã iurãdo enũciare. Quemadmodum etiam aliud eſt, ſimplici intentione iuramẽtum factum recipere, aliud in recipiendo caliditate vti. Deus autem duplicitatis aſpernator, ſimplicem intentionem vtriuſque conſiderat, & tã ex parte recipientis, quàm ex parte præſtantis verborum artem aſpernatur, & odit. d.c. qui peierare verſ.quomodo.

Chryſ. 164 Paruuli, qui ſine ætate rõnabili ſunt, nõ coguntur iurare.c.paruuli.22.q.v. Et ętas *Ex Conc. Eliber-tano.* hæc intelligitur ante annũ 14. c.pueri. ea. Sed ſi puellæ in ætate puerili & in domo patris illo neſciente iurauerint, & ſtatim pater cõtradixerit, vota eius & iuramenta irrita erunt.d.c.pueri.verſ.puellæ.

Amb. 165 Cauendum eſt a mendacio: quia omnes mendaces filii Diaboli ſunt, nec ſolũ in factis, ſed etiam in ſimulatis operib. mendacium eſt.c.cauet.22.q.v.

Hier. Quoties loquimur, aut non in opportuno tp̃e, aut loco, aut nõ cõuenit audientibus toties ſermo malus procedit de ore noſtro. Cõſideremus igitur, quid loquamur: quia pro omni ocioſo uerbo redditurí ſumus intẽtionẽ ĩ die iudicii.c. quoties. ea.

Augu. 166 Nemo peritorum, aut prudentiũ putet, quòd minus ſit periculũ in verbis lingua mentiendo, quàm manib. ſanguinem fundendo; Melius autem eſt pro ueritate pati ſupplíciũ, quàm pro adulatione beneficium.c.nemo xi.q.3. Qui iniuſtè iudicat, *Idem*

Aug. 167 uel condemnat, IESVM perſequitur. Et qui veritatem pro pecunia negat, vel falſum teſtimonium contra aliquem dicit, Deum negare, vel uendere probatur. ca. unuſquiſque.xi.q.3.

Beda. 168 Qui pro munerib. falſum teſtimoniũ dicunt: quia pro pecunia ueritatem negant Deũ pecunia uendunt, prout fecit Iudas. Item cum ſocietatem fraternitatis diſcordia commaculant, Deum produnt: quia Deus charitas eſt: & maximè cũ nõ infirmitate, vel ignorãtia peccãt, ſed ad ſimilitudinem Iudæ oportunitatem quærunt. c.abiit Iudas.xi.q.3. Negãt Chriſtũ & qui *Hiero.* factis agunt ea, quæ perverſa ſunt: nam Chriſtus ſapientia eſt, iuſtitia, veritas, ſanctitas, & fortitudo: ſapientia negatur per inſipientiam: pro iniquitate iuſtitia, per mendaciũ ueritas, per turpitudinem ſãctitas, ꝑ imbecillitatẽ animi fortitudo.

Immo

Immo quoties vincimus a vitiis atque peccatis toties Deum negamus. Et è contrario, quoties bonum quid agimus Deum confitemur. cap. existimant xi.q.3.

Aug. 169 Qui Chriſtianum ſe eſſe negat, Chriſtum negare cõuincitur, dixit enim Chriſtus Petro, ter me negabis, & tamen Petrus negauit ſe eſſe ſuum diſcipulum. cap. non ſolum. ead. xi.q.3.

Io.Chry. 170 Non ſolum proditor eſt veritatis, qui tranſgrediens veritatem palam pro veritate mendacium loquitur: ſed etiam ille, qui non liberè veritatem pronunciat, aut non liberè veritatem defendit prout tenetur. Nam ſicut ſacerdos debitor eſt prædicare veritatem, quam audiuit a Deo: ſic laicus debitor eſt, vt veritatem, quam audiuit a ſacerdotibus probatam quidem ſcripturis defendat cum fiducia: nam aliter prodit veritatem. cap. nolite timere xi.q.3.

Hier. 171 Si quis dixerit iuſtum iniuſtum: & iniuſtum iuſtum vterque abhominabile eſt apud Deum ca. ſi quis dixerit. & ſequen. xi. quæſt. 3.

Ex Synodo Eugenij Papæ 172 In conficiendis inſtrumentis clerici nõ rogentur: quia eos talibus rebus intereſſe non debent: ſi autem euẽtu aliquo cauſæ interfuerint, & aliquid viderint vel audiuerint, & perſonæ ſæculares idoneæ non adſunt, ne veritas occultetur, & malus bonus æſtimetur in prouidentia proprii epiſcopi ſit, vt aut coram ſe & competentibus iudicibus, aut aliter honorificè veritatem teſtificentur. c. fi. 14. q. 2.

EX PRAECEPTO:
NE OCCIDAS.

Aug. 173 ALIQVANDO potius peccat, qui cauſam mortis prębet, quàm ille, qui occidit: nec tamen omnis, qui cauſa alienæ mortis eſt, reus eſt, veluti ſi ſtuprum quiſquã petit, ſeque ſi nõ impetrauerit interimet: & ſi filius timens patris pia verbera, pręcipitio pereat; vel ſi alius, homine liberato, vel nè alius liberetur, ſibi ipſi mortem inferat. Hæc cum accidunt, debemus ei humanum dolorem; & non propter illa, ne accidant rectè factorum reprimamus voluntatem. c. cum homo. 23. q. 5.

174 Nemo poteſt ſe ipſum occidere, veluti fugiendo moleſtias temporales, nè incidat in perpetuas; nec propter peccata perpetua, quæ magis in hac vita præſenti opus eſt, vt poſſit pœnitendo ſanari; & nec deſiderio melioris vitæ, quæ poſt mortẽ ſperatur; quia reum ſuæ mortis melior vita poſt mortem non ſuſcipit. cap. ſi non licet. 23. q. 5. *Idem Auguſt.*

175 Prohibetur quilibet occidere, tam ſe, quàm proximum ſed excipiuntur, qui occiduntur, iubente Deo. Nec qui Deo auctore bella geſſerunt, aut perſonam gerẽtes publicæ poteſtatis. d. c. ſi non licet. §. quaſdam verò.

176 Cum miniſter iudicis occidit eum, quẽ iudex iubet occidi, ſi id ſponte facit, homicida eſt, etiam ſi ſciat a iudice debuiſſe occidi. c. cum miniſter. 23. q. v. *Idem. Aug.*

Nam boni officia poſſunt impleri bono animo, quomodo iudex & quomodo lex; nã non eſt iniquitas; ſed potius humanitatis ſocietate deuictus, qui propterea criminis eſt perſecutus, vt ſit hominis liberator c. officia. cum ſeq. 23. q. v. *Idem. Aug.*

Nam non fruſtra ſunt inſtituta poteſtas Regis, & cognitoris ius, vngulæ carnificis, arma militis, diſciplina dominantis: ſeueritas etiam boni patris: nam habent omnia iſta modos, cauſas, rationes, vtilitates: quia cum timentur, & mali coercentur, & boni quietè inter malos viuunt. ca. non fruſtra. 23. q. v. *Idem. Aug.*

177 Non eſt crudelis, qui crudeles iugulat; quanuis latro ſuſpenſus in patibulo crudelem iudicẽ petat, ſed eſt miniſter Dei, c. non eſt, 23. q. v. *Hier.*

Et punire homicidas, ſacrilegos, & venenarios, non eſt effuſio ſanguinis, ſed legũ miniſterium. c. homicidas. 23. q. v.

178 Item miniſter Dei eſt, qui inuitus homicidium facit, ſi quidem lex ait de eo: quia Deus dedit eum in manu eius: Manus ergo eius modò diuinæ vltioni miniſteriũ præbuerunt. Illud quoque ſpecta; quia cum interficitur impius Chriſtus infunditur, & vbi abominatio aboletur, ſanctificatio conſecratur; quia dixit Dominus, In ea die, qua interfecero omne primogenitum *Ambr.*

nitum Egypti, ſanctificabo mihi omne primogenitum Iſrael, quod nō ad unum diem afflictionis Egypti refertur, ſed ad omne tempus. c. nec is, qui. 15. q. 1.

Aug. 179 Mali non ſunt interficiendi, ſed flagellis emendandi c. 1. 23. q. v.

Item præter ſupplicium mortis rei ſunt puniendi. c. pœna illorum. ead. q. v.

Idem. Aug. Et cupiendum eſt, reos corrigi, non necari, & compeſcendos ita, ut ſint, quos peccaſſe pœniteat. c. vnum. §. Paulo.

Idem. Aug. 180 Prodeſt ſæueritas principum, cuius miniſterio quis eccleſiæ adiuuatur: ſed etiā prodeſt eccleſiæ interceſsio, cuius miniſterio ſæueritas principum temperatur. Quia nihil nocendi cupiditate faciendum eſt, ſed omnia conſulendi charitate, & ita formetur ultio cognitoris, vt nec religio interceſſoris contemnatur: quia plectendo, & ignoſcendo hoc ſolum bene agitur, vt vita hominum corrigatur. c. prodeſt. 23. q. 5.

Idem. Aug. Quòd ſi tanta eſt peruerſitas & impietas, vt corrigendis reis, nec diſciplinæ, nec veniæ ſuffragentur, ab omni tamen intentione atque conſcientia, quam Deus cernit, ſiue ſæueritate, ſiue leuitate, non niſi officium dilectionis impleatur. d. c. prodeſt. §. quòd ſi tanta.

GREG. PP. 181 Reos autem ſanguinis defendat eccleſia, ne effuſione ſanguinis particeps fiat. c. reos ſanguinis. 23. q. v.

Obiicitur de multis, qui in veteri teſtamento inueniuntur, malos trucidaſſe, nec tamē tranſgreſſores legum ſed defenſores appellantur: at reſoluitur, quòd prohibetur illo præcepto, non occides, quiſquis ſua authoritate in necem alterius armati non legis imperio reos morti tradere:

182 qui enim publica poteſtate functus malos perimit, nec illius præcepti tranſgreſſor, nec à cœleſti patria alienus habetur. d. c. reos. §. ſed obiicitur.

Aug. De occidendis hominibus, ne ab eis quiſque occidatur conſilium non placet Diuo Auguſtino. Niſi forte ſit miles, aut publica functione teneatur, ut non pro ſe hoc faciat, ſed pro aliis, vel pro ciuitate, vbi etiam ipſe eſt; accepta legitima poteſtate. c. de occidendis 23. q. v.

183 Nec tyrannicæ factionis peruerſitas laudabilis erit, ſi tyrannus Regia clementia ſubditos tractet, nec uituperetur ordo Regiæ poteſtatis, ſi Rex crudelitate tyrannica ſæuiat. c. neque enim. 14. q. v. *Aug.*

184 Erat error, quòd liceret tyrannos occidere: ſed Concilium Conſtantien. declarat ac definit, huiuſmodi doctrinam erroneam eſſe in fide & moribus, ipſámque tanquam hæreticam ſcandaloſam, & ad fraudes, deceptiones, mēdacia, proditiones, periuria uias dantem reprobat & condemnat.

AN MILITARE SIT PECCATUM.

185 ARGUITUR pro negatiua ex multis dictis ſacræ ſcripturæ, quibus videtur prohiberi bellum. Primò de percuſſo in unā maxillam. Deinde. Non vos defendite, ſed date locum iræ. Et Petro, conuerte gladium in vaginam. Et mihi vindictam & ego retribuam, & aliis ſimilibus exemplis adductis, in quibus omnibus præcipitur, vt vindicta deliquentium diuino reſeruetur examini. Et cum militia videatur inſtituta ob iniuriam propulſandam, vel propter uindictam inferēdam, quod vtrunque prohibetur lege euangelica. Meritò videtur dicendum, quòd militare peccatum ſit. c. 1. 23. q. 1. *Auctor Decreti.*

Additur etiam ex D. Gregorio, quòd niſi bella iſta carnalia figuram ſpiritualium bellorum gererent, libri Hiſtoriarum Iudaicarum ab Apoſtolis non fuiſſent traditi, ut legerentur in eccleſia. Quia diſceptatio bellorum non proficeret diſcipulis, quibus dicitur, pacem meam do uobis: & non uoſmetipſos uindicantes. Et Apoſtolus ſciens bella carnalia non eſſe peragenda, ſed animæ certamina contra ſpirituales aduerſarios deſuadenda, dat præceptum militibus Chriſti dicens, induite uos armaturam Dei, &c. c. niſi bella. 23. q. 1. *GRE. PP.*

Reſpondetur.

186 Præcepta patientiæ non tam oſtētatione corporis, quàm præparatione cordis *Aug.*

eſſe

eſſe retinenda. Quia Dominus noſter ſi verba intueamur, non ſeruauit præceptũ ſuum; neque enim dedit percutienti alteram partem ſed potius prohibuit dicens, Si male locutus ſum, teſtimonium perhibe de malo, ſi autem bene, cur me cedis. Sed ſeruauit vtique: quia fuit paratus pręparatione cordis, non ſolum percuti, ſed etiam crucifigi.

Item D. Paulus non videtur ſeruare præceptum Domini, quando percuſſus in faciem dixit principi ſacerdotum, percutiat te Deus paties dealbate. Sunt ergo iſta præcepta patientiæ ſemper in cordis præparatione retinenda: & ipſa quoque beneuolẽtia, ne reddatur malum pro malo ſemper in voluntate complenda.

187 Agenda ſunt autem multa cum inuitis quadam benigna aſperitate plectendis, quorum potius vtilitati conſulẽdum eſt quàm voluntati. Nam in corripiendo filium quantumlibet aſperè, nũquam profecto paternus amor amittitur. c. paratus. in prin. 23 q. 1.

Idem 188 Ac per hoc ſi terrena iſta Reſpublica Chriſtiana præcepta cuſtodiat, etiam ipſa bella ſine beneuolentia non geruntur, ſed vt ad pietatis, iuſtitiæque ſocietatem uictis facilius conſulatur: nam cui licentia iniquitatis eripitur, vtilius vincitur: quoniam nihil eſt fœlicitate peccãtium. d. c. paratus.

189 Item D. Auguſtinus dicit, nolite exiſtimare neminem Deo placere poſſe, qui armis bellicis miniſtrat: nam in his erat Sanctus Dauid, & Sanctus ille Centurio. Sed qui armatur ad pugnam, conſideret: quia virtus ſua etiam iſta corporalis donum Dei eſt, qui etiam cogitat de dono Dei, non faciet contra dominum. Pacem habere voluntatis eſt, bellum autem eſſe neceſsitatis, vt liberet Deus à neceſſitate, & conſeruet in pace. Non enim pax quæritur: ut bellum exerceatur. Sed bellum ut pax acquiratur. Itaque hoſtem pugnantem neceſsitas deprimat, non uolũtas, & ſicut bellanti & reſiſtenti violentia redditur. Ita victoriis capto miſericordia iam debetur, maximè in quo pacis perturbatio nõ timetur. c. noli exiſtimare. Aug.

190 Item non culpatur in bello: quia moriũtur quandoque morituri, vt dominentur in pace victuri; quia hoc timidorum eſt, non religioſorum.

191 Sed in bellis iure culpantur nocendi cupiditas, vlciſcendi crudelitas, impacatus atque implacabilis animus, feritas rebellandi, libido dominandi, & ſi qua ſimilia. c. quid culpatur. 23. q. 1.

Item militare non eſt delictum, ſed propter prędam militare peccatum eſt. Nec rempublicã gerere crimînoſum eſt, ſed ideo gerere, ut diuitias augeas, videtur eſſe dãnabile, propterea quadam prouidentia militantibus ſunt ſtipendia conſtituta, ne dum ſumptus quærunt præda graſſentur. Vnde militibus ait Ioãnes, neminem concutietis, neque calumniam facietis, ſed eſtote cõtenti ſtipendiis veſtris. c. militare. ead. 23. q. 1. Idem.

192 Item ſumma eſt laus militiæ Reipubl. vtilitatibus obedientiam exhibere. cap. fin. ead. Greg.

DE IVSTO BELLO.

193 IVSTVM eſt bellum, quod ex edicto geritur de rebus repetendis, aut propulſandorum hominum cauſa, c. iuſtum eſt bellum 23. q. 2. Iſidorus.

194 Cum bellum iuſtum ſuſcipitur, nihil ad iuſtitiam intereſt, vtrum apertè pugnet, an ex inſidiis: cum iuſſerit dominus ad Ieſum Nauè: vt conſtituat ſibi retrorſum inſidias, ideſt inſidiantes bellatores. Aug.

Item iuſta bella ſunt, quæ ulciſcuntur iniurias: ſic gens & ciuitas petenda eſt, quę negligit vindicare, quod à ſuis improbe factum eſt, uel reddere, quod per iniuriã

195 ablatum eſt. Sed ſine dubio iuſtum eſt bellum, quod Deus imperat, qui nouit, quodcũque fieri debeat, in quo bello ductor exercitus, uel ipſe populus nõ eſt auctor belli, ſed miniſter iudicandus eſt. c. Dominus noſter. 23. q. 2.

Notandum eſt ſanè, quemadmodũ iuſta bella gerebãtur a filiis Iſrael contra Amorreos: innoxius enim tranſitus denegabatur, quod iure humanæ ſocietatis æquiſiſimo parere debeat. c. ſi. 23. q. 2. Idem

Leo

Leo pp. 196 Leo Papa pro defenſione contra ſaracenos, ne intrarent in portam Romanam, iubet populum congregari, & ad litus maritimum deſcendere, & egreſſus fuit Romam. c. igitur. 23. q. 8. Nam ultor ſui gregis Papa debet eſſe, ac præcipuus adiutor. c. vos. ead. q. *IIII.*

Leo pp. IIII. Item Leo Papa ſcribit exercitui Fracorum, quod omni timore depoſito cõtra inimicos ſanctæ fidei & aduerſarios omnium religionum agere vtiliter ſtudeant: nouit enim omnipotens, ſi quilibet veſtrũ moriatur, quòd pro utilitate fidei & ſaluatione patriæ ac defenſione chriſtianorũ moriturus eſt, & ideo ab eo præmium cœleſte conſequetur. cap. omni timore. 23. quæſt. 8.

Ex Conc. Tolet. xi. Item hortatu & precibus Adriani II. Romanæ vrbis epiſcopi Carolus Rex bellum cõtra Longobardos ſuſcepit, quod prius quidem & a patre eius Pipino Papa ſupplicãte cum magna difficultate ſuſceptũ eſt c. hortatu. 23. q. 8.

Nic. pp. 197 Si non urgeat neceſsitas omni tempore abſtinendum eſt a preliis: ſi autem inevitabilis importunitas vrget, omni tempore etiam quadrageſimali bello parcendum non eſt: ne videatur Deum homo tẽtare, ſi habet quod faciat: & ſuæ & aliorum ſaluti conſulere non procurat, & ſanctæ religionis detrimenta non præcauet. cap. ſi nulla. 23. q. 13. Vnde beatus Gregorius Papa ſcribit Veloci magiſtro militum, vtile viſum fuiſſe: vt mittantur ad locum tunc opportunum aliquãti milites, quos gloria dicti Velocis admoneat, & arctetur, vt parati ſint ad iuſtitiam & laborem, & ſtudeãt occaſione inuenta & Deo adiutore pro utilitate reipublicæ facere quæcunque ſtatuta fuerint. ca. ut pridem. 23. quæſt. 8.

Greg. pp.

Idem Idem ſcribens Mauritio & Vitaliano aduertit uidendum eſſe, ſi populi perſtiterunt in fide ſua quam reipub. promiſerunt, & accipiendos obſides dignos, de quib. poſſit confidi: & inſuper denuo ſacramentis adſtringendos. Præterea uult glorioſos filios ſolicitos eſſe: quia quãdo hoſtis multitudinem habet collectam, & velit curſum ſuum mittere ad damnum eccleſiæ, ipſi vel loca ipſius hoſtis (quantum dominus aduertit) depredamini, aut certè ſculpas uulgariter ſpias quos mitterent ſolicitè requirant, ne factum dolens ad Papã diſcurrat. c. ſuppliciter. 23. q. 8.

CLERICIS NON LICET MILITIAM EXERCERE.

198 Si clericus in bello, vel in rixa moriatur, oratio, vel oblatio pro illo non offeratur. c. quicunque. 23. q. 8. *Ex Conc. Meldenſi & Tolet.*

Et clerici arma ſumentes gradu amiſso traduntur monaſterio. cap. clerici. & ſequ. 23. quæſt. 8.

199 Item epiſcopi nec etiam contra piratas debent inuigilare cum officium militum Chriſti ſit Chriſto ſeruire. Milites verò ſeculi ſeruiant ſeculo; ſecundum quod ſcriptum eſt; Nemo militans Deo implicet ſe negociis ſecularibus; quia ſi milites ſeculi militiæ ſtudent, quid ad epiſcopos, & milites Chriſti, niſi vt vacẽt orationib. c. reprehenſibile 23. q. 8. *Nic. pp.*

Et Gregorius Papa dicit; ſi in mortem Longobardorum ſe immiſcere voluiſſet eo tempore; Longobardorum gens nec Regem, nec Ducem habuiſſet; ſed quia timebat Deum in mortem cuiuslibet hominis ſe miſcere formidabat. cap. ſi in morte. 23. q. 8. *Greg. pp.*

AN INIVRIA SOCIORVM ARMIS SIT PROPVLSANDA.

200 Pro negatiua eſt exemplum de Saluatore noſtro Ieſu, qui cum quæreretur ab Herode ad interficiendum, non quæſiuit auxiliũ Iudæorum, ſed fugit in Aegyptum; Item dixit diſcipulis, ſi uos perſecuti fuerint in una Ciuitate, fugite in aliam. Item Iudæi in captiuitatem ducti ſunt: quia ſpem ſuæ liberationis non in ſolo Deo, ſed in homine poſuerunt. Sed *Auctor Decret.*

201 pro reſolutione diſtinguitur, multa uidelicet ritè præſtari: quæ tamen iure non petuntur; bonus enim nõ ritè uindictam petit: quia malum pro malo redderet, quam tamen iudex iuſtè infligeret. c. 1. 23. q. 3.

Aug. 202 Quanquàm & ipſa poſtulatio non uſquequaque iniuſta probatur, aliud eſt.n. iniuriam propellere, vt ſibi liceat uoluptuosè uiuere, aliud ut aliorum utilitati liberè poſsit uacare.

Sicque aliud eſt, ſuffragium ab homine, tan quàm a miniſtro iuſtitiæ poſtulare, ut mala uoluntas aduerſantium eius miniſterio careat effectu; & bonorum uoluntas, eius ſuffragio ſortiatur effectũ; aliud ſpem ſuam a Deo in hominem transferre, ut aduerſa, quæ inferuntur, a Deo, ad uitæ correctionem humano pellantur au xilio, nulla præcedente correctione. Pe-
203 tere autem, vel præſtare in tribulatione ſubſidium; ut uoluptuosè quis in crimine
204 uiuat, damnabile eſt, petere autem, uel præſtare ſolatium, ut malis facultas delin quendi adimatur; ut eccleſia pacem adipiſcatur, vt aliquis utilitati multorum ſer uetur, utile eſt, & honeſtum; diſsimulare uerò eſt, grauiſsimum.

Nam ſic Apoſtolus Paulus præſidio militum, qui a Prætore miſsi fuere, illæſus ſer uatus eſt ab iniuria Iudæorum.

Et hinc etiam monetur eccleſia petere auxi lium ab Imperatore ad ſui defenſionem. c. ſed differentiæ uerſi. quanquàm. vſque ad fi. c. 23. q. 3.

Idem. Nam ſi epiſcopus petit auxilium ab Imperatore Chriſtiano non tam ſui ulciſcendi cauſa, quàm tuendæ eccleſiæ ſibi credi tæ, benefacit; quia ſi prætermitteret, non eſſet eius laudata patientia, ſed negligen tia meritò culpanda. cap. Maximianus. 23. quæſt. 3.

Ambr. 205 Fortitudo, quæ bello tuetur patriam a Barbaris, vel domi defendit infirmos, ple na iuſtitia eſt. c. fortitudo. 23. q. 3.

Hier. 206 Item ſi quis fortitudinem latronis, vel Piratæ eneruat, & infirmos reddit, prodeſt illis ſua infirmitas: debilitat enim membra, quibus prius non benè utebantur, à malo opere ceſſabunt. cap. ſi quis fortitudinem. 23. q. 3.

Ambr. 207 Qui ſocii nō repellit iniuriam, tam eſt in uitio, quàm illi, qui facit, & fauet impietati malorum, qui eis obuiare ceſſat. c. non inferenda. cum ſeq. 23. q. 3.

Aug. Item non ſunt immunes a ſcælere, qui non liberat eos, quos poſſunt à facto liberare. Nam qui deſinit obuiare, cum poteſt, cōſentit. c. fi. 23. q. 3.

DE FOENORE ET RAPINA.

208 DIVVS Auguſtinus dicit, nolite velle eleemoſinam facere, de fœnore & uſuris. c. nolite 14. q. 5. *Aug.*

Et immolans ex iniquo, oblatio eſt macula ta, & dona iniquorum non probat altiſsi mus, & qui offert ſacrificium de ſubſtantia pauperis, quaſi qui uictimat filium, in conſpectu patris ſui, panis egentium, uita pauperis eſt, & qui defraudat illum, ho mo ſanguinis eſt, qui effundit ſanguinē, & qui fraudem facit, neceſſariò fratres ſunt. c. immolans 14. q. 5. *Idem*

209 Qui dicit, multi chriſtiani ſunt diuites, auari, cupidi, non habeo peccatum, ſi ſuum illi abſtulero, & pauperibus dedero; nam hæc eſt diabolica cogitatio, nam ſi totum tribuat pauperibus, quod abſtulerat, addit potius peccatum, quàm minuit. c. fortè aliquis. 14. q. 5. *Aug.*

Nemo, qui rapit moriens ſaluatur, ſi habet unde reddat, & ſi eos, quorum fuit, inuenire non potuit, eccleſiæ, vel pauperibus tribuat. c. nemo. 14. q. 5. *Hier.*

210 Rapinam emere non licet, niſi ea inten tione, ut cui eſt ablata, reſtituatur. c. rapinam. 14. q. 5. *Ambr.*

Si quid inueniſti, & non reddidiſti, rapuiſti, quantum potuiſſe, feciſti; quia plus non inueniſti; ideò plus non rapuiſti; qui alienum negat, ſi poſſet, & tolleret, Deus cor interrogat, non manum. cap. ſi quid inue niſti. 14. q. 5. *Aug.*

Multi putant ſine peccato eſſe non reddere id, quod inuenerint, dicentes. Deus mihi dedit, cui debeo reddere? ſed hoc peccatum eſt. c. multi ſine 14. q. 5. *Hier.*

211 Cum autem erga fures paulò diſtrictius agitur ex charitate agendum eſt, & non ex furore; quia hoc præſtatur ei, qui corrigitur, ne gehennæ ignibus tradatur. ca. fraternitas. in prin. 12. q. 2. *Aug.*

QVAE

QVAE ELEEMOSINA PLACET.

Greg. pp. 212 Eleemosina Redemptoris noſtri oculis illa placet, quæ de reb. conceſſis, vel bene acquiſitis impenditur. c. eleemoſina, & c. ſcriptum eſt. 14. q. 5.

Aug. Neque enim, ſi quis agris iniquè, ac perperam in uaſis ita quis vtatur, vt largas eleemoſinas faciat, ideo rapinam iuſtificat; neque ſi alius ruri paterno, vel iuſtè quæſito auarus incumbat, ideo culpanda eſt iuris ciuilis regula, qua poſſeſſor legiti-

213 mus factus eſt. Nec tyrannicæ factionis puerſitas laudabilis erit, ſi Regia clemẽtia tyrãnus ſubditos tractet; nec vitupere tur ordo Regiæ poteſtatis, ſi Rex crudelitate tyrannica ſæuiat; aliud eſt nãque in iuſta poteſtate, iuſta velle vti; & aliud eſt, iuſta poteſtate, iniuſtè uelle uti. c. neque enim 14. q. 5.

Idem 214 Quamuis Dominus dixerit Moyſi, petat vir a proximo, & mulier a proxima va ſa argentea, & aurea, & veſtem; non hinc ſumitur argumentum expoliãdi iſto modo proximum: hoc enim dominus iuſsit, qui nouerat quid quemque pati oporteat. c. dixit dominus 14. q. 5.

Rapina eſt prohibita; quia nomine furti omnis illicita uſurpatio rei alienæ intelligitur. d. c. dixit. §. item obiicitur.

Idem 215 Imo maioris pœnitẽtię eſt, violenter aliquid eripere, quam furari. cap. pœnale eſt, 14. q. 5.

Idem 216 Auguſtinus dixit, ſi habetis aliquid de malo, facite inde bonum, qui non habetis de malo, nolite acquirere de malo, & cum cœperis aliquid boni facere de malo, noli remanere tu malus. Sed hac difficultas multipliciter reſoluitur.

217 Primò facit bonum de malo, qui reddit quod illicitè abſtulit. Et de malo bonum facit, qui pauperibus diſpẽſat, quod cum labore & ſolicitudine acquiſiuit iuxta Euangelium Facite vobis amicos de mammona iniqvitatis. Vel ex malo acquiritur, quod ex turpis cauſa poſsidetur, veluti cum Mathematicus ex arte, quam docet, vel ex futuris, quæ prænunciat nonnulla lucratur, quę verò de malo ſic acquiruntur, in bonum poſſunt cõuerti. c. qui habetis. ead. q. 5.

218 Non quicquid ab inuito ſumitur, iniuriosè aufertur, nec tamen per iniuriam accipiuntur, ſed potius per iniuriam non darentur, vtputa medico honorem, aut operario mercedem. c. non ſanè. in princip. 14. q. 5. Aug.

219 Sed tamen iudex non debet uendere iuſtum iudicium, nec teſtis uerum teſtimonium. Quamuis aduocatus vendat iuſtum patrocinium, & iuriſperitus verum conſilium.

220 Sunt aliæ perſonæ inferioris loci, quæ accipiunt ab vtraque parte non inſolenter, vt officiales ab his extorta per immoderatam improbitatem repeti ſolent: magiſque reprehenduntur, qui talia iniuriosè repetierint, quàm qui ea de more ſumpſerunt: quoniam multæ perſonæ neceſſariæ rebus humanis, vel inuitantur huiuſmodi commodis, vel tenentur. Iſti ſi viam vitæ mutauerint, aut gradum ſanctitatis conſenſerint, facilius ea, quæ hoc modo acquiſierint, tanquàm ſua pauperibus largiũtur, quàm eis, à quibus accepta ſunt tanquàm aliena reſtituant. cap. fin. 14. quæſt. 5.

221 Qui uerò rapuerint furtis, rapinis, calumniis, oppreſsionibus & inuaſionibus, ea potius reddenda ſunt, quàm donanda d. c. fi. §. qui uerò. Aug.

222 Si res aliena reddi poteſt, & non redda tur, pęnitentia non agitur, ſed ſimulatur: nam dicitur redde, quod abſtuliſti: cum credimus eos habere & negare, ſed non inhumanum eſt etiam pro talibus intercedere, non ad hoc ut reſtituãtur aliena, ſed ne fruſtra homo in hominem ſæuiat. c. ſi res aliena. 14. q. 6. Aug.

223 Sed qui defendit hominem, ne mala ablata reſtituat, vel ad ſe cõfugientem) quãtum honeſtè poteſt) ad reddendum non compellit, ſocius fraudis, & criminis erit: nam non opem fert, qui ad peccandum adiuuat: Epiſcopi uerò agunt, quantum epiſcopalis facultas dat & humanum nõnunquàm, ſed maximè ac ſemper diuinum iudicium cõminantes. d. c. ſi res aliena. §. illud verò. Aug.

Idem Aug. 224 Nolentes autem reddere, quos nouerint abſtuliſſe, & unde reddant habere, arguunt increpantes, obteſtantur quoſdam clam, quoſdam palam ſicut diuerſitas perſonarum uidetur poſſe vel velle accipere medicinam. d.c. ſi res aliena.§. nolentes.54.q.6.

Hier. in ep. ad Titum. 225 Fur iudicatur non ſolum in maioribus, ſed etiam in minoribus: quia attenditur non quod furto ablatum eſt, ſed mens furantis: ſicut in fornicatione nō eſt diuerſa fornicatio, ſi mulier ſit pulchra, aut deformis, paupercula, aut opulenta. d. cap. fin.14.q.6.

Ex Carth. Conc. 4. & Concilio Varenſi. 226 Qui oblationes defunctorum retinent, & eccleſiis tradere demorantur: ut infideles ab eccleſia ſunt abiiciendi: quia & fideles de corpore recedentes uotorum plenitudine, & pauperes cōſolatu alimoniæ & neceſſaria ſuſtentatione fraudantur. Hi ergo quaſi egentium necatores, nec credentes iudicium Dei habendi ſunt: nam amico rapere furtum eſt, eccleſiam uerò fraudare ſacrilegium eſt c. qui oblationes.& ſeq.13.q.2.

Ex Terraconen. Conc. 227 Sacerdotes, uel clerici, qui canonicam vitam profeſſi regulariter ſe uicturos proposuerunt more ſecularium iudicum pro impenſis patrociniis munera non audeant accipere, niſi in eccleſia gratuitò oblata, quæ non fauore muneris uidentur accepta: ſed collatione deuotionis illata, qui acceperit velut exactor fœnoris, aut uſurarum poſſeſſor ſe nouerit degradandum c. obſeruandum.15.q.2.

228 Qui reuocandum putat, quod eccleſiæ contulit, nec prima merces grata eſt, nec ſecunda; quia ſecunda habuit ſacrilegiū, & qui pœnitet ſua dediſſe pauperibus ſolum timere oportet, ne ipſius pœnitentiæ agat pœnitentiam. c. ſunt qui 17.q.4. *Ambr.*

DE FVRTORVM MATERIA.

229 HABETVR in Catechiſmo Parte III. in ſeptimo præcepto, non furtum facies: & facilius in compēdio ipſius, in quo in prima parte præcepti ſunt rubric. Quid furti nomine ſit intelligēdum, rapina in quo differat a furto, de furtorum generibus, & de rapinarum uarietate.

IN SECVNDA PARTE PRAECEPTI.

HABETVR de his, qui non furantur, ſed furti tenentur, de eleemoſina, de Chriſtianæ pietatis officio bis, & de ſeptem excuſationibus illorum, qui furantur. At illi, qui furtum committunt ob neceſſitatem, mitiori pœna puniuntur c.3. de furtis.

Sed quia præceptum nonum & decimum, de prohibita cōcupiſcentia, explicat ſententiam ſeptimi.

Ideo in eodem Catechiſmo III. parte in præceptis nono & decimo uidendum de concupiſcentia naturali, ſpirituali & carnali, & quæ prohibita ſint, & de cupiditatis uitiis & remediis contra ipſam concupiſcentiam.

DISTINCT. TERTIAE FINIS.

DISTINCTIO. QVARTA.

Ambr. 230 QVI ſemper peccat, cęleſtis ſacramēti medicinā ſemper accipiat. ca. ſi quotieſcunque. de conſecr. diſtinct.2.

Fab. pp. 231 Et ſi non frequenter ter in anno homines communicent, niſi maioribus criminibus impediantur, videlicet in Paſcha, & Pentecoſte, & Natali Domini. cap. & ſi non frequenter. ead. diſtinct.2.

Quotidie euchariſtiæ communionem accipere non laudatur, nec vituperatur, hortatur autem Dominicis diebus communicandam eſſe: ſi tamen mens in effectu peccandi non ſit; nam ſi adhuc habet voluntatem peccandi, grauatur magis Euchariſtiæ perceptione, quàm purificatur. *Aug.*

232 Et ideo quanuis quis peccato mordeatur,

tur,peccandi tamen decætero nō habeat voluntatem,ac ſatisfaciat lachrymis, & orationibus, & confidat in Domini miſeratione poteſt accedere intrepidus & ſecurus ad Euchariſtiam. Et intelligitur de illo,quem peccata mortalia non grauāt. c.quotidie.de conſecr.diſt.2.

Soter pp. 233 Et etiam in cœna Domini ſacram communionem debemus accipere c.in cœna domini.ead.diſt.2.

Beda. 234 An ſi quis per ebrietatem, vel voracitatem euchariſtiam euomuerit quadraginta dieb. pœniteat,ſi laicus eſt:clerici, vel monaci,ſeu diaconi,& presbyteri 70.diebus pœniteant Epiſcopi 90.ſi pro infirmitatis cauſa euomuerint,ſeptem dieb.pœniteant.cap.ſi quis per ebrietatem.de cōſecr.diſt.2.

Qui ſcelerate uiuunt in eccleſia,& communicare non deſinunt, diſcant nihil ad emendationem proficere ſibi. c. qui ſcelerate.de conſecr.diſt.2.

Innoc. pp. 235 De pœnitentibus verò,qui ſiue ex grauibus commiſsis,ſiue ex leuioribus pœnitentiam gerunt: ſi nulla interueniat ægritudo,quinta feria ante Paſcha, eis remittendum eſſe Romanæ eccleſiæ conſuetudo demonſtrat: cæterum de pondere æſtimando delictorum, ſacerdotis eſt iudicare,ut attendat ad confeſsionem pœnitentis,& ad fletus,atque lachrymas corrigentis. Sanè ſi in ægritudinem ceciderit, atque vſque ad deſperationem vitæ deuenerit,eſt ei ante tempus Paſchæ relaxandum: ne de ſeculo abſque communione decedat.cap.de pœnitentibus.de conſecrat.diſtinct.3.

Ex Cōc. Carth.4. 236 Is, qui in infirmitate pœnitentiam petit, ſi caſu dum ſacerdos venit oppreſſus infirmitate obmutuerit: dent teſtimonium,qui eum audierint & accipiat pœnitentiam: & ſi continuo creditur moriturus, reconcilietur per manus impoſitionem,& infundatur ori eius Euchariſtia: ſi ſuperuixerit, admoneatur a ſupradictis teſtib. petitioni ſuæ ſatisfacturum, & ſubdatur ſtatutis pœnitentiæ legibus. Nam pœnitentes, qui in infirmitate uiaticum Euchariſtiæ accipiunt, non credere debent ſe abſolutos eſſe ſine manus impoſitione ſi ſuperuixerint.c.is qui 26.q.6.

DE POENITENTIA NON NEGANDA.

237 Reus eſt animarum presbyter, qui pœnitentiam morieētibus abnegat: quia dominus dicit. Qvacvnqve die conversvs fverit peccator vita vivet et non morietvr. Vera enim confeſſio in vltimo tempore eſſe poteſt: ſicut latro pœnitentia unius momenti meruit eſſe in paradiſo in hora ultimæ confeſsionis.c.ſi presbyter 26.q.6. Ivl. pp.

238 Ab infirmis in periculo mortis poſitis pura eſt inquirenda confeſsio peccatorum: non tamen illis imponenda eſt quātitas pœnitentiæ, ſed innoteſcenda. & cum amicorum orationibus & eleemoſinarum ſtudiis pondus pœnitentiæ ſubleuandum,ſi forte migrauerint.Sed ſi à periculo diuinitus ereptus conualuerit,pœnitentiæ modum à ſacerdote ſibi impoſitum diligenter obſeruet.ca. ab infirmis. 26.quæſt.7. Nic. pp.

239 Qui egerunt pœnitentiam, ſcilicet publicam, & ad cingulum militia conuertūtur,agunt cōtra ſacras regulas. Sed quia crimina non æqualia ſunt, & alii propter nimiam hebetudinem in deſperationem cadunt,& alii fugiunt ad paganos, committitur ordinario,ut præſens poſitus inſpicere valeat loca, & tempora religionis illorum,& modum culpæ,& pœnitentiam,& gemitus hominum ad confeſsionem uenientium.cap. de his verò. 26. quæſt.7.

240 Pœnitentibus autem tempora pœnitētiæ decernantur arbitrio Epiſcopi ſecundum differentiam peccatorum. cap. pœnitentibus,ead. Ex Cōc. Carth.4.

Sacerdos pœnitentiam imploranti iniungat abſque perſonarum acceptatione ſecundum leges,negligentes tardius reconcilientur: & pœnitentes, ſcilicet publicè diebus etiam remisſionis genua flectant,& mortuos in eccleſiam afferant,& ſepeliant. Die autem Dominico non ieiunent.Nam qui Dominico die ſtudioſè ieiunat,non creditur eſſe catholicus.cap. Ex Conc. Laodicen ſi 4.

241

ſacerdos.26.quæſt.7.

Ex 8.Sy nodo. 242 Pœnitentem ex corde ita oportet ſuſcipi, ſicut Dominus oſtendit, cum dicit: quia conuocaui amicos, & uicinos, dicens. Congratulamini mihi; quia inueni ouem meam, quam perdideram &c. c. pœnitentem ex corde.26.q.7.

Impœnitentes verò tanquàm ethnici habeãtur.c.erga eum,ead.

Io.Chry. 243 Alligant onera grauia, qui venientib. ad pœnitentiam graue pondus imponũt. Quia ſi erramus modicam pœnitentiam imponẽtes, melius eſt propter miſericordiam rationem reddere, quàm crudelitatem. Vbi enim paterfamilias largus eſt; diſpenſator non debet eſſe tenax: & ſi Deus benignus eſt, ſuperfluè ſacerdos eius auſterus uult apparere. cap.alligant. 26.quæſt.7.

Greg. pp. 244 Et Petrus poſt culpam negationis Princeps Apoſtolorum eſt inſtitutus diſpenſatione magnæ pietatis, vt is, qui futurus erat Paſtor eccleſiæ, in ſua culpa diſceret, qualiter aliis miſereri debuiſſet.

Prius itaque eum oſtendit ſibi, & tunc præpoſuit cæteris, vt ex ſua infirmitate cognoſceret, quam miſericorditer alienas infirmitates toleraret.c. conſiderandum. 50.diſtinct.

IN POENITENTIA QVAE PECCATOREM CONSIDERARE OPORTEAT.

245 Considerare qualitatem criminis, in loco, in tempore, in perſeuerãtia, in uarietate perſonæ, & quali fecerit tentatione, & in ipſius uitii multiplici executione.

DE FORNICATIONE.

Aug. 246 Oportet enim pœnitere fornicantem ſecundum excellentiam ſui ſtatus, aut officii, aut ſecundum modum meretricis, & in modo ſui operis, & qualiter ſuam turpitudinem peregerit: ſi in loco ſacro, aut cui debuit excellentiam fidei, ut ſunt domus dominorum, aut aliorum multorum, ſi in tempore orationis conſtituto, ut feſtiuitatis ſanctorum, & in tempore ieiunii. Conſideret quantum perſeuerauerit, & defleat, quòd perſeueranter peccauerit, & quanto virtus fuerit in pugnatione. Nam ſunt, qui non ſolum non uincuntur, ſed vltro ſe peccato offerunt, nec expectant tentationem, ſed præueniunt uoluntatem, & pertractant ſecum, quàm multiplici actione uitii delectabiliter peccauerint. omnis iſta uarietas confitẽda eſt, & deflenda; vt cum agnouerit, quòd peccatum eſt multum, cito inueniat Deum propitium, id cognoſcendo augumentum peccati, inueniat ſe cuius ætatis fuerit, cuius ſapientiæ, & ordinis, & ſtatuum omnem alterius non peccantis immoretur in iſtis ſingulis, & ſentiat modum criminis, purgans lachrymis omnem quãtitatem uitii. Defleat uirtutem, qua interim caruit. Dolendum eſt enim, & dolore purgandum eſt non ſolũ, quia peccauit, ſed quòd ſe uirtute priuauit; nã licet ſperet ſe conſecuturum veniam, dolere tamen poteſt: quia non promeruit, vnde remunerari confidat, anxietur, & doleat, quòd modò effugiens de præteritis pœnam, miſer tamen nõ expectet gloriam, cuius omne tempus (quoniam breuiſsimum eſt) debuit decertaſſe ad conſequendum præmium. c. conſideret vſque ad §. defleat de pœnit. diſt. 5.

DEFLEAT PECCATOR QVIA OFFENDENS IN VNO.

247 Defleat etiam quoniam offendens in uno factus eſt omnium reus. Ingratus enim extitit, qui plenus virtutib. Deum non omnino timuit: in hoc enim quiſque peccator fit culpabilior, quo eſt Deo acceptior. Ideo enim Adam plus peccauit: quia omni bono abundauit: & etiam offendens in uno, reus eſt omnium: quia omnes uirtutes patiuntur detrimentum ab uno uitio. Nam ſi quis cadit in auaritiam, largitatem deſtruit, & etiam caſtitatem minorauit, amore enim pecuniç vel uiolaret caſtitatem, vel ſaltim ſi tãta propter Deum adhuc caſtitas ineſt, ut nolit eam perdere: tamen ſaltem minori gaudio, minori affectione tuetur eam, ubi uidet Aug.

det inde procedere damnum pecuniæ. Vnde omnis uirtus amiſſa cuicunque crimini eſt deflenda,& de omnibus indulgētia petenda eſt.d.c. conſideret. §. defleat etiam.vſque ad §.animaduertere.

PECCATOR DEFLERE DEBET ANIMAM PROXIMI.

248 Animadvertere etiam oportet, & animaduertendo deflere animam proximi, quam Deo fornicator corripuit, vel ereptam in malo confirmauit: etiam quòd exemplum extitit mali in operatione ſui criminis,cui magis profuiſſet, ſi aliis fuiſſet cauſa conuerſionis. De triſtitia doleat,quam bonis peccando intulit: & de lætitia, quam eis non adhibuit: & non ſolum cogitet quid & qualiter fecerit,ſed quàm iniuſtè Deum peccando offenderit.d.c.conſideret.§.animaduertere de pœnit.diſt.5. *Aug.*

249 Timeat illam veritatis ſententiā. Non potestis dvobvs dominis servire. Timeat ergo,ne omnia bona, quę fecit,dum in uno peccato perſeuerauerit ex communicatione mali perdiderit, vt qui ſeruiuit diabolo per crimē Deo quas obtulit amiſerit uirtutes.d.ca.conſideret. *Aug.*

250 In his omnibus dolens, aut relinquat ſeculum,aut ſaltem illa,quæ ſine admixtione mali non ſunt adminiſtranda, vt mercatura & militia & alia,quæ utentib. ſunt nociua, ponat ſe omnino in poteſtate iudicis,in iudicio ſacerdotis; vt omnia eo iubente paratus ſit facere pro recipienda uita animæ: quia vitam recuperat infinitam d.c.conſideret. vſque ad §. ſemper deprecetur.de pœnit.diſt.5. *Aug.*

251 Semper deprecetur Deum certus de venia:abſtineat a multis licitis, qui in libertate arbitrii commiſit illicita. Semper offerat Deo mentem & cordis contritionem,deinde & quod poteſt de poſſeſſione offerat Deo ſecutus offerat: reſpexit .n. Dominus ad Abel & ad munera eius. Sed prius dicit ad Abel,quàm ad munera eius:ſumens enim mentem, quam cognouit humilem & puram remunerauit eius largitatis munera,d.c.conſideret. *Aug.*

DE ELEEMOSINA.

252 In iudicio itaque cordis conſideranda eſt eleemoſina tribuentis,nec iam cōſiderandum eſt quantum,ſed qua mente, qua affectione dat, quod poteſt. Vidua enim duobus quæ habuerat minutis larga plus omnibus poſuit. *Aug.*

Qui ergo ſua peccata redimere uult temporalium oblatione: caueat, prius offerat mentem.d.c.conſideret.§.in iudicio.

NON DIVIDENDA CONFESSIO.

253 Cavtvs ſit pœnitens, ne verecūdia ductus diuidat apud ſe confeſsionem, ut diuerſa velit diuerſis ſacerdotibus manifeſtare. Quædam.n.vni cœlat, quæ aliis manifeſtanda reſeruat:quod eſt ſe laudare & ad hypocriſim tendere & ſemper venia carere.d.c.conſideret.§. cautus ſit. de pœnit.diſt.5. *Aug.*

POENITENTIA DELECTAT, SI CONSCIENTIA BONA CONFORTAT.

254 Paveat præterea quē vera delectat pœnitentia, ut non prius ad Domini corpus accedat,quā cōfortet illum cōſciētia bona, ſed in hac ſeparatione tremēdū iudicium cogitet. Doleat,quòd nōdum audeat ſumere quem multum deſiderat cibum ſalutarem.d.c. conſideret.§. paueat. *Aug.*

FRVCTVS DIGNI POENITENTIÆ.

255 Isti ſunt digni fructus pœnitentiæ animam captiuam & illaqueantes & in libertate ſeruantes.Sed præterea cohibeat ſe a ſpectaculis ſeculi,qui perfectam uult conſequi gratiam remiſsionis, tanto magis ſibi caueat anima,quæ ſępe, vel ſemel rapta & corrupta eſt, eligat quem imitetur,ut non ſequatur,quem animus ſuus damnat.Se enim iudicat,qui pœnitentię fructus non habentem a ſe non elongat: laudet enim & amet, quos dignè fructificare non ignorat. Et quærat fructus dignos, & ſi non dignos pœnitentiæ, ſunt *Aug.*

.n.fructus digni, virtutum fructus, qui nō ſufficiunt pœnitentibus; pœnitentia.n.grauiores expoſtulat, ut ſic pacetur eccleſia; ut peccata dolore & gemitibus mortuis impeteret vitam.d.c.conſideret.§.iſti ſunt digni. de pœn.diſtin.5.

DE NEGOCIO LICITO.

Greg. pp. 256 Negotium, quod ante conuerſionem ſine peccato extitit, hac etiam poſt conuerſionem repetere culpa non fuit: ſunt .n. pleraque negotia, quæ ſine peccatis exhiberi uix, aut nullatenus poſſunt. Quæ ergo ad peccatum implicant, neceſſe eſt ut animus poſt conuerſionem non recurrat.c.negotium de pœnitent.diſt.5.

Qualis oporteat eſſe, qui aliorum crimina iudicat.

Gre. pp. 257 Qui vult confiteri peccata ſua ut inueniat gratiam, quærat ſacerdotem ſcientē ligare & ſoluere, ne cum negligens circa ſe extiterit, negligatur ab illo, qui eū miſericorditer monet: & petit ne ambo in foueam cadant, quam ſtultus euitare noluit.c.qui uult.in prin.de pœnit.diſt.5.

DE CONFESSIONE IN CASU NECESSITATIS.

Greg. pp. 258 Tanta uis confeſſionis eſt, ut ſi deeſt ſacerdos confiteantur proximo. Sæpe enim contingit, quòd pœnitens non poteſt uerecundari coram ſacerdote, quem deſideranti nec locus, nec tempus offert, & ſi ille, cui confitebitur poteſtatem ſoluendi non habeat, fit tamen dignus uenia ex deſiderio ſacerdotis. Sæpe quidem eos quærūt, ſed ſani & læſi dum quærunt, antequàm perueniant ad eos moriuntur: ſed Dei miſericordia eſt ubique, qui iuſtis nouit parcare, & ſi non tam cito ſicut ſoluerentur a ſacerdote.d.cap.qui uult.§.tanta itaque uis.

PECCATOR SIT IN ECCLESIA.

Gre. pp. 259 Laboret pœnitens in eccleſia eſſe, & ad eccleſiæ unitatem tendere. niſi enim unitas eccleſiæ ſuccurrat: niſi quod deeſt peccatori ſua operatione compleat, de manib.inimici non eripietur anima mortui. Credēdum eſt enim & pietas fidei expoſtulat credere, quòd omnes eleemoſinæ totius eccleſiæ & orationes & operatio iuſtitiæ & miſericordiæ ſuccurrant recognoſcenti mortem ſuam ad conuerſionem. Ideoque nemo dignè pœnitere poteſt, quem non ſuſtineat unitas eccleſię. Et propterea ſacerdotes per aliquā culpam ab unitate eccleſię diuiſos nō petat. d.c.qui uult.§.laboret.

DE QUALITATE ET BONITATE SACERDOTIS.

Gre. pp. 260 Sacerdos itaque cui omnis offertur peccator, ante quem ſtatuitur omnis languor in nullo eorum ſit iudicandus, quæ in alio iudicare eſt promptus. Iudicans enim alium, qui eſt iudicandus, condemnat ſeipſum: cognoſcat igitur ſe & purget in ſe, quod alios uidet ſibi offerri, & animaduertat, quod dicitur. Qui sine peccato est vestrum: primum in illam lapidem mittat. Et in hoc potentiſſimum eſt crimen ſacerdotum & ultra modum deteſtabile, qui non prius ſe iudicant, & alios alligant: deberent enim in ſe timere crimen, quod in aliis timuerunt, & deteſtabile eſſe cauerunt, & cenſuerunt.d.c.qui uult.§.ſacerdos.

DE OFFICIO SPIRITUALIS IUDICIS, ET ILLIUS CAUTIONE.

261 Caveat ſpiritualis iudex, ut ſicut nō commiſit crimen nequitiæ, ita non careat munere ſcientiæ. Oportet enim ut ſciat cognoſcere, quidquid debeat iudicare. Iudiciaria enim poteſtas hoc poſtulat: ut quod debet iudicare, diſcernat: Diligens igitur inquiſitor & ſubtilis inueſtigator ſapienter & quaſi aſtutè interroget a peccatore, quod forſitā ignorat, vel verecunda velit occultare. cognito itaque crimine, varietas eius non dubitet inueſtigare, & locum & tempus, & cætera

tera quæ ſupra diximus in exponenda eo rum qualitate. Quibus cognitis adſit beneuolus, paratus exigere, & ſecum onus portare. habeat dulcedinem in affectione, pietatem in alterius crimine, diſcretionem in uarietate. adiuuet confitentem orando, eleemoſinas & cætera bona opera pro eo faciendo, ſemper eum iuuet leniendo, conſolando, ſpem promittendo, & cum fuerit opus etiam increpando. Doleat loquendo, inſtruat operando; ſit particeps laboris, qui particeps uult fieri gaudii. Doceat perſeuerantiam.

CAVEAT SACERDOS NE CORRVAT.

262 Caveat ne corruat, ne iuſtè perdat poteſtatem iudiciariam. Licet.n. pœnitentia poſſit ei acquirere gratiam: non tamen mox reſtituit in poteſtatem primam. Etſi enim Petrus poſt lapſum reſtitutus fuerit, & ſæpe lapſis ſacerdotibus reddita dignitatis ſit poteſtas: non tamen neceſſe eſt: ut hoc omnibus concedatur quaſi ex auctoritate. Inuenitur enim auctoritas, quæ concedit, & quaſi imperat. Inuenitur alia, quæ minimè concedit, ſed uetat, quæ ſcripturæ non repugnant, ſed concordãt, ſi locus & tempus & modus pœnitentiæ pacem adhibeãt. Cum enim tot ſunt, qui labuntur, ut priſtinam dignitatem ex auctoritate defendant, & quaſi uſum peccãdi ſibi faciant: reſcindenda eſt ſpes iſta.

263 Si uerò locus eſt, ubi iſta non concurrant, reſtitui poſſunt, qui peccant. Itaque Pontifex iuſtus & perfectus, atque diſcretus non cogitur ſuos ſacerdotes ſemper abiicere, nec mox reſtituere: niſi ſtatutum fuerit a Romano Pontifice. d. c. qui uult confiteri. §. caueat ſpiritualis iudex.

TEMPVS POENITENTIAE EST VSQVE AD VLTIMVM ARTICVLVM VITæ, ſed periculoſum.

Leo. pp. 264 Nemo deſperandus eſt, dum in hoc corpore conſtitutus eſt: quia nonnunquam, quod diffidentia ætatis differtur, conſilio maturiore perficitur. c. nemo de pœniten. diſtinct. 7.

Aug. Si quis poſitus in ultima neceſſitate ſuæ ęgritudinis uoluerit accipere pœnitentiam (dicit Diuus Auguſtinus) illi non negamus: ſed pęnitentiam dare poſſumus, ſecuritatem autem non poſſumus, & non dicit damnabitur, ſed non dicit liberabitur: vis ergo à dubio liberari, uis quod incertum eſt euadere, age pęnitentiam dum ſanus es, nam ſi uis agere pęnitentiam, quando iam peccare nõ potes, peccata te dimiſſerunt: non tu peccata. cap. ſi quis poſitus. de pęnitentia. diſtinctione ſeptima.

NEMO EXPECTET A PECCATIS RELINQVI.

265 Nvllvs expectet, quando iura peccare non poſſit: arbitrii enim quærat libertatem, ut delere poſſit commiſſa, non neceſſitatem: quæ prius itaque a peccatis relinquitur, quàm ipſe relinquat, ea non liberè ſed quaſi neceſſitate condem nat. c. fin. in prin. de pœnit. diſt. 7. Idem Aug.

DE POENITENTIA LATRONIS.

266 Licet enim latro ueniam meruiſſet in fine de omni crimine: non tamen dedit baptizatis peccandi & perſeuerandi auctoritatem: tunc enim in fide baptizatus eſt, qui tunc primum in cruce Chriſtum confeſſus eſt. Pęnitentia enim ſi in extremo uitæ hiatu aduenerit ſanat, & liberat in ablutione baptiſmi: ita quòd nec Purgatorium ſentiunt, qui in fine baptizantur, ſed potius ipſi ditati bonis ſanctę matris eccleſiæ recepturi ſunt multiplex bonum in uera beatitudine. d. c. ſi. §. licet. Idem Aug.

OPORTET POENITENTIAM FRVCTIFICARE, VT VITAM MORTUO impetret.

267 Illi aũt, qui cum potuerunt, nunquàm conuerti uoluerũt cõfitentes, cũ iam peccare nequeunt, non ſic facile acquirunt, Idem Aug.

quod

quod uolunt.Oportet.n. vt pęnitētia fru-
ctificet in bonis operib. vt vitam mortuo
impetret. Scriptū eſt.n. ſine charitate ne-
minem ſaluum eſſe, non itaque in ſolo ti
more uiuit homo,quem ergo ſerò pœni-
tet,oportet non ſolum timere Deum iudi
cem, ſed & iuſtum diligere: non tantum
pęnam timeat,ſed anxietur pro gloria.de
bet.n.dolere de crimine,& de omni præ-
dicta uarietate eius.d.c.fi.§.illi autem.

PECCATOR CONVERSVS VITA VIVET NON TANTVM VERSVS.

268 Dixit Deus per Prophetam. Quacū
Idem Aug. que hora ingemuerit peccator, & cōuer-
ſus fuerit,vita viuet & non morietur. Di-
xit conuerſum non tantum verſum vita
viuere.Verſum quidem viuere puto, qui
dolet de crimine: cōuerſum qui dolet de
omni eius,quam expoſuimus, varietate.
Vertitur a peccato,qui iam uult dimitte-
re peccatum. Conuertitur, qui iam totus
& omnino uertitur, qui iam non tātum
pęnas non timet, ſed ad bonum domini
feſtinat tendere.Quæ conuerſio ſi cōtige
rit alicui etiam in fine deſperandum nō
eſt de eius remiſſione.Sed quoniam uix,
vel rarò eſt tam iuſta conuerſio, timendū
eſt de pęnitente ſero.Quem.n.morbus vr
get,pęna terret: ad veram uix uenit ſatiſ-
factionem:maximè cum filii, quos illici-
tè dilexit,ſint præſentes, vxor & mundus
ad ſe vocent. Multos.n. ſolet ſerotina pę-
nitentia decipere.Sed quoniā Deus ſem
per potens eſt,ſemper ēt in morte iuuare
valet,quib.placet:cum itaque opus ſit nō
hoīs,ſed Dei fructifera pęnitētia,inſpira
re eam pōt, quandocunque uult ſua miſe
ricordia,& remunerare ex miſericordia,
quos poteſt damnare ex iuſtitia.Sed quo
niam multa ſunt,quæ impediunt, & lan-
guentem retrahunt.periculoſiſſimum eſt
& interitui uicinum ad mortē protrahe-
re penitentiæ remedium: ſed magnū cui
Deus tunc inſpirat veram pęnitentiā. Si
quis.n.eſt,qui per veram pœnitētiam ex-
pectat Dei clementiam,maiorem ſentiet
Dei bonitatem ſua nequitia.d.c.fi.§.qua-
cunque hora.

269 Sed ſi ēt ſic conuerſus fuerit uita uiuet *Idem*
& non morietur, non promittimus ta- *Aug.*
men(inquit Aug.) quòd euadet omnē pę
nam.Nam prius purgandus eſt igne pur-
gationis, qui in alium ſeculū diſtulit fru-
ctum cōuerſionis.Hic autē ignis & ſi ęter-
nus non ſit: miro tamen modo grauis eſt.
Excellit.n.omnem pęnā, quam unquàm
aliquis paſſus eſt in hac uita: nūquàm in
carne tanta inuenta eſt pęna.licet mirabi
lia Martyres paſſi ſint tormenta, & multi
nequiter quanta ſæpe ſuſtinuerūt ſuppli-
cia.ſtudeat ergo quiſque ſic delicta corri-
gere, vt poſt mortem nō oporteat talem
pęnam tolerare.Quædam.n.peccata ſunt
mortalia,quæ in pęnitentia fiūt uenialia:
non tamen ſtatim ſanātur:ſæpe.n.eſt, qui
moreretur,niſi medicaretur, nō tamē ſta
tim ſanatur. Languet uicturus, qui prius
erat moriturus.Qui autem impęnitēs mo
ritur,omnino moritur, & æternaliter cru
ciatur.Qui autē impęnitens finitur:ſi ſem
per uiueret, ſemper peccaret. At Dei eſt
miſerentis, quòd operatur finem peccan
di, ob hoc ēt ſine fine torquebitur: quia
nūquàm uirtute ditabitur:ſemper plenus
iniquitate,ſemper ſine charitate,torque-
bitur ſine fine.d.c.fin.§.ſed ſi etiam. de pę
nit.diſtinct.7.

MALI FACIVNT ALIQVA BONA, NEC TVRBARI DEBEMVS, SI MALI aliqua bona recipiant.

270 Si quādo uidetis inter multa mala ope- *Hier.*
ra peccatorem facere aliqua, quæ iuſta
ſunt,Deus nō eſt tam iniuſtus: vt propter
multa mala obliuiſcatur paucorum bo-
norum.c.ſi quando.de pęnit. diſt.3.
Cauendum nobis eſt, ne in præſenti ſeculo
remunerationem accipiamus, ſi forte ali *Greg.*
quid boni agimus: ne dicatur, receperūt
mercedem ſuam.c.cauendum.ead.diſtin.
Nemo debet turbari,ſi uidet malos proſpe- *Io.Chryſ.*
ritatem habere,quia hic non eſt maligni
tatis,neq; virtutis retributio.Et ſi aliquā-
do contingat:ut aliqua ſit retributio,non
eſt ſecundùm quod dignum eſt: ſed velu-

ti

ti quidam guſtus iudicii aut iuſtitię, vt qui reſurrectionem non credunt, doceantur c.quid ergo.in prin.ead.de pœn.diſt.3.

Quando igitur videmus malignum diteſcere, non ſub ruamur. Et quando uidemus bonos mala pati, non turbemur: quia illic corona, illic ſupplicia.d.c. quid ergo. §.quando igitur.

Et vlterius malus non poteſt eſſe malus in omnibus: ſed habet aliqua bona: neque bonus in omnibus eſſe bonus, ſed habet aliqua peccata: & his de cauſis recipiuntur bona uel mala. d.c.quid ergo. §.eſt & alia ratio.

DE PRAEDESTINATIONE.

Gre. pp. 271 OBTINERI nequaquàm poſſunt, quæ prædeſtinata non fuerint: ſed ea quæ ſancti uiri orando efficiunt, ita prædeſtinata ſunt, ut precib. obtineantur. Nã ipſa quoque perennis regni prædeſtinatio ita eſt ab omnipotenti Deo diſpoſita: ut ad hoc electi ex labore perueniant: quatenus poſtulando mereantur accipere, quod eis omnipotens Deus ante ſæcula diſpoſuit donare.c.obtineri.23.q.4.

Aug. Nabuchodonoſor pœnitentiam meruit fructuoſam. Non ne poſt innumeras impietates flagellatus pęnituit: & Regnũ, quod perdiderat accepit. Pharao autem ipſis in flagellis durior eſt effectus, & periit? Hic mihi rõnem reddat, qui diuinum conſilium nimium altè, ſapiẽtique corde diiudicat. Cur medicamentum unius medici manu cõfectum, alii ad interitum, alii ualuerit ad ſalutem. Niſi quia Chriſti bonus odor aliis eſt, odor uitæ in uitam: aliis eſt odor mortis in mortem? Quantum ad naturam ambo homines erant, quantum ad dignitatem ambo reges, quãtum ad cauſam ambo captiuum Dei populũ poſſidebant, quantum ad pœnam ambo flagellis clementer admoniti. Quid ergo fines eorum fecit eſſe diuerſos, niſi quòd unus Dei manum ſentiens in recordatione propriæ iniquitatis ingemuit: Alter libero contra Dei miſericordiſsimam ueritatem pugnauit arbitrio? c. Nabuchodonoſor 23.q.4.

Vt habetur in lib.Reg.c.6.his uerbis. QVARE AGGRAVATIS CORDA VESTRA, SICVT AGGRAVAVIT AEGYPTVS ET PHARAO COR SVVM? NON NE POSTQVAM PERCVSSVS EST TVNC DIMISIT EOS, ET ABIERVNT? *Idem*

272 Cũ verò aliquos a Deo aut traditos deſideriis ſuis, aut obduratos legimus, aut relictos magis in peccatis ſuis, hoc ipſos meruiſſe profitemur; quia talia eorum crimina præceſſerunt, ut ipſi ſibi pœnã deberint, qua eis etiam ſupplicium uerteretur in reatum: atque ita nec de iudicio Dei quærimur, quo deſerit meritos deſeri, & miſericordiæ eius gratias agimus, qua liberat non meritos liberari. Vires itaque obedientiæ non ideo cuiquàm ſubtraxit: quia eum non prædeſtinauit: ſed iõ cum non prædeſtinauit; quia receſſurum ab ipſa obedientia eſſe præuidit. c. uaſis iræ. §. cum verò aliquis. 23.q.4.

PRAEDESTINATIO SEMPER IN BONVM.

273 PRAEDESTINATIO quoque Dei ſemper in bono eſt, quæ peccatum ſola uoluntate hominis commiſſum, aut remittẽdũ nouit cum laude miſericordiæ, aut plectẽdum cum laude iuſtitiæ. In malis autem operib. noſtris ſola præſcientia Dei intelligenda eſt: quia ſicut præſciuit, & prædeſtinauit, quæ ipſe fecit, & ut faceremus dedit: ita præſciuit tantum non etiam prędeſtinauit, quæ nec ipſe fecit, nec ut faceremus exegit. Ac ꝑ hoc prædeſtinatio Dei multis eſt cauſa ſtandi, nemini eſt cauſa labendi. d.cap.uaſis iræ, §.prædeſtinatio. 23.quæſt.4. *Idem*

PRAEDESTINATIO NECESSITATEM NON FACIT.

274 Non ergo neceſsitatem facit correctionis, uel obdurationis diuina prędeſtinatio, ſeu præſcientia: cum boni per gratiã corrigantur, & libero arbitrio mali pereant. Nec enim quia prędeſtinatio, ſeu pręſcientia Dei falli non poteſt, neceſſariò eueniunt, quæ prædeſtinantur, uel pręſciuntur: ſicut nec neceſſariò prædeſtinãtur, uel *Idem*

uel præſciuntur, quæ futura ſunt: ſed quia bona abſque eius gratia, malà prẹter eius ſcientiam euenire non poſſunt. Quanuis ergo conuenienter dicitur, ſi hæc prædeſtinata ſunt, uel præſcita neceſſariò euenient; non tamen ideo abſolutè uerū eſt. Sed neceſſariò eueniret, quæ prædeſtinata ſunt, uel præſcita, quia hic neceſsitas refertur ad rerum euentum, ibi intuitum diuinę pręſcientię. d. cap. uaſis. §. non ergo. 23. quæſt. 4.

DVAE SVNT NECESSITATES.

Idem 265 Dvae ſunt neceſsitates, ſimplex una, ueluti neceſſe eſt oẽs homines eſſe mortales. Altera conditionales: vt ſi aliquẽ ambulare quis ſcit, eũ ambulare neceſſe eſt: quod. n. quiſque nouit, id eſſe aliter, quã notum eſt, nequit. Sed hæc minimè ſecũ illam ſimplicem trahit: hanc. n. neceſsitatem non propria facit natura: ſed cõditionis adiectio. Nulla. n. neceſsitas cogit incedere uoluntatè gradientem: quamuis eum tunc cum graditur incedere neceſſarium ſit. Eodẽ igitur modo, ſi quid prouidentia præſens uidet, id neceſſe eſt eſſe: tametſi nullam naturæ habeat neceſsitatẽ. At quidem ea futura quæ ex liberalitate arbitrii proueniunt præſcientia contuetur. Hæc igitur ad intuitum relata diuinũ neceſſaria fiunt per diſpoſitionem diuinę notionis. Per ſe uerò conſiderata, abſolutam naturæ ſuæ libertatem non deſerũt. Fient igitur proculdubio cuncta, quæ futura Deus eſſe prænoſcit: ſed eorum quædam de libero proficiſcũtur arbitrio, quæ quanuis eueniant, exiſtendo tamen naturam propriam non amittunt, quæ priuſquàm fierent, ẽt non euenire potuiſſent. d. c. uaſis iræ. §. duæ ſunt 23. q. 4.

Dicit Auctor. His omnib. mala noſtra libero adſcribũtur arbitrio: cum alibi diuinæ adſcribantur indignationi. d. c. uaſis iræ. §. his omnibus.

Idem Cũ ſuperna indignatio ſe ſe (ut ita dixerim) medullitus mouet, hanc opinio, vel oppoſitio humana non remouet: nec ſe cuiuslibet utiliter deprecatio obiicit, cum ſemel Deus aliquid ab intimis iraſcendo diſponit. Hinc eſt. n. quod Moyſes qui reatum totius plebis apud Dominum ſuis precibus terſit. Dumq́ue ſi obicem obtulit, diuinæ iracundiæ uim placauit. Ad petram Oreb ueniens & pro aquæ exhibitione diffidens, repromisſionis terram ingredi Domino iraſcente non potuit. d. ca. uaſis iræ. §. cum ſuperna.

QVARE TIRIIS ET SYDONIIS NON FVERIT PRAEDICATVM.

276 De Tiriis & Sydoniis quid aliud poſſumus dicere, quàm non eſſe eis datum, ut crederent, quos credituros fuiſſe ipſa ueritas docet: ſi talia qualia apud non credẽtes facta ſunt uirtutũ ſigna uidiſſent. Quare aũt hoc eis negatum fuerit, dicãt, ſi poſſunt, qui calumniantur: & oſtendant, cur apud eos Dominus mirabilia, quib. profutura non erant, fecerit: & apud eos, quib. profutura erant, non fecerit. Nos etenim ſe rõne facti profunditatẽ iudicii eius penetrare non poſſumus: manifeſtisſimè tamen ſcimus, & verum eſſe, quod dixit, & iuſtum eſſe, quod fecit: & non ſolum Tirios, & Sydonios, ſed ẽt Corozaim & Bethſaida potuiſſe conuerti & fideles ex infidelib. fieri, ſi hoc in eis uoluiſſet dominus operari. Neque. n. ulli falſum uideri põt, quod ueritas ait. NEMO POTEST VENIRE AD ME, NISI FVERIT EI DATVM A PATRE MEO. Item qui per prophetã Iudaicæ plebi promiſit: Ecce ego saepiam vias tvas spinis, et mvniam eas lapidibvs qvadris. ideſt adimam tibi facultatem peccandi. Idem per Pſalmiſtam de damnandis dixit. Fiant viae illorvm tenebrae, et lvbricvm et angelvs domini persequens eos. d. c. uaſis iræ. §. de Tiriis. Idem

Soluit Auctor. Sed in his omnibus uitia noſtra adſcribuntur mẽtis arbitrio, quod diuina clementia in electis miſericorditer uertit ad bonum, in damnãdis iuſtè relinquit ad malum. Sicut ergo quanuis certiſſimè ſciamus, neminem ultra terminum a Deo ſibi præfixum eſſe uicturum, omnibus tamen languentibus non incongruè medemur: ſic quanuis nemo ſaluetur, niſi prædeſtinatus ad uitam: omni tamẽ delinquenti

linquenti eſt adhibĕda correctio, nec malorum eſt negligenda diſciplina. d. c. uaſis iræ. §. ſed in his. 23. q. 4.

In Gloſſa in euangelio Matthæi c. xi. ſit habetur. hoc impletũ modo uidemus: quia Corozaim & Bethſaida præſente domino credere noluerunt. Tyrus & Sydon poſtea prædicantib. Apoſtolis crediderunt ad eo deuote, ut Paulus Tyro abeũtem in actib. Apoſt. c. 21. omnes cum uxoribus & liberis vſq; ad mare perſequerentur. Cur ergo non credituris prædicauit, credituros euitauit? ipſe ſcit, cuius uiæ ſunt miſericordia & ueritas. Propoſuit tamẽ fines Iudeæ non excedere, ne iuſtam Phariſęis & Sacerdotibus perſecutionis occaſionẽ daret. Et erant tunc, qui in Corozaim eſſent uocandi: nec tamen de contemptu grauius puniendi.

AN PECCATA DIMISSA REDEANT.

Greg. 277 pp. Vna eſt opinio illorũ, qui dicunt, quòd peccata dimiſſa non redeunt, & dicũt, nõ redit iniquitas patrum filiis: quia cum ab originali culpa per baptiſmũ liberantur, non iam parentum culpas, ſed quas ipſi commiſſerint habent. cap. quid eſt. de pœnit. diſt. 4.

Idem Item qui recedit a Chriſto, & alienus a gratia finit hanc uitam, uadit quidam in perditionem, ſed non id, quod remiſſum eſt, recidit, nec in originali peccato damnãtur. c. qui recedit. in prin. ead. diſt. 4.

Auctoritates verò ſibi contrarias aſſertores huius ſententiæ ita determinant.

Idem Peccata dimiſſa redire dicuntur: quia quiſquis poſt acceptam remiſsionem peccatorum ad uomitum redierit, tãto grauius punietur, quanto magis benignitate Dei abuſus ſingulorum remiſsionis acceptæ ingratus extitit. d. c. qui recedit. §. auctoritates uerò. 23. q. 4.

Verum illa ſententia fauorabilior uidetur: quia pluribus roboratur authoritatibus, & euidentiori ratione firmauit. d. c. qui recedit. §. uerum illa.

Primo in euangelio dicitur, tradidit eũ tortoribus, donec redderet uniuerſum debitum. Matth. cap. 18.

Aug. Conſiderandum eſt, quòd dicit, uniuerſum debitum: quia non ſolum peccata, quæ poſt baptiſmum homo egerit, reputabũtur ei ad pęnam: uerum etiã peccata originalia, quæ in baptiſmo eius dimiſſa ſunt. c. ſi Iudas. §. conſiderandum. de pœnit. diſt. 4.

Idem. Item dixit Dominus. Dimitte & dimittetur tibi. Si ergo prius dimiſi: dimitte uel poſtea, nam & ſi nõ dimiſeris, reuocabo te, & quidquid dimiſeram, replicabo tibi. c. dixit Dominus. de pœn. diſt. 4.

Cap. 33. Dominus etiam ait per Ezechielẽ. Si auerterit ſe iuſtus a iuſtitia ſua, & fecerit iniquitatem, omnes iuſtitiæ, quas fecerat, non recordabuntur, in peccato ſuo morietur: & non erit in memoria iuſtitiæ eius, quas fecerit. c. ſi auerterit. de pœn. diſt. 4.

Greg. Item in perpetratione malorum nulla debet eſſe fiducia pręteritorum bonorum. c. hoc nobis. ead. diſt. 4.

Aug. Eorum, qui hanc ſententiam ſequuntur, id eſt peccata dimiſſa redire. Alii dicunt, quòd peccata reditura dimittuntur ſecũdum iuſtitiam, non ſecundum præſcientiam, ſicut nomine diſcipulorum, qui retro abierunt, erant ſcripta in lib. vitæ propter iuſtitiam, cui deſeruiebant, non ſecũdum præſcientiam, quæ in numero ſaluãdorum eos non habebat. ca. peccatum. §. eorum. de pœn. diſt. 4.

Item ait Dominus Moyſi. Si peccauerit ante me, delebo eum de libro vitæ: vt ſecundùm iuſtitiam iudicis ille peccando dicatur deberi, qui ſecundum præſcientiam nunquàm fuerat adſcriptus. d. cap. peccatum. §. hinc etiam.

Aug. Qui piè uiuunt, dicuntur filii Dei. Sed quia uicturi ſunt impiè, & in eadem impietate morituri, non eos dixit filios Dei. Præſciẽtia. n. Dei illi ſunt filii Dei, qui nondum ſunt nobis, & ſunt iam Deo, de quibus dicitur. Iesvm moriturum ut filios Dei diſperſos, congregaret in unum, quod futurum erat per Euangelii prædicationem: & tamen antequàm factum eſſet: iam filii Dei erant in memoriali patris ſui inconcuſſa ſtabilitate conſcripti. c. ſi ex bono §. nam cum piè.

Et

Idem Et rurſus ſunt quidam, qui filii Dei dicuntur propter ſuſceptam uel temporaliter gratiam, de quibus ait Ioãnis. Ex nobis exierunt, ſed non erant ex nobis: quia ſi fuiſſent ex nobis, permãſiſſent utique nobiſcum. Fuerunt igitur ex multitudine uocatorum, ex electorum autem paucitate nõ fuerunt. d. c. ſi ex bono. §. Et rurſus.

Idem Alii autem quanuis fateantur peccata redire: tamen aſſerunt ſeu per baptiſmũ, ſeu per pœnitentiam omnimodo peccata remitti, & plena fide ad lauacrum renaſci nõ aqua tantum, ſed etiam Spiritu ſancto & ſi poſtea peccaturus ſit: domum pœnitẽtem, & ſi aliquando recaſurus ſit: tamen tempore ſuæ pœnitentiæ ita perfectè expiatum affirmant, ut ſe tunc moreretur ſalutem inueniret æternãm. d. c. ſi ex bono. §. alii uerò quanuis.

Idem Quæ opinio uidetur probari ex illa auctoritate. RAPTVS EST, ne malitia mutaret intellectum eius, & ne fictio deciperet animam: quia oſtẽdit illos tales fuiſſe, qui ſi fatali neceſſitate huius uitę ſubducti eſſent periculis uitam conſecuti eſſent ęternam. d. c. ſi ex bono. §. cum enim quæſtionem. de pœn. diſt. 4.

Idem Sed quia in principio capitis qđ erat, quare præſcriptos ad mortem, cum fideliter ac piè uiuerent, non tunc de uita huius periculis Deus rapuit, ne malitia mutaret intellectum eorum, & ne fictio deciperet animam. & cõcluſum eſt: eſſe donum Dei: ut finiat homo uitam iſtam, antequàm ex bono mutetur in malum. d. c. ſi ex bono. §. finis ergo.

Idem Cur autem hoc tam magnum beneficium aliis dat Deus, aliis nõ datur, apud quem non eſt iniquitas, neque acceptio perſonarum, & in cuius poteſtate eſt, quandiu quiſque in hac uita maneat, (quæ tẽtatio dicta eſt) ſuper terram. At ſicut coguntur fateri donum Dei eſſe, ut finiat homo uitã iſtam, antequàm, ex bono mutetur in malum, ita donum Dei eſſe in bono perſeuerantiam fateantur. Et cur aliis detur, aliis non detur, ſine murmure aduerſus DEVM dignentur ignorare nobiſcũ. Nec nos moueat, quòd filiis ſuis quibuſdã nõ dat DEVS iſtam perſeuerantiam. Abſit. n. ut ita ſit: ſi de illis prædeſtinatis eſſent, & ſecundum propoſitum uocatis ſanctis, qui uerè ſunt filii promiſsionis. d. ca. ſi ex bono. §. cur igitur.

Gloſſa in li. Sapientiæ c. 4. ita habetur. Non ideo tollit Deus dilectum ſuum de mundo, quòd non poſſit inter peccatores eũ immunem a peccato ſeruare, qui diſcipulos ſuos miſſerat quaſi agnos inter lupos: & rogauit patrem ut non tolleret eum de mundo, ſed ut ſeruaret a mundo: ſed iudicii ſui rõnem obſeruat, ut quos præſciuit, & prædeſtinauit, uocet, & iuſtificet: alios aũt pro iniquitate damnet. Vnde Petrus. NOVIT DEVS PIOS DE TENTATIONE ERIPERE: INIQVOS VERÒ IN DIEM IVDICII CRVCIANDOS RESERVARE.

Alia Glo. Nic. de Lira. NE MALITIA: ne apertè mali mutarent eum uiolentia tormentorum. Aut ne Fictio. i. ne hypocriſia deciperent eum per apparentiam boni. Vt ergo finis principio capitis conueniat, definiendum eſt. Quid ſit ſcribi in lib. uitę, vel de eo deleri ſecundùm iuſtitiam, quid ſecundum perſeuerantiam. Et ſecundũ præſcientiam ſcribi eſt ad uitam præordinari, quod ab æterno factum eſt. d. c. ſi ex bono. §. ut ergo. qui eſt finalis. *Idem*

Et adducitur D. Paulus in Epiſtola ad Epheſios, vbi dicitur.

Benedictus Deus & pater Domini noſtri Ieſu Chriſti ſicut elegit nos in ipſo ante mũdi cõſtitutionem, ut eſſemus Sancti & immaculati in conſpectu eius in charitate, qui prædeſtinauit nos in adoptionem filiorum Dei. c. benedictus Deus: de pœniten. diſt. 4.

Similiter ſecundum præſcientiam deleri eſt ad mortem non ad uitam præſciri, quod & ipſum ab æterno factum eſt, unde Dominus in Euangelio.

QVI CREDIT IN ME HABET VITAM AETERNAM. QVI AVTEM NON CREDIT IAM IVDICATVS EST. d. ca. Benedictus. §. ſimiliter. Et nouit Deus qui ſui ſunt: ex his nemo ſeducitur, nondũ apparuit iudicium, ſed iam factũ eſt. c. nouit. in prin. ead. diſt. 4. *Idem*

Porrò ſecundum iuſtitiam ſcribi, eſt Deo auctore ea operari, quorũ merito ſit dignus æterna ſalute. d. c. nouit. §. porrò.

Et

Idem Et hunc duplicem ſcribendi modum Deus in Euangelio aſsignauit dicens, in domo patris mei manſiones multæ ſunt,& uado parare uobis locum:& oſtendit illos, qui bus loquebatur,ſcriptos in libro uitæ prę deſtinatione. Et ſubiiciens,& ſi abiero, & præparauero vobis locum.oſtẽdit eos ad huc etiam eſſe ſcribendos operatione. d. c.nouit.§.hunc duplicem.de pœn.diſt.4.

Idem Nam manſiones iam paratæ ſunt in prædeſtinatione.Sed quia non dum ſunt in operatione addidit. Et ſi abiero,& præparauero. Et præparatio manſionis hæc eſt: quia ſic parat nos ſibi: & ſe nobis, ut maneat in nobis,& nos in eo. Multitudo mã ſionum hæc eſt,quãtum quiſque erit particeps eius plus uel minus pro diuerſitate meritorum.c.in domo patris.in prin. de pœnit.diſt.4.

Gloſſa dicit.Præparauero locum,aſcendendo ad cœlum, & mittendo Spiritum ſanctũ,per quod præparantur fideles ad beatitudinem conſequendam.

Idem. Item ſecundum iuſtitiam deletur: quia gratia ſubtracta ea operari permittitur, quibus æternam damnationẽ meretur. hinc dicitur in Pſal.68.Deleantur de libro uiuentium:hoc eſt ſubtrahantur ne gratia, qua ſubtracta in profundum uitiorum & æternam damnationẽm præcipitãtur. Et cum iuſtis non ſcribantur.i.non apponatur ei gratia,qua ſunt digni ęterna ſalute. Sic igitur ſecundum præſcientiam remittuntur peccata: cum ab æterno præparantur gratia,qua vocatur iuſtificatur, & iuſtificatus tandem ęternaliter glorificatur d.c.in domo.§.item ſecundum.

Idem. Secundum vero iuſtitiam peccata remittuntur,vel cũ baptiſma plena fide accipitur, vel pœnitentia toto corde contrito celebratur.d.c.in domo.§. ſecundũ iuſtitiam.

Idem. Ex qua concluſione demonſtratur utrãque opinionem conuenire, uidelicet & illorum,qui dicunt, quòd peccata dimittantur ſecundùm iuſtitiam,& illorum,qui affirmant omnino peccata remitti:quia baptiſmus & pœnitentia peccata remittunt ſecũdùm iuſtitiã,vt eſt alia opinio, quòd remittantur ſecundum iuſtitiam, & nõ ſecundum præſcientiam.

Et tanto magis: quia & iſta remiſsio ſecũdũ iuſtitiã non inconuenienter fieri dicitur ſecundũ præſcientiam:quia duas eſſe prę ordinationes ex dictis Apoſtoli oſtendetur:vna qua quiſque hic pręordinatur ad iuſtitiam & remiſsionem peccatorũ percipiendam:altera,qua quis pręordinatur ad æternam in futuro obtinendã. Harum effectus ſunt præſens iuſtificatio,& futura glorificatio. Prima.n.prædeſtinatio,qua præordinatur ad præſentem iuſtitiam deſignatur,cum dicitur : ſicut elegit nos ante mundi conſtitutionem, in qua gratificauit nos in dilecto filio ſuo. Et ſecunda præordinatio ibi oſtenditur. Qui deſtinauit nos in adoptionem filiorum &c. Hæ duæ præordinationes, & eorum effectus ita ſe habent: vt prima & eius effectus natura præcedant & lege conſequendi inferãtur:ſi enim aliquis præordinatus eſt ad uitam,conſequenter infertur. Ergo prædeſtinatus eſt ad iuſtitiam, & ſi conſequitur vitam æternam, ergo conſecutus eſt iuſtitiam.Sed non conuertitur. Vnde multi participes ſunt primæ præordinationis per eius effectus,ad quos ſecũda , uel eius effectus minimè peruenire probãtur. Prout de diſcipulis,qui exierunt (inquit Ioãnes)ex nobis.i.a noſtra ſocietate receſſerunt, qua primæ præordinationis & eius effectus nobis cum participes erant: ſed non erant ex nobis.i.ſecundæ præordinationis & eius effectus ſocietatem nobiſcũ non inierunt: quia mãſiſſent nobis cum. Multi.n. præſentis iuſtitiæ & ſanctitatis participes fiunt; qui tamen in ea non perſeuerant. Vnde Dominus dicit. Non qui cœperit, ſed qui perſeuerauerit vſque ad finem,hic ſaluus erit.d. c. in domo. §.quæ remiſsio,& aliis.§.ſubſeq.

Idem. Sed iſti dum ſunt in prima præordinatione non ſolo nomine ſed ſecundum ueritatẽ: cum piè & fideliter uiuerent: uerè ſunt filii Dei, & iuſti & æterna beatitudine digni:unde auctoritas non ait, cum uiderẽtur piè & fideliter uiuere, ſed cum piè & fideliter uiuerent. Sicut econtra. Filii diſperſi & congregãdi in unum prius ſunt, filii Diaboli:ſed quia ſunt futuri filii Dei, dicuntur filii Dei.c. hanc ſocietatem. a prin.

prin.uſque ad §.quod autem.

Idem. Aug. Dicitur ulterius non erant in numero filio-
rum Dei, quando erant in profesſione fi-
delium, quòd facit difficultatem. Sed pro
intelligentia. Filii Dei duobus modis ap
pellantur, uno in futuro, altero in præſen
ti. In futuro dicũtur Filii Dei participatio
nis æternæ, ut de illis. Quotquot credide-
runt in eum, dedit poteſtatem filios Dei
fieri: & hoc modo filii in profesſione nõ
erant in numero filiorum Dei. In præſen
ti dicuntur Filii Dei. Tribus modis: uno
prædeſtinatione tãtum. Sicut Filii Dei di
ſperſi & congregati: Secundò prædeſtina
tione & ſpe æternæ beatitudinis. De qui-
bus Dominus ait. FILIOLI MEI adhuc vo
biſcum ſum: Tertiò merito fidei & præ-
ſentis iuſtitiæ: non autem prædeſtinatio-
nis æternę, de quibus dicitur. Si autem de
reliquerint. Filii eius legem meam, & in
iudiciis meis non ambulauerint. Hi er-
go, qui dicuntur non eſſe in numero filio
rum Dei, ſolum ſunt filii meritò fidei &
præſentis iuſtitiæ, & nõ ſunt filii adoptio
nis æternæ. d.c. hanc ſocietatem. §. quod
autem.

Ex qua deciſione declaratur uerſiculus. Nec
nos moueat, in ſupradicto c. Si ex bono:
ubi ſcribitur. Nec nos moueat, quòd filiis
ſuis quibuſdam non dat iſtam perſeuerã
tiam: quia loquitur de filiis merito fidei
& præſentis iuſtitiæ.

GREG. PP. Sed ſicut hæc opera bona peccando fiunt ir-
rita: ita per pœnitentiam reuiuiſcunt: &
ad meritum æternæ uitæ ſingulæ prodeſ-
ſe incipiunt, etiam illa, quę peccatis inue
niuntur admiſſa. Nam Apoſtolus ad He-
bręos oſtendit bonorum operum merce-
dem, quam amiſſerant peccando: poſt pę
nitentiam recepturos. Et Dominus per
eundem Prophetam Ezechielem dicit. Si
impius egerit pœnitentiam uita uiuet, &
nõ morietur: omnium iniquitatum eius,
quas operatus eſt, non recordabor. In iu-
ſtitia ſua, quam operatus eſt, uiuet c. inter
mittentes. de pœnit. diſt. 4.

Item & ſi ſermo diuinus antiqua peccata pa *GREG. PP.*
rentum improperet c. ubi eis. in fi. ead. di-
ſtin. 4. Attamen dicitur, quòd non cogi- *& Hier.*
tẽr ſe puniri pro ueterib. peccatis patrum
ſuorum. c. cum ita puniantur. ead. diſt. 4.

Vnde filii ab originali peccato expiati do- *GEL. PP.*
centur non ideo puniri; quia patres pec-
cauerint. Sed ideo peccata patrum in eos
redire: quia eorum culpam ſequuntur. c.
diuina. eadem de pœnit. diſt. 4.

Illis autem non reddi dicitur, in quib. meri *Idem.*
to ſuæ iniquitatis non reuiuiſcunt pecca
ta parentis. dict. cap. diuina. §. ſed his au-
ctoritatibus.

GRATIA DEI REMITTVNTVR PECCATA, ET ADIVTORIVM DETVR, ne committantur.

278 QVI dixerit, gratiam Dei, qua iuſtifica *Ex Conc. Mileuit.*
tur per Chriſtum D.N. ad ſolam remisſio
nem peccatorum ualere, quæ iam com-
miſſa ſunt, & non etiam ad adiutorium,
ut non committantur, anathema ſit. c. pla
cuit ut quicunque dixerit. de conſecrat.
diſtin. 4.

SINE GRATIA MANDATA DEI NON IMPLENTVR.

Sed ſine gratia, diuina mandata impleri nõ *Ex eod. Conc. Mileuit.*
poſſunt, & qui cõtrarium dixerit, anathe-
ma ſit. c. ſi. ead. diſt. 4.

Et in Concilio Mileuitan. Sub Inn. I. Papa.
c. 8. Placuit uerba ipſa orationis Domini
cæ ubi dicitur. DIMITTE NOBIS DE-
BITA NOSTRA. a ſanctis dici ut humili-
ter, ita & ueraciter. Quis enim ferat orã-
tem, & non hominibus, ſed ipſi Domino
mentientem, qui labiis ſibi dicit, dimitti
uelle, & corde dicit, quæ ſibi dimittãtur
debita non habere.

FINIS AD LAVDEM DOMINI, CVI SIT HONOR
ET GLORIA SEMPITERNA.

SERIES CHARTARVM.
abc, ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ. Aa Bb Cc.
Omnes ſunt Terniones, præter B, qui eſt Duernio: & Cc, Quaternio.